καὶ γὰρ καὶ ναῦς ἐκεῖ καὶ χρήματα καὶ γυναῖκα Δηϊδάμειαν ἐτύγχανε καταλελοιπώς· καὶ βεβαιοτέραν οὐκ ἐνόμιζε καταφυγὴν εἶναι τοῖς πράγμασι τῆς Ἀθηναίων εὐνοίας. ὅθεν ἐπεὶ ἐπειγομένῳ περὶ τὰς Κυκλάδας αὐτῷ πρέσβεις Ἀθηναίων ἀπήντησαν, ἀπέχεσθαι τῆς πόλεως παρακαλοῦντες, ὡς ἐψηφισμένου τοῦ δήμου μηδένα δέχεσθαι τῇ πόλει τῶν βασιλέων, τὴν δὲ Δηϊδάμειαν εἰς Μέγαρα ἐξέπεμψαν μετὰ τιμῆς καὶ πομπῆς πρεπούσης, τοῦ καθεστηκότος ἐξέστη δι' ὀργὴν αὐτοῦ, καίπερ εὐηνιόχως ῥᾷστα τὴν ἄλλην ἀτυχίαν, καὶ γεγονὼς ἐν τοιαύτῃ μεταβολῇ πραγμάτων οὐ ταπεινὸς οὐδ' ἀγεννής. ἀλλὰ τὸ παρ' ἐλπίδα διεψεῦσθαι τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὴν δοκοῦσαν εὔνοιαν ἐξελέγχεσθαι τοῖς πράγμασι κενὴν καὶ πεπλασμένην οὖσαν, ὀδυνηρὸν ἦν αὐτῷ. τὸ γὰρ φαυλότατον, ὡς ἔοικεν, εὐνοίας ὄχλων βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις τεκμήριόν ἐστιν ὑπερβολὴ τιμῶν, ἧς ἐν τῇ προαιρέσει τῶν ἀποδιδόντων ἐχούσης τὸ καλὸν, ἀφαιρεῖ τὴν πίστιν ὁ φόβος. τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ δεδιότες ψηφίζονται καὶ φιλοῦντες. διόπερ οἱ νοῦν ἔχοντες, οὐκ εἰς ἀνδριάντας, οὐδὲ γραφὰς, οὐδὲ ἀποθεώσεις, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις τὰς ἑαυτῶν ἀποβλέποντες, ἢ πιστεύουσιν ὡς τιμαῖς, ἢ ἀπιστοῦσιν ὡς ἀνάγκαις. ὡς οἵ γε δῆμοι πολλάκις ἐν αὐταῖς μάλιστα ταῖς τιμαῖς μισοῦσι τοὺς ἀμέτρως καὶ ὑπερόγκως καὶ παρ' ἀκόντων λαμβάνοντας.

Ὁ γοῦν Δημήτριος τότε δεινὰ μὲν ἡγούμενος πάσχειν, ἀδύνατος δὲ ὢν ἀμύνασθαι, προσέπεμψε τοῖς Ἀθηναίοις ἐγκαλῶν μετρίως, ἀξιῶν δὲ τὰς ναῦς ἀπολαβεῖν, ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ τρισκαιδεκήρης. κομισάμενος

δὲ

Quippe classem illic pecuniamque & conjugem Deidamiam reliquerat, nec portum arbitratus est rebus suis fideliorem Atheniensium benevolentia. Unde ubi properanti Atheniensium legati ad Cycladas insulas occurrerunt, ut urbe abstineret orantes, quod scivisset populus ne quis ex regibus urbe acciperetur, Deidamiamque Megaram honorifice & magno cum comitatu miserunt, inflammatus ira exivit e potestate mentis: quamvis moderatissime asperitatem reliquam fortunæ tulit, neque in ea rerum inclinatione se gessit vel abjecte vel ignaviter. Verum quod spem suam fefellissent Athenienses, & speciem illam benevolentiæ usu vanam deprehenderet & fucatam, id fuit ei acerbum. Siquidem inconstantissimum profecto benevolentiæ multitudinis erga reges & principes sunt indicium effusi honores. Quorum quum positum sit in offerentium studio ornamentum, fidem metus derogat. Eadem enim, & quum timent, decernunt, & quum amant. Quamobrem non statuas sani neque tabulas pictas vel divinos honores, sed sua ipsorum potius respicientes opera & facta, aut fidunt ut honoribus, aut ut necessitate expressis diffidunt. Nam frequenter populi in ipsis maxime conferendis honoribus oderunt eos qui immodicos & immoderatos accipiunt, idque ab invitis.

Ac Demetrius quidem id temporis insigni injuria se putans affectum, quum ulcisci non valeret, leniter cum Atheniensibus per legatos expostulavit, petiitque ut classem sibi, in qua navis una erat tredecim ordinum, remitterent. Qua

ac-

ὁ δὲ παρέπλευσεν εἰς Ισθμὸν, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῷ κακῶς ἐχόντων (ἐξέπιπτον γὰρ ἑκασταχόθεν αἱ φρουραὶ, καὶ πάντα μεθίστατο πρὸς τοὺς πολεμίους) ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος Πύῤῥον, αὐτὸς ἄρας ἐπὶ τὴν Χεῤῥόνησον ἔπλευσεν· καὶ κακῶς ἅμα ποιῶν Λυσίμαχον, ὠφέλει καὶ συνεῖχε τὴν περὶ αὐτὸν δύναμιν, ἀρχομένην ἀναλαμβάνειν, καὶ γίνεσθαι πάλιν οὐκ εὐκαταφρόνητον. ὁ δὲ Λυσίμαχος ὑπὸ τῶν ἄλλων βασιλέων ἠμελᾶτο, μηδὲν ἐπιεικέστερος ἐκείνου δοκῶν εἶναι, τῷ μᾶλλον ἰσχύειν καὶ φοβερώτερος. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Σέλευκος ἐμνᾶτο πέμπων τὴν Δημητρίου καὶ Φίλλας θυγατέρα Στρατονίκην, ἔχων μὲν ἐξ Ἀπάμας τῆς Περσίδος υἱὸν Ἀντίοχον· οἰόμενος δὲ τὰ πράγματα καὶ διαδόχοις ἀρκεῖν πλείοσι, καὶ δεῖσθαι τῆς πρὸς ἐκεῖνον οἰκειότητος· ἐπεὶ καὶ Λυσίμαχον ἑώρα τῶν Πτολεμαίου θυγατέρων τὴν μὲν ἑαυτῷ, τὴν δὲ Ἀγαθοκλεῖ τῷ υἱῷ λαμβάνοντα. Δημητρίῳ δ' ἦν ἀνέλπιστος εὐτυχία, κηδεῦσαι Σελεύκῳ. καὶ τὴν κόρην ἀναλαβὼν ἔπλει ταῖς ναυσὶ πάσαις εἰς Συρίαν, τῇ τε ἄλλῃ γῇ προσέχων ἀναγκαίως, καὶ τῆς Κιλικίας ἁπτόμενος, ἣν Πλείσταρχος ἦρχε μετὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον μάχην, ἐξαίρετον αὐτῷ δοθεῖσαν ὑπὸ τῶν βασιλέων. ἦν δὲ Κασάνδρου Πλείσταρχος ἀδελφός· ἀδικεῖσθαι δὲ τὴν χώραν αὐτοῦ νομίζων ὑπὸ Δημητρίου κατὰ τὰς ἀποβάσεις, καὶ μέμψασθαι βουλόμενος τὸν Σέλευκον, ὅτι τῷ κοινῷ διαλλάττεται πολεμίῳ δίχα τῶν ἄλλων βασιλέων, ἀνέβη πρὸς αὐτόν.

Αἰθό-

accepta præternavigavit in Isthmum, rebusque suis afflictis, (præsidia enim ejus ejiciebantur undique, cunctaque desciscebant ad hostes) reliquit in Græcia Pyrrhum, ac cursum in Chersonesum intendit, vastansque simul Lysimachi ditionem præda ditabat & retinebat copias suas, quæ recipere vires, nec mediocria incrementa accipere denuo occipiebant. Lysimachus autem nihil erat aliis regibus curæ, quod nihilo haberetur moderatior illo, ob majores vero vires formidabilior. Brevi post petiit per legatos Seleucus dari sibi conjugem Demetrii & Philæ filiam Stratonicen. Erat quidem ei jam ex Apama Perside Antiochus filius, sed res suas sufficere vel pluribus successoribus, & illius ducebat necessitudinem postulare. Quandoquidem Lysimachum quoque videbat ex Ptolemæi filiabus unam sibi, filio Agathocli alteram in matrimonium assumere. Demetrio oblata insperato fuit Seleuci affinitas, assumptaque puella navigavit cum tota classe in Syriam. Necesse habuit cum ad aliam terram appellere, tum attingere etiam Ciliciam: quam tenebat Plistarchus, extra ordinem sibi a regibus, postquam conflictum fuit cum Antigono, donatam. Cassandri fuit Plistarchus frater. Qui violatos putans ex Demetrii descensione fines suos, profectus est ad eum, ut quereretur de Seleuco, quod cum communi hoste sine aliis regibus in gratiam rediisset.

De

Αἰσθόμενος δὲ τοῦτο Δημήτριος, ὥρμησεν ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ Κυΐνδων, καὶ τῶν χρημάτων εὑρὼν ἔτι λοιπὰ χίλια διακόσια τάλαντα, ταῦτα συσκευασάμενος, καὶ φθάσας ἐμβαλέσθαι, διὰ ταχέων ἀνήχθη. καὶ παρούσης ἤδη Φίλας τῆς γυναικὸς, αὐτῷ περὶ Ὀρροσὸν ἀπήντησε Σέλευκος· καὶ τὴν ἔντευξιν εὐθὺς ἄδολον καὶ ἀνύποπτον καὶ βασιλικὴν ἐποιοῦντο, πρότερον μὲν Σέλευκος ἑστιάσας ἐπὶ σκηνὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ Δημήτριον, αὖθις δὲ Δημήτριος ἐκεῖνον ἐν τῇ τρισκαιδεκήρει δεξάμενος. ἦσαν δὲ καὶ σχολαὶ καὶ κοινολογίαι καὶ συνδιημερεύσεις ἀφρούρων καὶ ἀνόπλων· ἄχρις οὗ Σέλευκος τὴν Στρατονίκην ἀναλαβὼν λαμπρῶς εἰς Ἀντιόχειαν ἀνέβη. Δημήτριος δὲ Κιλικίαν κατέσχε, καὶ Φίλαν τὴν γυναῖκα πρὸς Κάσανδρον ἔπεμψε τὸν ἀδελφὸν, ἀπολυσομένην τὰς Πλειστάρχου κατηγορίας. ἐν δὲ τούτῳ Δηϊδάμεια πλεύσασα πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, καὶ συγγενομένη χρόνον οὐ πολὺν, ἐξ ἀρρωστίας τινὸς ἐτελεύτησε. γενομένης δὲ φιλίας πρὸς Πτολεμαῖον αὐτῷ διὰ Σελεύκου, ὡμολογήθη Πτολεμαΐδα τὴν Πτολεμαίου θυγατέρα λαβεῖν αὐτὸν γυναῖκα. καὶ ταῦτα μὲν ἀστεῖα τοῦ Σελεύκου. Κιλικίαν δὲ ἀξιῶν χρήματα λαβόντα παραδοῦναι Δημήτριον, ὡς οὐκ ἔπειθε, Σιδῶνα καὶ Τύρον ἀπαιτῶν πρὸς ὀργὴν, ἐδόκει βίαιος εἶναι καὶ δεινὰ ποιεῖν, εἰ τὴν ἀπ' Ἰνδῶν ἄχρι τῆς κατὰ Συρίαν θαλάσσης ἅπασαν ὑφ' αὑτῷ πεποιημένος, οὕτως ἐνδεής ἐστιν ἔτι χρημάτων καὶ πτωχὸς, ὡς ὑπὲρ δυοῖν πόλεων ἄνδρα κηδεστὴν καὶ μεταβολῇ τύχης κεχρημένον ἐλαύνειν· λαμπρὰν τῷ Πλάτωνι μαρτυρίαν διδοὺς, διακελευομένῳ μὴ τὴν οὐσίαν πλείω, τὴν δὲ ἀπληστίαν ποι-

εῖν

De eo factus Demetrius certior, a mari ad Quinda contendit. Ubi quum reliqua adhuc ex thesauris mille ducenta talenta reperisset, his asportatis maturavit conscendere, ac raptim solvit. Quum jam adjunxisset se ei uxor Phila, occurrit ei ad Orossum Seleucus. Congressus fuit eorum simplex, candidus, & regalis. Prior in tabernaculum suum invitavit in castris Seleucus Demetrium. Inde Demetrius illum in tredecim ordinum navi accepit. Feriati una colloquutique sunt, & tempus traduxerunt incustoditi & inermes. Tandem Seleucus ducta socum Stratonice, magna cum pompa Antiochiam perrexit. At Demetrius Ciliciam occupavit, uxoremque Philam misit criminum Plistarchi diluendorum gratia ad fratrem Cassandrum. Interea Deidamia ad Demetrium ex Græcia navigavit. Quum non diu apud eum fuisset, ex morbo est extincta. Amicitia cum Ptolemæo Seleuci opera conciliata, nuptias Ptolemaidis Ptolemæi sororis pepigit. Atque hæc plena civilitatis facta Seleuci sunt. Cæterum ubi postulavit a Demetrio ut pro certa pecunia traderet sibi Ciliciam: renuente vero hoc, poposcit cum stomacho Sidonem & Tyrum; habitus est violenter agere & sæve: qui, quum recidisset in potestatem suam quicquid inter Indiam & mare Syrium interjacet, adeo adhuc esset inops & mendicus, ut duorum causa oppidorum socerum suum, & fortunæ varietate afflictum agitaret: præbuitque illustre testimonium Platoni, monenti ne facultates amplificet, sed diminuat is qui vere esse

ve-

ἂν ἐλάσσω, τόν γε βουλόμενον ὡς ἀληθῶς εἶναι πλούσιον. ὡς ὅ γε μὴ παύων φιλοπλουτίαν, οὔτε πενίας οὔτε ἀπορίας ἀπήλλακται.

Οὐ μὴν ὑπέπτηξε Δημήτριος, ἀλλὰ φήσας, οὐδ' ἂν μυριάκις ἡττηθῇ μάχας ἄλλας, ἐνθήσω γαμβρὸν ἀγαπήσειν ἐπὶ μισθῷ Σέλευκον, τὰς μὲν πόλεις ἐκρατύνατο φρουραῖς· αὐτὸς δὲ πυθόμενος Λαχάρην στασιάζουσιν Ἀθηναίοις ἐπιθέμενον τυραννεῖν, ἤλπισε ῥᾳδίως ἐπιφανεὶς λήψεσθαι τὴν πόλιν. καὶ τὸ μὲν πέλαγος ἀσφαλῶς διεπεραιώθη μεγάλῳ στόλῳ· παρὰ δὲ τὴν Ἀττικὴν παραπλέων ἐχειμάσθη, καὶ τὰς πλείστας ἀπέβαλε τῶν νεῶν, καὶ συνδιεφθάρη πλῆθος ἀνθρώπων οὐκ ὀλίγον. αὐτὸς δὲ σωθεὶς ἥψατο μὲν τινος πολέμου πρὸς τοὺς Ἀθηναίους· ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινε, πέμψας ναυτικὸν αὖθις ἀθροίσοντας, αὐτὸς εἰς Πελοπόννησον παρῆλθε, καὶ Μεσσήνην ἐπολιόρκει, καὶ προσμαχόμενος τοῖς τείχεσιν ἐκινδύνευσε, καταπελτικοῦ βέλους εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῷ καὶ τὸ στόμα διὰ τῆς σιαγόνος ἐμπεσόντος. ἀναληφθεὶς δὲ, καὶ πόλεις τινὰς ἀφεστώσας προσαγαγόμενος, πάλιν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐνέβαλε· καὶ κρατήσας Ἐλευσῖνος καὶ Ῥαμνοῦντος, ἔφθειρε τὴν χώραν· καὶ ναῦν τινα λαβὼν ἔχουσαν σῖτον, καὶ εἰσάγουσαν τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκρέμασε τὸν ἔμπορον καὶ τὸν κυβερνήτην· ὥστε τῶν ἄλλων ἀποτρεπομένων διὰ φόβον, σύντονον λιμὸν ἐν ἄστει γενέσθαι, πρὸς δὲ τῷ λιμῷ, καὶ τῶν ἄλλων ἀπορίαν γενέσθαι. ἀλῶν γοῦν μέδιμνον ὠνοῦντο τετταράκοντα δραχμῶν, ὁ δὲ τῶν πυρῶν μόδιος ὤνιος ἦν τριακοσίων. μικρὰν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἀναπνοὴν παρέσχον ἑκατὸν πεντήκοντα νῆες φανεῖσαι περὶ Αἴγιναν,

velit dives cupiditatem insatiabilem. Nam aviditatem habendi qui non reprimit, hic nec a paupertate nec inopia est exolutus.

Nihil trepidavit tamen Demetrius: sed, Ut sexcentis pugnis aliis, inquit, victus sim, non inducam in animum ut Seleuci affinitatem amplectar mercede. Atque urbes illas præsidio firmavit. Ut vero accepit dissidentibus Atheniensibus moliri Lacharem tyrannidem, speravit repentino incursu urbe se facile potiturum. Ac pelagus magna classe incolumis transmisit. Atticam prætervehens, tempestate jactatus est, navesque plerasque amisit, & non exiguus hominum numerus interiit. Ipse sospes quum evasisset, bellum commisit cum Atheniensibus aliquantulum. Ubi nihil profecit, missis certis qui classem denuo cogerent, transiit in Peloponnesum, & Messenem obsedit. Ubi dum oppugnat mœnia, in discrimen venit, telo ex catapulta in faciem ejus & os per maxillam adacto. Ut recollegit se, & oppida aliquot quæ defecerant, recepit, incurrit de integro in Atticam, captaque Eleusine & Ramnunte fines foedavit: ac nave capta frumento onusta, quod importabatur Athenas, negotiatorem & gubernatorem suspendit. Unde deterritis aliis pressa est ingenti fame urbs: praeterque famem aliarum rerum laborabat difficultate. Salis modimnum licitabantur quadraginta drachmis: tritici modius trecentis venundabatur. Exiguam vero populo Atheniensi respirationem centum quinquaginta naves præbuerunt circa Æginam conspectæ,

Αἴγιναν, ἃς ἔπεμψεν ἐπικούρους αὐτοῖς Πτολεμαῖος. εἶτα Δημητρίῳ πολλῶν μὲν ἐκ Πελοποννήσου, πολλῶν δὲ ἀπὸ Κύπρου νεῶν παραγινομένων, ὥστε συμπάσας ἀθροισθῆναι τριακοσίας, ἔφυγον ἄραντες οἱ Πτολεμαίου, καὶ Λαχάρης ὁ τύραννος ἀπέδρα προέμενος τὴν πόλιν.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, καίπερ ψηφισάμενοι θάνατον, εἰ μνησθείη τις εἰρήνης καὶ διαλλαγῆς πρὸς Δημήτριον, εὐθὺς ἀνεῴγνυσαν τὰς ἐγγὺς πύλας. καὶ πρέσβεις ἔπεμπον, οὐδὲν μὲν ἀπ' ἐκείνου χρηστὸν προσδοκῶντες, ἐκβιαζομένης δὲ τῆς ἀπορίας, ἐν ᾗ δυσχερῶν πολλῶν συμπεσόντων, λέγεταί τι καὶ τοιοῦτον γενέσθαι· πατέρα καὶ υἱὸν ἐν οἰκήματι καθέζεσθαι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἀπεγνωκότας, ἐκ δὲ τῆς ὀροφῆς μῦν νεκρὸν ἐκπεσεῖν, τοὺς δ', ὡς εἶδον, ἀναπηδήσαντας ἀμφοτέρους διαμάχεσθαι περὶ αὐτοῦ. τότε καὶ τὸν φιλόσοφον Ἐπίκουρον ἱστοροῦσι διαθρέψαι τοὺς συνήθεις, κυάμους πρὸς ἀριθμὸν μετ' αὐτῶν διανεμόμενον. οὕτως οὖν τῆς πόλεως ἐχούσης, εἰσελθὼν ὁ Δημήτριος, καὶ κελεύσας εἰς τὸ θέατρον ἀθροισθῆναι πάντας, ὅπλοις μὲν συνέφραξε τὴν σκηνὴν, καὶ δορυφόροις τὸ λογεῖον περιέλαβεν, αὐτὸς δὲ καταβὰς, ὥσπερ οἱ τραγῳδοὶ, διὰ τῶν ἄνω παρόδων, ἔτι μᾶλλον ἐκπεπληγμένων τῶν Ἀθηναίων, τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου, πέρας ἐποιήσατο τοῦ δέους αὐτῶν. καὶ γὰρ τόνου φωνῆς, καὶ ῥημάτων πικρίας φεισάμενος, ἐλαφρῶς δὲ καὶ φιλικῶς μεμψάμενος αὐτοὺς, διηλλάσετο, καὶ δέκα μυριάδας σίτου μεδίμνων ἐπέδωκε, καὶ κατέστησεν ἀρχὰς αἳ μάλιστα τῷ δήμῳ προσφιλεῖς ἦσαν. συνιδὼν δὲ Δρομοκλείδης ὁ ῥήτωρ ὑπὸ χαρᾶς τὸν δῆμον ἔν τε φωναῖς ὄντα παντοδαπαῖς, καὶ τοὺς

ſpectæ, quas Ptolemæus eis ſubſidio miſit. Mox quum multas Demetrius ex Peloponneſo, multas ex Cypro accepiſſet naves, atque cunctæ trecentas numero compleſſent, conſcivit claſſis Ptolemæi fugam, ac tyrannus Lachares deſerta profugit urbe.

Athenienſes vero licet ſanxiſſent pœnam capitalem in eum qui pacis cum Demetrio & fœderis feciſſet mentionem, protinus proximam portam patefecerunt, legatoſque miſerunt, non quo quicquam ab eo exſpectarent clementiæ, ſed quia exprimebat inopia: in qua inter multa acerbitatis exempla hoc refertur accidiſſe, patrem & filium uno in domicilio rebus ſuis deploratis ſediſſe; quum ex tecto mus mortuus eſt delapſus, illos, ut viderunt, ambos exiliiſſe atque de eo inter ſe decertaſſe. Tunc etiam Epicurum philoſophum eos qui eſſent ex ſecta ſua, memoriæ tradunt ſuſtinuiſſe, fabaſque cum iis ad numerum partitum. Eo in civitatis ſtatu Demetrius urbem ingreſſus, imperavit ut omnes in theatrum convenirent, ſepſitque ſcenam armis, & pulpitum ſtipatoribus cinxit. Ipſe tragœdorum more ſuperioribus deſcendens tranſitibus, multo jam magis attonitis Athenienſibus, initio orationis metum eorum terminavit. Etenim vocis contentioni & verborum amarulentiæ parcens, molliter & benevole caſtigavit eos, atque in gratiam cum iis rediit. Donavit iis centum millia medimnum tritici, magiſtratuſque præfecit qui maxime populo forent grati. Hic Dromoclides orator populum advertens præ lætitia varias facere acclamationes, ac præ-

μιῶνος ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, μόνος ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν Πυθόδωρος ὁ δᾳδοῦχος· ἐπέρανε δὲ οὐδέν. ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν καὶ νομίζειν, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιὼν, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν, τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. διὸ καὶ Φιλιππίδης τὸν Στρατοκλέα λοιδορῶν ἐποίησεν,

Ὁ τὸν ἐνιαυτὸν συντεμὼν εἰς μῆν' ἕνα·

καὶ περὶ τῆς ἐν τῷ παρθενῶνι κατασκηνώσεως,

Ὁ τὴν ἀκρόπολιν πανδοχεῖον ὑπολαβὼν,
Καὶ τὰς ἑταίρας εἰσάγων τῇ παρθένῳ.

Πολλῶν δὲ γινομένων ἐν τῇ πόλει τότε πλημμελημάτων καὶ παρανομημάτων, ἐκεῖνο μάλιστα λέγεται λυπῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, ὅτι διακόσια καὶ πεντήκοντα τάλαντα πορίσαι ταχὺ καὶ δοῦναι προσταχθὲν αὐτοῖς, καὶ τῆς εἰσπράξεως συντόμου καὶ ἀπαραιτήτου γινομένης, ἰδὼν ἠθροισμένον τὸ ἀργύριον, ἐκέλευσε Λαμίᾳ καὶ ταῖς περὶ αὐτὴν ἑταίραις εἰς σμῆγμα δοθῆναι. ἡ γὰρ αἰσχύνη τῆς ζημίας, καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ πράγματος μᾶλλον ἠνώχλησε τοὺς ἀνθρώπους. ἔνιοι δὲ τοῦτο Θετταλοῖς οὐκ Ἀθηναίοις ὑπ' αὐτοῦ συμβῆναι λέγουσιν. χωρὶς δὲ τούτων, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ Λαμία τῷ βασιλεῖ παρασκευάζουσα δεῖπνον, ἠργυρολόγησε πολλούς. καὶ τὸ δεῖπνον οὕτως ἤνθησε τῇ δόξῃ διὰ

edromione: recondita inſpiciebant interjecto a magnis ut minimum anno. Lectis literis ejus, unus ſuſtinuit intercedere tædifer Pythodorus, incaſſum tamen. Cæterum lata ex Stratoclis ſententia lege, ut menſem Munychionem Antheſterionem nuncuparent & haberent, Demetrium initiaverunt cæremoniis quæ publice fiebant. Mox iterum ab Antheſterione Munychion converſus in Boedromionem reliquas ceremonias recepit, ſimulque ad inſpectionem quoque admiſſus Demetrius eſt ſacrorum. Unde in Stratoclis opprobrium Philippides hos verſus fecit,

In menſis arctum traxit anni circulum.

Iam de diverſorio ejus in templo Minervæ,

Arcem tabernæ deputavit hic loco,
Et ſcorta duxit ad ſacrata virginis.

Multis admiſſis id temporis in urbe illa delictis & flagitiis, illud momordit, ut fertur, Athenienſes potiſſimum, quod cum ducenta quinquaginta talenta ipſis propere imperata ab Demetrio fuiſſent, præcipitataque exactio & acerbe exercita; ubi coactum argentum vidit, Lamiæ juſſit id, cæteriſque meretricibus quæ circa eam erant, ad ſaponem emendum præberi. Pupugit enim cives pudor magis quam jactura, & verba, quibus eſt uſus, quam exactio. Sunt qui Theſſalis hoc, non Athenienſibus referant accidiſſe. Præter hæc ipſa ſeorſum Lamia cœnam regi parans, a multis pecuniam conciliavit, atque ob immenſos ſumptus uſque adeo

διὰ τὴν πολυτέλειαν, ὥστε ὑπὸ Λυγκέως τοῦ Σαμίου συγγεγράφθαι. διὸ καὶ τῶν κωμικῶν τις οὐ φαύλως τὴν Λαμίαν Ἑλέπολιν ἀληθῶς προσεῖπε. Δημοχάρης δὲ ὁ Σόλιος τὸν Δημήτριον ἐκάλει Μῦθον· εἶναι γὰρ αὐτῷ καὶ Λαμίαν. οὐ μόνον δὲ ταῖς γαμεταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς φίλοις τοῦ Δημητρίου ζῆλον καὶ φθόνον ἀνημεροῦσα καὶ στεργομένη παρεῖχεν. ἀφικόμενοι γοῦν τινες παρ' αὐτοῦ κατὰ πρεσβείαν πρὸς Λυσίμαχον, οἷς ἐκεῖνος ἄγων σχολὴν ἐπέδειξεν ἔν τε τοῖς μηροῖς καὶ τοῖς βραχίοσιν ὠτειλὰς βαθείας ὀνύχων λεοντείων· καὶ διηγεῖτο τὴν γενομένην αὐτῷ μάχην πρὸς τὸ θηρίον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου συγκαθειρχθέντι τοῦ βασιλέως. οἱ δὲ γελῶντες ἔφασαν καὶ τὸν αὐτῶν βασιλέα δεινοῦ θηρίου δήγματα φέρειν ἐν τῷ τραχήλῳ, Λαμίας. ἦν δὲ θαυμαστὸν ὅτι τῆς Φίλας ἐν ἀρχῇ τὸ μὴ καθ' ἡλικίαν δυσχεραίνων, ἥττητο τῆς Λαμίας, καὶ τοσοῦτον ἤρα χρόνον ἤδη παρηκμακυίας. Δημὼ γ' οὖν ἡ ἐπικαλουμένη Μανία, παρὰ δεῖπνον αὐλούσης τῆς Λαμίας, καὶ τοῦ Δημητρίου πυθομένου, τί σοι δοκεῖ; Γραῦς, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ. πάλιν δὲ τραγημάτων παρατεθέντων, κἀκείνου πρὸς αὐτὴν εἰπόντος, ὁρᾷς ὅσα μοι Λαμία πέμπει; πλείονα, ἔφη, πεμφθήσεταί σοι παρὰ τῆς ἐμῆς μητρὸς, ἐὰν θέλῃς καὶ μετ' αὐτῆς καθεύδειν. ἀπομνημονεύεται δὲ τῆς Λαμίας καὶ πρὸς τὴν λεγομένην Βοκχόρεως κρίσιν ἀντίρρησις. ἐπεὶ γάρ τις ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἑταίρας Θώνιδος, ᾐτεῖτο συχνὸν χρυσίον, εἶτα κατὰ τοὺς ὕπνους δόξας αὐτῇ συγγενέσθαι, τῆς ἐπιθυμίας ἐπαύσατο δίκην ἔλαχεν ἡ Θῶνις αὐτῷ τοῦ μισθώματος. ἀκού-

adeo fuit illa celebrata cœna, ut eam Lynceus Samius mandaverit literis. Quamobrem Lamiam comicus quidam apposite veram Helepolim vocavit. Demochares etiam Solius Demetrium Fabulam appellavit, quod ei Lamia quoque esset. Hujus, non uxoribus modo, sed amicis quoque Demetrii, gratia apud eum, ejusque in hanc amor, æmulationem & invidiam movit. Venerunt ad Lysimachum aliqui ab Demetrio legati, quibus ille per otium altas in cruribus & brachiis suis leoninorum unguium cicatrices ostendit, exposuitque suam cum leone pugnam, quam ab Alexandro rege cum illo conclusus conseruerat. Illi in risum effusi suum quoque regem prædicaverunt immanis feræ in collo ferre morsus Lamiæ. Mirum fuit eum qui Philæ deflorescente ætate offensus fuerat initio, succubuisse Lamiæ, & tamdiu jam vergentem annis dilexisse. Ac Demo quidem cognomento Mania, tibia super cœnam canente Lamia, quum rogaret eam Demetrius, Quid tibi videtur? Anus, inquit, rex. Iterum appositis secundis mensis quum diceret ille, Vides-ne quam multa mihi mittat Lamia? Plura, inquit, a matre mea mittentur tibi, si cum ea quoque volueris cubare. Memoratur Lamiæ quoque celebrati Bocchoris judicii impugnatio: nam quum quidam meretricem Ægyptiam Thonidem amaret, poposcit illa ingentem pecuniæ summam. Adolescens inde quum in somnis sibi visus esset cum illa concumbere, liberatus est libidine. Ob id mercedem ab illo institit Thonis judicio exigere. Cognita

ἀκούσας δὲ τὸν λόγον ὁ Βόκχορις, ἐκέλευσε τὸν ἄνθρωπον ὅσον ᾐτήθη χρυσίον ἠριθμημένον ἐν τῷ ἀγγείῳ διαφέρειν δεῦρο κἀκεῖσε τῇ χειρὶ, τὴν δ' ἑταίραν ἔχεσθαι τῆς σκιᾶς· ὡς τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας σκιὰν οὖσαν. οὐκ ᾤετο ταύτην εἶναι τὴν κρίσιν ἡ Λαμία δικαίαν. οὐ γὰρ ἀπέλυσεν ἡ σκιὰ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀργυρείου τὴν ἑταίραν, τὸ δὲ ὄναρ ἔπαυσεν ἐρῶντα τὸν νεανίσκον. ταῦτα μὲν οὖν περὶ Λαμίας.

Τὴν δὲ διήγησιν, ὥσπερ ἐκ κωμικῆς σκηνῆς, πάλιν εἰς τραγικὴν μετάγουσιν αἱ τύχαι καὶ αἱ πράξεις τοῦ ἀνδρὸς ὃν διηγούμεθα. τῶν γὰρ ἄλλων βασιλέων ἁπάντων συνισταμένων ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον καὶ συμφερόντων εἰς ταυτὸ τὰς δυνάμεις, ἀπῆρεν ὁ Δημήτριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῷ πατρὶ συμμίξας φιλοτιμουμένῳ παρ' ἡλικίαν πρὸς τὸν πόλεμον, ἔτι μᾶλλον αὐτὸς ἐπερρώσθη. καίτοι δοκεῖ γε Ἀντίγονος, εἰ μικρῶν τινῶν ὑφεῖτο, καὶ τῆς ἄγαν φιλαρχίας ἐχάλασε, μέχρι παντὸς ἂν αὑτῷ διαφυλάξαι, κἀκείνῳ καταλιπεῖν τὸ πρῶτον εἶναι. φύσει δὲ βαρὺς ὢν καὶ ὑπερόπτης, καὶ τοῖς λόγοις οὐχ ἧττον ἢ τοῖς πράγμασι τραχὺς, πολλοὺς καὶ νέους καὶ δυνατοὺς ἄνδρας ἐξηγρίαινε καὶ παρώξυνε. καὶ τήν γε τότε σύστασιν καὶ κοινωνίαν αὐτῶν ἔλεγεν, ὥσπερ ὀρνίθων σπερμολόγων συνδρομὴν, ἐν λίθῳ καὶ ψόφῳ συνδιαταράξειν. ἦγε δὲ πεζοὺς μὲν ἑπτακισμυρίων πλείους, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἐλέφαντας δὲ ἑβδομήκοντα πέντε· τῶν ἐναντίων ἐχόντων πεζοὺς μὲν, ἑξακισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ, πεντακοσίους τῶν ἐκείνου πλείονας, ἐλέφαντας δὲ τετρακοσίους, ἅρματα δὲ, ἑκατὸν εἴκοσι. γενομένων δ' ἐγγὺς αὐτῶν, τροπὴν ἔσχεν ἡ διάνοια τῆς

Cognita causa jussit Bocchoris illi, quantum postulaverat Thonis argenti, in vase numeratum huc atque illuc manu jactare, ac meretricem umbra frui: quod veritatis opinio umbra sit. Hanc sententiam censuit Lamia iniquam esse. Neque enim, inquit illa, ademit meretrici umbra pecuniæ cupiditatem, somnium vero amore adolescentem expedivit. Hactenus de Lamia.

Porro historiam fortunæ & res gestæ viri, quem describimus, ex comica scena iterum traducunt in tragicam. Nam quum cæteri reges in Antigonum omnes conspirarent, viresque conferrent in unum, solvit Demetrius ex Græcia. Qui postquam se parenti supra ætatem in bellum incumbenti & exultanti conjunxit, multo magis erectus ipse est. Quanquam videtur Antigonus, si paululum de jure suo decessisset, atque ex insana ambitione remisisset, retenturus sibi perpetuo & illi fuisse relicturus primatum: verum ingenio ferox & contemptor aliorum, verbisque non secus ac factis insolens, multos & juvenes & potentes efferavit exacerbavitque viros. Atque coitionem illam regum & societatem jactavit se, sicut avium pascentium globum, uno lapide & strepitu disturbaturum. Pedites sub signis habebat supra septuaginta millia, decem equitum, elephantos quinque & septuaginta. Hostibus pedites erant quatuor millia supra sexaginta millia, equites quam illi plus quingentis, quadringenti elephanti, currus centum viginti. Quum illi castra castris ejus contulissent, mutationem mens ejus spei magis

τῆς ἐλπίδος μᾶλλον ἢ τῆς γνώμης. ὑψηλὸς γὰρ εἶναι καὶ γαῦρος εἰωθὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ χρώμενος φωνῇ τε μεγάλῃ καὶ λόγοις σοβαροῖς, πολλάκις δὲ καὶ τῷ παρασκῶψαί τι καὶ γελοῖον εἰπεῖν, τῶν πολεμίων ἐν χερσὶν ὄντων, ἐπιδεικνύμενος εὐστάθειαν καὶ καταφρόνησιν, τότε σύννους ἑωρᾶτο καὶ σιωπηλὸς τὰ πολλά, καὶ τὸν υἱὸν ἀπέδειξε τῷ πλήθει καὶ συνέστησε διάδοχον. ὃ δὲ μάλιστα πάντες ἐθαύμασαν, ἐν τῇ σκηνῇ μόνος διελέχθη πρὸς αὐτόν, οὐκ εἰθισμένος ἔχειν οὐδὲ πρὸς ἐκεῖνον ἀπορρήτους κοινολογίας, ἀλλὰ ἴδιος ὢν γνώμῃ, εἶτα προστάττων φανερῶς καὶ χρώμενος οἷς βουλεύσαιτο καθ' ἑαυτόν. λέγεται γοῦν μειράκιον ἔτι ὄντα τὸν Δημήτριον αὐτοῦ πυθέσθαι, πότε μέλλουσιν ἀναζευγνύειν· τὸν δὲ εἰπεῖν πρὸς ὀργήν, ἀγωνιᾷς μὴ μόνος σὺ τῆς σάλπιγγος οὐκ ἀκούσης;

Τότε μέντοι καὶ σημεῖα μοχθηρὰ κατεδούλουτο τὴν γνώμην αὐτῶν. Δημήτριος μὲν γὰρ ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους Ἀλέξανδρον ὡπλισμένον λαμπρῶς ἐρωτᾶν, ὁποῖόν τι σύνθημα διδόναι πρὸς τὴν μάχην μέλλουσιν. αὐτοῦ δὲ φήσαντος, Δία καὶ Νίκην, ἄπειμι τοίνυν, φάναι, πρὸς τοὺς ἐναντίους· ἐκεῖνοι γάρ με παραλαμβάνουσιν. Ἀντίγονος δέ, παρατατομένης ἤδη τῆς φάλαγγος, ἐξιὼν προσέπταισεν, ὥστε πεσεῖν ὅλος ἐπὶ στόμα, καὶ διατεθῆναι χαλεπῶς· ἀναστὰς δὲ καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας πρὸς τὸν οὐρανόν, ᾐτήσατο νίκην παρὰ τῶν Θεῶν, ἢ θάνατον ἀναίσθητον πρὸ τῆς ἥττης. γινομένης δὲ τῆς μάχης ἐν χερσί, Δημήτριος ἔχων τοὺς πλείστους καὶ κρατίστους τῶν ἱππέων, Ἀντι-

gis quam consilii habuit. Nam qui esse celsus in prœliis & exultare consueverat, & magna uti voce verbisque elatis, subinde etiam commisso jam prœlio per cavillum ridiculum quippiam jacere ad constantiam suam & contemptum hostium ostendendum, tunc cogitabundus fere & taciturnus conspiciebatur, filiumque suum exercitui ostendit commendavitque, successorem designans. Quod vero præcipue omnes stupuerunt, in tabernaculo colloquium cum eo solus habuit, haud solitus ne cum illo quidem remotis arbitris agere: verum suum solius consilium secutus, inde propalam dabat imperia, utebaturque iis quæ secum ipse statuisset. Fama est, quum adolescentulus etiamnum Demetrius ex eo quæsisset quando castra essent moturi, illum respondisse stomachabundum, Times ne solus tubam tu non exaudias?

At tunc fœda præsagia quoque multa animos eorum fregere. Demetrio visus est Alexander secundum quietem eximie armatus ab eo percontari quodnam signum pugnæ daturi essent: ubi respondit Demetrius, Jovem & Victoriam, Abeo ergo, dicere ille, ad hostes tuos: illi enim recipient me. Antigonus, quum acies jam instrueretur, progressus offendit pedem, ut totus in faciem caderet, atque affligeret corpus. Ut resurrexit, tensis ad cœlum manibus victoriam ab Diis, vel mortem poposcit antequam vinceretur subitam. Quum in prœlio ad manus esset ventum, Demetrius, qui plurimos & delectissimos equites ducebat, con-

Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου συνέπεσε, καὶ μέχρι τροπῆς τῶν πολεμίων λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, ἐν τῇ διώξει σοβαρᾷ καὶ φιλοτίμῳ παρὰ καιρὸν γενομένῃ τὴν νίκην διέφθειρεν. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐκ ἔσχε πάλιν ἀναστρέψας συμμῖξαι τοῖς πεζοῖς, τῶν ἐλεφάντων ἐν μέσῳ γενομένων· τὴν δὲ φάλαγγα γυμνὴν ἱππέων κατιδόντες οἱ περὶ Σέλευκον, οὐκ ἐνέβαλον μὲν, ὡς δὲ ἐμβαλοῦντες ἐφόβουν καὶ περιήλαυνον, μεταβάλλεσθαι διδόντες αὐτοῖς. ὃ καὶ συνέβη. πολὺ γὰρ μέρος ἀπορραγὲν ἑκουσίως μετεχώρησε πρὸς ἐκείνους, τὸ δὲ λοιπὸν ἐτράπη. φερομένων δὲ πολλῶν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, καί τινος τῶν περὶ αὐτὸν εἰπόντος, ἐπὶ σὲ οὗτοι, βασιλεῦ· τίνα γὰρ, εἶπεν, ἐμοῦ σκοπὸν ἔχουσιν; ἀλλὰ Δημήτριος ἀφίξεται βοηθῶν. καὶ τοῦτο μέχρι παντὸς ἐλπίζων, καὶ περισκοπῶν τὸν υἱὸν, ἅμα πολλῶν ἀκοντισμάτων εἰς αὐτὸν ἀφεθέντων ἔπεσε· καὶ τῶν ἄλλων ἀπολιπόντων ὀπαδῶν καὶ φίλων, μόνος παρέμεινε τῷ νεκρῷ Θώραξ ὁ Λαρισσαῖος.

Οὕτω δὲ κριθείσης τῆς μάχης, οἱ μὲν νενικηκότες βασιλεῖς τὴν ὑπ' Ἀντιγόνῳ καὶ Δημητρίῳ πᾶσαν ἀρχὴν, ὥσπερ μέγα σῶμα, κατακόπτοντες, ἐλάμβανον μερίδας, καὶ προσδιενέμοντο τὰς ἐκείνων ἐπαρχίας, ἃς εἶχον αὐτοὶ πρότερον. Δημήτριος δὲ μετὰ πεντακισχιλίων πεζῶν καὶ τετρακισχιλίων ἱππέων φεύγων, καὶ συντόνως ἐλάσας εἰς Ἔφεσον, οἰομένων ἁπάντων ἀποροῦντα χρημάτων αὐτὸν οὐκ ἀφέξεσθαι τοῦ ἱεροῦ, φοβηθεὶς τοὺς στρατιώτας μὴ τοῦτο ποιήσωσιν, ἀνέστη διὰ ταχέων, καὶ τὸν πλοῦν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος ἐποιεῖτο, τῶν λοιπῶν ἐλπίδων ἐν Ἀθηναίοις ἔχων τὰς μεγίστας.

καὶ

concurrit cum Antiocho Seleuci filio: atque usquedum profligavit hostem, præclare certavit, sed hostium tergis insolenter & ambitiose instando ultra quam tempus postulabat, labefecit victoriam. Neque enim regressus conjungere se peditatui valuit, elephantis interjectis. Cernens autem aciem Antigoni Seleucus nudatam equitatu, non irrupit in eam, sed irruptionem minitans circumvectus est, ac potestatem militibus fecit transeundi ad se: quod evenit. Magna enim pars abrupta transitionem voluntariam ad illum fecere. Reliqui dederunt terga. Petente Antigonum ingenti hostium globo, quum quidam ex iis qui circa eum erant, diceret ei, In te hi rex: Quo vero proposito isti, inquit, me petunt? at Demetrius suppetias veniet. Idque usque ad extremum exspectans, & respectans filium, grandine in eum conjecta telorum occubuit, aliisque comitibus & amicis eum relinquentibus, solus apud cadaver Lariffæus Thorax remansit.

Ita prœlio decreto victores reges totum imperium quod Antigono & Demetrio parebat, sicut magnum corpus, discerptum diviserunt inter se, illorumque provincias conjunxerunt suis quas ante tenebant. Demetrius quinque millibus peditum & quatuor equitum fugam cepit. Qui citato cursu delatus Ephesum, omnibus non abstenturum ob pecuniæ difficultatem fano existimantibus, quia timebat ipse ne id facerent milites, raptim movit signa. Cursum in Græciam direxit, inter spes reliquas maximam reponens in Athenienſibus.

Quippe

καὶ γὰρ καὶ ναῦς ἐκεῖ καὶ χρήματα καὶ γυναῖκα Δηϊδάμειαν ἐτύγχανε καταλελοιπώς· καὶ βεβαιοτέραν οὐκ ἐνόμιζε καταφυγὴν εἶναι τοῖς πράγμασι τῆς Ἀθηναίων εὐνοίας. ὅθεν ἐπεὶ ἐπειγομένῳ περὶ τὰς Κυκλάδας αὐτῷ πρέσβεις Ἀθηναίων ἀπήντησαν, ἀπέχεσθαι τῆς πόλεως παρακαλοῦντες, ὡς ἐψηφισμένου τοῦ δήμου μηδένα δέχεσθαι τῇ πόλει τῶν βασιλέων, τὴν δὲ Δηϊδάμειαν εἰς Μέγαρα ἐξέπεμψαν μετὰ τιμῆς καὶ πομπῆς πρεπούσης, τοῦ καθεστηκότος ἐξέστη δι' ὀργὴν αὐτοῦ, καίπερ εὐηνιόχως ῥᾷστα τὴν ἄλλην ἀτυχίαν, καὶ γεγονὼς ἐν τοσαύτῃ μεταβολῇ πραγμάτων οὐ ταπεινὸς οὐδ' ἀγεννής. ἀλλὰ τὸ παρ' ἐλπίδα διεψεῦσθαι τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὴν δοκοῦσαν εὔνοιαν ἐξηλέγχθαι τοῖς πράγμασι κενὴν καὶ πεπλασμένην οὖσαν, ὀδυνηρὸν ἦν αὐτῷ. τὸ γὰρ φαυλότατον, ὡς ἔοικεν, εὐνοίας ὄχλων βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις τεκμήριόν ἐστιν ὑπερβολὴ τιμῶν, ἧς ἐν τῇ προαιρέσει τῶν ἀποδιδόντων ἐχούσης τὸ καλὸν, ἀφαιρεῖ τὴν πίστιν ὁ φόβος. τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ δεδιότες ψηφίζονται καὶ φιλοῦντες. διόπερ οἱ νοῦν ἔχοντες, οὐκ εἰς ἀνδριάντας, οὐδὲ γραφὰς, οὐδὲ ἀποθεώσεις, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις τὰς ἑαυτῶν ἀποβλέποντες, ἢ πιστεύουσιν ὡς τιμαῖς, ἢ ἀπιστοῦσιν ὡς ἀνάγκαις. ὡς οἵ γε δῆμοι πολλάκις ἐν αὐταῖς μάλιστα ταῖς τιμαῖς μισοῦσι τοὺς ἀμέτρως καὶ ὑπερόγκως καὶ παρ' ἀκόντων λαμβάνοντας.

Ὁ γοῦν Δημήτριος τότε δεινὰ μὲν ἡγούμενος πάσχειν, ἀδύνατος δὲ ὢν ἀμύνασθαι, προσέπεμψε τοῖς Ἀθηναίοις ἐγκαλῶν μετρίως, ἀξιῶν δὲ τὰς ναῦς ἀπολαβεῖν, ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ τρεισκαιδεκήρης. κομισάμενος

δὲ

Quippe classem illic pecuniamque & conjugem Deidamiam reliquerat, nec portum arbitratus est rebus suis fideliorem Atheniensium benevolentia. Unde ubi properanti Atheniensium legati ad Cycladas insulas occurrerunt, ut urbe abstineret orantes, quod scivisset populus ne quis ex regibus urbe acciperetur, Deidamiamque Megaram honorifice & magno cum comitatu miserunt, inflammatus ira exivit e potestate mentis: quamvis moderatissime asperitatem reliquam fortunæ tulit, neque in ea rerum inclinatione se gessit vel abjecte vel ignaviter. Verum quod spem suam fefellissent Athenienses, & speciem illam benevolentiæ usu vanam deprehenderet & fucatam, id fuit ei acerbum. Siquidem inconstantissimum profecto benevolentiæ multitudinis erga reges & principes sunt indicium effusi honores. Quorum quum positum sit in offerentium studio ornamentum, fidem metus derogat. Eadem enim, & quum timent, decernunt, & quum amant. Quamobrem non statuas sani neque tabulas pictas vel divinos honores, sed sua ipsorum potius respicientes opera & facta, aut fidunt ut honoribus, aut ut necessitate expressis diffidunt. Nam frequenter populi in ipsis maxime conferendis honoribus oderunt eos qui immodicos & immoderatos accipiunt, idque ab invitis.

Ac Demetrius quidem id temporis insigni injuria se putans affectum, quum ulcisci non valeret, leniter cum Atheniensibus per legatos expostulavit, petiitque ut classem sibi, in qua navis una erat tredecim ordinum, remitterent. Qua

ac-

δὲ παρέπλευσεν εἰς Ἰσθμόν, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ κακῶς ἐχόντων (ἐξέπιπτον γὰρ ἑκασταχόθεν αἱ φρουραί, καὶ πάντα μεθίσατο πρὸς τοὺς πολεμίους) ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος Πύρρον, αὐτὸς ἄρας ἐπὶ τὴν Χερρόνησον ἔπλευσεν· καὶ κακῶς ἅμα ποιῶν Λυσίμαχον, ὠφέλει καὶ συνεῖχε τὴν περὶ αὐτὸν δύναμιν, ἀρχομένην ἀναλαμβάνειν, καὶ γίνεσθαι πάλιν οὐκ εὐκαταφρόνητον. ὁ δὲ Λυσίμαχος ὑπὸ τῶν ἄλλων βασιλέων ἠμελεῖτο, μηδὲν ἐπιεικέστερος ἐκείνου δοκῶν εἶναι, τῷ μᾶλλον ἰσχύειν καὶ φοβερώτερος. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Σέλευκος ἐμνᾶτο πέμπων τὴν Δημητρίου καὶ Φίλλας θυγατέρα Στρατονίκην, ἔχων μὲν ἐξ Ἀπάμας τῆς Περσίδος υἱὸν Ἀντίοχον· οἰόμενος δὲ τὰ πράγματα καὶ διαδόχοις ἀρκεῖν πλείοσι, καὶ δεῖσθαι τῆς πρὸς ἐκεῖνον οἰκειότητος· ἐπεὶ καὶ Λυσίμαχον ἑώρα τῶν Πτολεμαίου θυγατέρων τὴν μὲν ἑαυτῷ, τὴν δὲ Ἀγαθοκλεῖ τῷ υἱῷ λαμβάνοντα. Δημητρίῳ δ' ἦν ἀνέλπιστος εὐτυχία, κηδεῦσαι Σελεύκῳ. καὶ τὴν κόρην ἀναλαβὼν ἔπλει ταῖς ναυσὶ πάσαις εἰς Συρίαν, τῇ τε ἄλλῃ γῇ προσέχων ἀναγκαίως, καὶ τῆς Κιλικίας ἁπτόμενος, ἣν Πλείσταρχος εἶχε μετὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον μάχην, ἐξαίρετον αὐτῷ δοθεῖσαν ὑπὸ τῶν βασιλέων. ἦν δὲ Κασάνδρου Πλείσταρχος ἀδελφός. ἀδικεῖσθαι δὲ τὴν χώραν αὐτοῦ νομίζων ὑπὸ Δημητρίου κατὰ τὰς ἀποβάσεις, καὶ μέμψασθαι βουλόμενος τὸν Σέλευκον, ὅτι τῷ κοινῷ διαλλάττεται πολεμίῳ δίχα τῶν ἄλλων βασιλέων, ἀνέβη πρὸς αὐτόν.

Αἰσθό-

accepta præternavigavit in Isthmum, rebusque suis afflictis, (præsidia enim ejus ejiciebantur undique, cunctaque desciscebant ad hostes) reliquit in Græcia Pyrrhum, ac cursum in Chersonesum intendit, vastansque simul Lysimachi ditionem præda ditabat & retinebat copias suas, quæ recipere vires, nec mediocria incrementa accipere denuo occipiebant. Lysimachus autem nihil erat aliis regibus curæ, quod nihilo haberetur moderatior illo, ob majores vero vires formidabilior. Brevi post petiit per legatos Seleucus dari sibi conjugem Demetrii & Philæ filiam Stratonicen. Erat quidem ei jam ex Apama Perside Antiochus filius, sed res suas sufficere vel pluribus successoribus, & illius ducebat necessitudinem postulare. Quandoquidem Lysimachum quoque videbat ex Ptolemæi filiabus unam sibi, filio Agathocli alteram in matrimonium assumere. Demetrio oblata insperato fuit Seleuci affinitas, assumptaque puella navigavit cum tota classe in Syriam. Necesse habuit cum ad aliam terram appellere, tum attingere etiam Ciliciam: quam tenebat Plistarchus, extra ordinem sibi a regibus, postquam conflictum fuit cum Antigono, donatam. Cassandri fuit Plistarchus frater. Qui violatos putans ex Demetrii descensione fines suos, profectus est ad eum, ut quereretur de Seleuco, quod cum communi hoste sine aliis regibus in gratiam redisset.

De

Αἰσθόμενος δὲ τοῦτο Δημήτριος, ὥρμησεν ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ Κυΐνδων, καὶ τῶν χρημάτων εὑρὼν ἔτι λοιπὰ χίλια διακόσια τάλαντα, ταῦτα συσκευασάμενος, καὶ φθάσας ἐμβαλέσθαι, διὰ ταχέων ἀνήχθη. καὶ παρούσης ἤδη Φίλας τῆς γυναικὸς, αὐτῷ περὶ Ὀρροσὸν ἀπήντησε Σέλευκος· καὶ τὴν ἔντευξιν εὐθὺς ἄδολον καὶ ἀνύποπτον καὶ βασιλικὴν ἐποιοῦντο, πρότερον μὲν Σέλευκος ἑστιάσας ἐπὶ σκηνὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ Δημήτριον, αὖθις δὲ Δημήτριος ἐκεῖνον ἐν τῇ τρισκαιδεκήρει δεξάμενος. ἦσαν δὲ καὶ σχολαὶ καὶ κοινολογίαι καὶ συνδιημερεύσεις ἀφρούρων καὶ ἀνόπλων· ἄχρις οὗ Σέλευκος τὴν Στρατονίκην ἀναλαβὼν λαμπρῶς εἰς Ἀντιόχειαν ἀνέβη. Δημήτριος δὲ Κιλικίαν κατέσχε, καὶ Φίλαν τὴν γυναῖκα πρὸς Κάσανδρον ἔπεμψε τὸν ἀδελφὸν, ἀπολυσομένην τὰς Πλειστάρχου κατηγορίας. ἐν δὲ τούτῳ Δηϊδάμεια πλεύσασα πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, καὶ συγγενομένη χρόνον οὐ πολὺν, ἐξ ἀῤῥωστίας τινὸς ἐτελεύτησε. γενομένης δὲ φιλίας πρὸς Πτολεμαῖον αὐτῷ διὰ Σελεύκου, ὡμολογήθη Πτολεμαΐδα τὴν Πτολεμαίου θυγατέρα λαβεῖν αὐτὸν γυναῖκα. καὶ ταῦτα μὲν ἀστεῖα τοῦ Σελεύκου. Κιλικίαν δὲ ἀξιῶν χρήματα λαβόντα παραδοῦναι Δημήτριον, ὡς οὐκ ἔπειθε, Σιδῶνα καὶ Τύρον ἀπαιτῶν πρὸς ὀργὴν, ἐδόκει βίαιος εἶναι καὶ δεινὰ ποιεῖν, εἰ τὴν ἀπ' Ἰνδῶν ἄχρι τῆς κατὰ Συρίαν θαλάσσης ἅπασαν ὑφ' αὑτῷ πεποιημένος, οὕτως ἐνδεής ἐστιν ἔτι χρημάτων καὶ πτωχὸς, ὡς ὑπὲρ δυοῖν πόλεων ἄνδρα κηδεστὴν καὶ μεταβολῇ τύχης κεχρημένον ἐλαύνειν· λαμπρὰν τῷ Πλάτωνι μαρτυρίαν διδοὺς, διακελευομένῳ μὴ τὴν οὐσίαν πλείω, τὴν δὲ ἀπληστίαν ποι-

εῖν

De eo factus Demetrius certior, a mari ad Quinda contendit. Ubi quum reliqua adhuc ex thesauris mille ducenta talenta reperisset, his asportatis maturavit conscendere, ac raptim solvit. Quum jam adjunxisset se ei uxor Phila, occurrit ei ad Orossum Seleucus. Congressus fuit eorum simplex, candidus, & regalis. Prior in tabernaculum suum invitavit in castris Seleucus Demetrium. Inde Demetrius illum in tredecim ordinum navi accepit. Feriati una colloquutique sunt, & tempus traduxerunt incustoditi & inermes. Tandem Seleucus ducta secum Stratonice, magna cum pompa Antiochiam perrexit. At Demetrius Ciliciam occupavit, uxoremque Philam misit criminum Plistarchi diluendorum gratia ad fratrem Cassandrum. Interea Deidamia ad Demetrium ex Græcia navigavit. Quum non diu apud eum fuisset, ex morbo est extincta. Amicitia cum Ptolemæo Seleuci opera conciliata, nuptias Ptolemaidis Ptolemæi sororis pepigit. Atque hæc plena civilitatis facta Seleuci sunt. Cæterum ubi postulavit a Demetrio ut pro certa pecunia traderet sibi Ciliciam: renuente vero hoc, poposcit cum stomacho Sidonem & Tyrum; habitus est violenter agere & sæve: qui, quum recidisset in potestatem suam quicquid inter Indiam & mare Syrium interjacet, adeo adhuc esset inops & mendicus, ut duorum causa oppidorum socerum suum, & fortunæ varietate afflictum agitaret: præbuitque illustre testimonium Platoni, monenti ne facultates amplificet, sed diminuat is qui vere esse

ve-

ἂν ἐλάσσω, τόν γε βουλόμενον εἰς ἀληθῶς εἶναι πλούσιον. ὡς ὅ γε μὴ παύων φιλοπλουτίαν, οὔτε πενίας οὔτε ἀπορίας ἀπήλλακται.

Οὐ μὴν ὑπέπληξε Δημήτριος, ἀλλὰ φήσας, οὐδ' ἂν μυριάκις ἡττηθῇ μάχας ἄλλας, ἐνθήσω γαμβρὸν ἀγαπήσειν ἐπὶ μισθῷ Σέλευκον, τὰς μὲν πόλεις ἐκρατύνατο φρουραῖς· αὐτὸν δὲ πυθόμενος Λαχάρην στασιάζουσιν Ἀθηναίοις ἐπιθέμενον τυραννεῖν, ἤλπισε ῥᾳδίως ἐπιφανεὶς λήψεσθαι τὴν πόλιν. καὶ τὸ μὲν πέλαγος ἀσφαλῶς διεπεραιώθη μεγάλῳ στόλῳ· περὶ δὲ τὴν Ἀττικὴν παραπλέων ἐχειμάσθη, καὶ τὰς πλείστας ἀπέβαλε τῶν νεῶν, καὶ συνδιεφθάρη πλῆθος ἀνθρώπων οὐκ ὀλίγων. αὐτὸς δὲ σωθεὶς ἥψατο μέν τινος πολέμου πρὸς τοὺς Ἀθηναίους· ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινε, πέμψας ναυτικὸν αὖθις ἀθροίσοντας, αὐτὸς εἰς Πελοπόννησον παρῆλθε, καὶ Μεσσήνην ἐπολιόρκει, καὶ προσμαχόμενος τοῖς τείχεσιν ἐκινδύνευσε, καταπελτικοῦ βέλους εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῷ καὶ τὸ στόμα διὰ τῆς σιαγόνος ἐμπεσόντος. ἀναληφθεὶς δὲ, καὶ πόλεις τινὰς ἀφεστώσας προσαγαγόμενος, πάλιν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐνέβαλε· καὶ κρατήσας Ἐλευσῖνος καὶ Ῥαμνοῦντος, ἔφθειρε τὴν χώραν· καὶ ναῦν τινα λαβὼν ἄγουσαν σῖτον, καὶ εἰσάγουσαν τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκρέμασε τὸν ἔμπορον καὶ τὸν κυβερνήτην· ὥστε τῶν ἄλλων ἀποτρεπομένων διὰ φόβον, σύντονον λιμὸν ἐν ἄστει γενέσθαι, πρὸς δὲ τῷ λιμῷ, καὶ τῶν ἄλλων ἀπορίαν χρειῶν. ἁλῶν γοῦν μέδιμνον ὠνοῦντο τετταράκοντα δραχμῶν, ὁ δὲ τῶν πυρῶν μόδιος ὤνιος ἦν τριακοσίων. μικρὰν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἀναπνοὴν παρέσχον ἑκατὸν πεντήκοντα νῆες φανεῖσαι περὶ

Αἴγιναν,

velit dives cupiditatem insatiabilem. Nam aviditatem habendi qui non reprimit, hic nec a paupertate nec inopia est exolutus.

Nihil trepidavit tamen Demetrius: sed, Ut sexcentis pugnis aliis, inquit, victus sim, non inducam in animum ut Seleuci affinitatem amplectar mercede. Atque urbes illas præsidio firmavit. Ut vero accepit dissidentibus Atheniensibus moliri Lacharem tyrannidem, speravit repentino incursu urbe se facile potiturum. Ac pelagus magna classe incolumis transmisit. Atticam prætervehens, tempestate jactatus est, navesque plerasque amisit, & non exiguus hominum numerus interiit. Ipse sospes quum evasisset, bellum commisit cum Atheniensibus aliquantulum. Ubi nihil profecit, missis certis qui classem denuo cogerent, transiit in Peloponnesum, & Messenem obsedit. Ubi dum oppugnat mœnia, in discrimen venit, telo ex catapulta in faciem ejus & os per maxillam adacto. Ut recollegit se, & oppida aliquot quæ defecerant, recepit, incurrit de integro in Atticam, captaque Eleusine & Ramnunte fines fœdavit: ac nave capta frumento onusta, quod importabatur Athenas, negotiatorem & gubernatorem suspendit. Unde deterritis aliis pressa est ingenti fame urbs: præterque famem aliarum rerum laborabat difficultate. Salis medimnum licitabantur quadraginta drachmis: tritici modius trecentis venundabatur. Exiguam vero populo Atheniensi respirationem centum quinquaginta naves præbuerunt circa Æginam conspectæ,

Αἴγιναν, ἃς ἔπεμψεν ἐπικούρους αὐτοῖς Πτολεμαῖος. εἶτα Δημητρίῳ πολλῶν μὲν ἐκ Πελοποννήσου, πολλῶν δὲ ἀπὸ Κύπρου νεῶν παραγινομένων, ὥστε συμπάσας ἀθροισθῆναι τριακοσίας, ἔφυγον ἄραντες οἱ Πτολεμαίου, καὶ Λαχάρης ὁ τύραννος ἀπέδρα προέμενος τὴν πόλιν.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, καίπερ ψηφισάμενοι θάνατον, εἰ μνησθείη τις εἰρήνης καὶ διαλλαγῆς πρὸς Δημήτριον, εὐθὺς ἀνεῴγνυσαν τὰς ἐγγὺς πύλας. καὶ πρέσβεις ἔπεμπον, οὐδὲν μὲν ἀπ᾽ ἐκείνου χρηστὸν προσδοκῶντες, ἐκβιαζομένης δὲ τῆς ἀπορίας, ἐν ᾗ δυσχερῶν πολλῶν συμπεσόντων, λέγεταί τι καὶ τοιοῦτον γενέσθαι· πατέρα καὶ υἱὸν ἐν οἰκήματι καθέζεσθαι τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀπεγνωκότας, ἐκ δὲ τῆς ὀροφῆς μῦν νεκρὸν ἐκπεσεῖν, τοὺς δὲ, ὡς εἶδον, ἀναπηδήσαντας ἀμφοτέρους διαμάχεσθαι περὶ αὐτοῦ. τότε καὶ τὸν φιλόσοφον Ἐπίκουρον ἱστοροῦσι διαθρέψαι τοὺς συνήθεις, κυάμους πρὸς ἀριθμὸν μετ᾽ αὐτῶν διανεμόμενον. οὕτως οὖν τῆς πόλεως ἐχούσης, εἰσελθὼν ὁ Δημήτριος, καὶ κελεύσας εἰς τὸ θέατρον ἀθροισθῆναι πάντας, ὅπλοις μὲν συνέφραξε τὴν σκηνὴν, καὶ δορυφόροις τὸ λογεῖον περιέλαβεν, αὐτὸς δὲ καταβὰς, ὥσπερ οἱ τραγῳδοὶ, διὰ τῶν ἄνω παρόδων, ἔτι μᾶλλον ἐκπεπληγμένων τῶν Ἀθηναίων, τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου, πέρας ἐποιήσατο τοῦ δέους αὐτῶν. καὶ γὰρ τόνου φωνῆς, καὶ ῥημάτων πικρίας φεισάμενος, ἐλαφρῶς δὲ καὶ φιλικῶς μεμψάμενος αὐτοὺς, διηλλάσετο, καὶ δέκα μυριάδας σίτου μεδίμνων ἐπέδωκε, καὶ κατέστησεν ἀρχὰς αἳ μάλιστα τῷ δήμῳ προσφιλεῖς ἦσαν. συνιδὼν δὲ Δρομοκλείδης ὁ ῥήτωρ ὑπὸ χαρᾶς τὸν δῆμον ἔν τε φωναῖς ὄντα παντοδαπαῖς, καὶ τοὺς

spectæ, quas Ptolemæus eis subsidio misit. Mox quum multas Demetrius ex Peloponneso, multas ex Cypro accepisset naves, atque cunctæ trecentas numero complessent, conscivit classis Ptolemæi fugam, ac tyrannus Lachares deserta profugit urbe.

Athenienses vero licet sanxissent pœnam capitalem in eum qui pacis cum Demetrio & fœderis fecisset mentionem, protinus proximam portam patefecerunt, legatosque miserunt, non quo quicquam ab eo exspectarent clementiæ, sed quia exprimebat inopia: in qua inter multa acerbitatis exempla hoc refertur accidisse, patrem & filium uno in domicilio rebus suis deploratis sedisse; quum ex tecto mus mortuus est delapsus, illos, ut viderunt, ambos exiliisse atque de eo inter se decertasse. Tunc etiam Epicurum philosophum eos qui essent ex secta sua, memoriæ tradunt sustinuisse, fabasque cum iis ad numerum partitum. Eo in civitatis statu Demetrius urbem ingressus, imperavit ut omnes in theatrum convenirent, sepsitque scenam armis, & pulpitum stipatoribus cinxit. Ipse tragœdorum more superioribus descendens transitibus, multo jam magis attonitis Atheniensibus, initio orationis metum eorum terminavit. Etenim vocis contentioni & verborum amarulentiæ parcens, molliter & benevole castigavit eos, atque in gratiam cum iis rediit. Donavit iis centum millia medimnum tritici, magistratusque præfecit qui maxime populo forent grati. Hic Dromoclides orator populum advertens præ lætitia varias facere acclamationes, ac præ-

τοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐπαίνους τῶν δημαγωγῶν ἁμιλλώμενον ὑπερβάλλεσθαι, γνώμην ἔγραψε, Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ τὸν Πειραιᾶ παραδοθῆναι καὶ τὴν Μουνυχίαν. ἐπιψηφισθέντων δὲ τούτων, ὁ Δημήτριος αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ προσενέβαλε φρουρὰν εἰς τὸ Μουσεῖον, ὡς μὴ πάλιν ἀναχαιτίσαντα τὸν δῆμον ἀσχολίας αὐτῷ πραγμάτων ἑτέρων παρασχεῖν.

Ἐχομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, εὐθὺς ἐπεβούλευε τῇ Λακεδαίμονι· καὶ περὶ Μαντίνειαν Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως ἀπαντήσαντος αὐτῷ, νικήσας μάχῃ καὶ τρεψάμενος, εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐνέβαλε. καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Σπάρτῃ πάλιν ἐκ παρατάξεως ἑλὼν πεντακοσίους, καὶ διαφθείρας διακοσίους, ὅσον οὔπω τὴν πόλιν ἔχειν ἐδόκει μέχρι τῶν χρόνων ἐκείνων ἀνάλωτον οὖσαν. ἀλλ' ἡ τύχη περὶ οὐδένα τῶν βασιλέων ἔοικεν οὕτω τροπὰς λαβεῖν μεγάλας καὶ ταχείας, οὐδ' ἐν ἑτέροις πράγμασι τοσαυτάκις μικρὰ καὶ πάλιν μεγάλη, καὶ ταπεινὴ μὲν ἐκ λαμπρᾶς, ἰσχυρὰ δὲ αὖθις ἐκ φαύλης γενέσθαι. διὸ καί φασιν αὐτὸν ἐν ταῖς χείροσι μεταβολαῖς, πρὸς τὴν τύχην ἀναφθέγγεσθαι τὸ Αἰσχύλειον,

Σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταίθειν μοι δοκεῖς.

καὶ γὰρ τότε τῶν πραγμάτων οὕτως εὐπόρως αὐτῷ πρὸς ἀρχὴν καὶ δύναμιν ἐπιδιδόντων, ἀγγέλλεται Λυσίμαχος μὲν πρῶτος ἀφῃρημένος αὐτοῦ τὰς ἐν Ἀσίᾳ πόλεις, Κύπρον δὲ Πτολεμαῖος ᾑρηκώς, ἄνευ μιᾶς πόλεως Σαλαμῖνος, ἐν δὲ Σαλαμῖνι πολιορκῶν τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα κατειλημμένους. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τύχη, καθάπερ ἡ παρ' Ἀρχιλόχῳ γυνή,

Τῇ

præconia ex ſuggeſtu certare ut ſuperaret concionatorum, legem promulgavit ut Demetrio regi Piræeum & Munychia traderentur. Hac perlata, collocavit Demetrius per ſe præſidium in Muſeo quoque, ne ſi iterum deſciviſſet ab ſe populus, ab aliis occupationibus deſtineret ſe.

Redactis in poteſtatem Athenis, mox appetiit Lacedæmonem, atque rege Archidamo, qui apud Mantineam ſibi occurrit, ſignis collatis fuſo fugatoque, in Laconiam invaſit, atque in ipſius conſpectu Spartæ conflixit iterum cum eo, captiſque quingentis, ducentis cæſis, tantum non videbatur urbem ad illam uſque memoriam nunquam captam cepiſſe. Verum enimvero in nullo fortunam rege adeo magnas apparet & volucres viciſſitudines feciſſe, neque aliis in negotiis toties ex abjecta denuo celſam, & humilem ex clara, potentemque rurſus ex fracta evaſiſſe. Unde in ſiniſterioribus inclinationibus ad fortunam aiunt eum dicere hoc Æſchyli ſolitum,

Tu me extuliſti, eadem me is, ſentio, perditum.

Etenim rebus ejus tam ſplendide ad imperium tunc & potentiam aſſurgentibus, Lyſimachum nuntiatur urbes Aſianas ei abſtuliſſe, Cyprum Ptolemæum una excepta urbe Salamine cepiſſe: Salamine autem liberos ejus matremque occupatos circumſedere. Verum enimvero fortuna, ſicut illa apud Archilochum mulier,

Una

Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολοφρονέουσα χειρὶ, τῇ δ' ἑτέρῃ πῦρ,

δεινοῖς αὐτὸν οὕτω καὶ φοβεροῖς ἀγγέλμασιν ἀποστήσασα τῆς Λακεδαίμονος, εὐθὺς ἑτέρας πραγμάτων καινῶν καὶ μεγάλων ἐπήνεγκεν ἐλπίδας, ἐκ τοιαύτης αἰτίας.

Ἐπεὶ Κασάνδρου τελευτήσαντος, ὁ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν παίδων Φίλιππος, οὐ πολὺν χρόνον βασιλεύσας Μακεδόνων, ἀπέθανεν, οἱ λοιποὶ δύο πρὸς ἀλλήλους ἐστασίαζον. θατέρου δὲ αὐτῶν Ἀντιπάτρου, τὴν μητέρα Θεσσαλονίκην φονεύσαντος, ἅτερος ἐκάλει βοηθοὺς, ἐκ μὲν Ἠπείρου Πύῤῥον, ἐκ δὲ Πελοποννήσου Δημήτριον. ἔφθασε δὲ Πύῤῥος ἐλθὼν, καὶ πολὺ μέρος Μακεδονίας ἀποτεμόμενος, τῆς βοηθείας μισθὸν, φοβερὸς μὲν ἦν ἤδη παροικῶν Ἀλεξάνδρῳ· Δημητρίου δὲ, ὡς ἐδέξατο τὰ γράμματα, μετὰ τῆς δυνάμεως προσιόντος, ἔτι μᾶλλον ὁ νεανίας τοῦτον φοβηθεὶς διὰ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν δόξαν, ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ Δῖον, ἀσπαζόμενος μὲν καὶ φιλοφρονούμενος, οὐδὲν δὲ φάσκων ἔτι τῆς ἐκείνου δεῖσθαι τὰ πράγματα παρουσίας. ἦσαν οὖν ἐκ τούτων ὑποψίαι πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς, καὶ βαδίζοντι Δημητρίῳ πρὸς δεῖπνον ὑπὸ τοῦ νεανίσκου παρακεκλημένῳ μηνύει τις ἐπιβουλὴν, ὡς ἐν αὐτῷ τῷ πότῳ μελλόντων αὐτὸν ἀνελεῖν. ὁ δὲ, μηδὲν διαταραχθεὶς, ἀλλὰ μικρὸν ὑφεὶς τῆς πορείας, ἐκέλευσε τοὺς μὲν ἡγεμόνας ἐν τοῖς ὅπλοις τὴν στρατιὰν ἔχειν· ἀκολούθους δὲ καὶ παῖδας ὅσοι περὶ αὐτὸν ἦσαν (ἦσαν δὲ πολὺ πλείους τῶν Ἀλεξάνδρου) συνεισελθεῖν εἰς τὸν ἀνδρῶνα, καὶ παραμένειν ἄχρις ἂν ἐξαναστῇ. τοῦτο δείσαντες οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον,

οὐκ

Una manu dolosa aquam, ignemque altera
Ferebat,

tam gravibus eum & tristibus nuntiis ab Lacedæmone avellens, alias de integro novarum & splendidarum spes rerum ex hujuscemodi causa obtulit.

Postquam defuncto Cassandro filius ejus stirpis maximus, quum haud diu tenuisset regnum Macedonum, decessit, reliqui duo inter se dissederunt. Quorum quoniam alter matrem trucidavit Thessalonicam, alter socios evocavit, ex Epiro Pyrrhum, ex Peloponneso Demetrium. Pyrrhus autem maturavit venire: qui magna parte ablata Macedoniæ, auxilii mercede, formidabilis jam Alexandro erat vicinus. Ubi vero Demetrius literis acceptis cum exercitu adfuit, multo hunc magis ex dignitate & autoritate formidans adolescens, processit ei ad Dion obviam: atque illum quidem salutavit, comiterque accepit, sed res suas negavit jam præsentiam ejus requirere. Hinc mutuæ inter eos extitere suspiciones, pergentique ad cœnam, quum esset ab adolescente invitatus Demetrius, indicat non nemo insidias, cædem nempe ei inter pocula parari. Ille nihil attonitus, verum iter suum minus maturans, imperavit ducibus suis ut copias in armis tenerent, comitibusque ac ministris, quotquot eum sequebantur, (erant hi longe quam Alexandri plures) ut in triclinium comitarentur se, ibique, dum exsurgeret, remanerent. Hoc veriti Alexandri ministri,

non

οὐκ ἐτόλμησαν ἐπιχειρῆσαι. καὶ ὁ μὲν Δημήτριος οὐκ ἔχειν αὐτῷ τὸ σῶμα ποτικῶς σκηψάμενος, ἀπῆλθε διὰ ταχέων· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ περὶ ἀναζυγὴν εἶχε, πράγματα νεώτερα προσπεπτωκέναι φάμενος αὐτῷ, καὶ παρῃτεῖτο συγγνώμην ἔχειν τὸν Ἀλέξανδρον, εἰ τάχιον ἀπαίρει· συνέσεσθαι γὰρ αὐτῷ μᾶλλον ἄλλοτε σχολάζων. ἔχαιρεν οὖν Ἀλέξανδρος ὡς οὐ πρὸς ἔχθραν ἀλλ' ἑκουσίως ἐκ τῆς χώρας ἐπαιρομένου αὐτοῦ, καὶ προέπεμπεν ἄχρι Θετταλίας. ἐπεὶ δὲ εἰς Λάρισσαν ἧκον, αὖθις ἀλλήλοις ἐπήγγελλον ἑστιάσεις ἀντεπιβουλεύοντες· ὃ δὴ μάλιστα τὸν Ἀλέξανδρον ὑποχείριον ἐποίησε τῷ Δημητρίῳ. φυλάττεσθαι γὰρ ὀκνῶν, ὡς μὴ κἀκεῖνον ἀντιφυλάττεσθαι διδάξῃ, παθὼν ἔφθασε, δρᾶν μέλλοντος αὐτοῦ, μὴ διαφυγεῖν ἐκεῖνον ὃ ἐμηχανᾶτο. κληθεὶς γὰρ ἐπὶ δεῖπνον ἦλθε πρὸς τὸν Δημήτριον. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἐξανέστη μεταξὺ δειπνῶν, φοβηθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος συνεξανέστη, καὶ κατὰ πόδας αὐτῷ πρὸς τὰς θύρας συνηκολούθει. γενόμενος οὖν ὁ Δημήτριος πρὸς ταῖς θύραις κατὰ τοὺς ἑαυτοῦ δορυφόρους, καὶ τοῦτο μόνον εἰπὼν, κόπτε τὸν ἑπόμενον, αὐτὸς μὲν ὑπεξῆλθεν· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ὑπ' ἐκείνων κατεκόπη, καὶ τῶν φίλων οἱ προσβοηθοῦντες, ὧν ἕνα λέγουσι σφαττόμενον εἰπεῖν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ φθάσειεν αὐτοὺς ὁ Δημήτριος.

Ἡ μὲν οὖν νὺξ οἷον εἰκὸς θόρυβον ἔχεν. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ταραττομένοις τοῖς Μακεδόσι, καὶ φοβουμένοις τὴν τοῦ Δημητρίου δύναμιν, ὡς ἐπῄει μὲν οὐδεὶς φοβερὸς, ὁ δὲ Δημήτριος ἔπεμπε βουλόμενος ἐντυχεῖν, καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων ἀπολογίζεσθαι, θαῤῥεῖν παρέστη, καὶ δέχεσθαι φιλανθρώπως αὐτόν.

non fuerunt ausi eum aggredi. Demetrius autem corpus suum simulans ad compotationem non esse comparatum, cito est digressus. Postridie jussit vasa conclamari, nova negotia sibi ferens oblata, oravitque Alexandrum ut de maturiore abitu ignosceret sibi: alias, ubi vacaret, futurum se cum eo diutius. Gavisus est Alexander non infensum, sed ultro ex ditione sua illum digredi, atque in Thessaliam usque est eum prosequutus. Ut autem ventum est Larissam, iterum alter alterum, molientes invicem insidias, invitaverunt ad convivia: quod Alexandrum maxime fecit Demetrio opportunum. Nam quum cavere sibi nollet, ne cavere vicissim doceret illum, dum cunctatur efficere, ne ille evadat, insidiis quas machinabatur, est occupatus. Quippe ad cœnam vocatus, venit ad Demetrium. Ut hic media cœna surrexit, trepidus Alexander una surrexit, & vestigiis eum ad fores sequutus est Ut ergo pervenit Demetrius ad fores, ubi stipatores ejus stabant, hoc solum loquutus, Cæde sequentem, egressus est: Alexander vero ab iis est trucidatus, unaque qui opem ferebant amici ejus; quorum unum, dum obtruncaretur, referunt dixisse, uno die Demetrium ipsos antevertisse.

Tumultum nox, qualem verisimile est, habuit. Ubi diluxit, consternatis Macedonibus, & Demetrii formidantibus copias, quum nullus oblatus est terror, & Demetrius misit ad illos, alloqui eos quærens, & factum purgare, rediit iis animus, statueruntque recipere eum benigne.

τόν. ὡς δὲ ἦλθεν, οὐ μακρῶν ἐδέησεν αὐτῷ λόγων, ἀλλὰ τῷ μισεῖν μὲν Ἀντίπατρον φονέα τῆς μητρὸς ὄντα, βελτίονα δὲ ἀπορεῖν, ἐκεῖνον ἀνηγόρευσαν βασιλέα Μακεδόνων, καὶ παραλαβόντες αὐτὸν κατῆγον εἰς Μακεδονίαν. ἦν δὲ καὶ τοῖς οἴκοι Μακεδόσιν οὐκ ἀκούσιος ἡ μεταβολὴ, μεμνημένοις ἀεὶ καὶ μισοῦσιν ἃ Κάσανδρος εἰς Ἀλέξανδρον τεθνηκότα παρηνόμησεν. εἰ δέ τις ἔτι μνήμη τῆς Ἀντιπάτρου τοῦ παλαιοῦ μετριότητος ὑπελείπετο, καὶ ταύτην Δημήτριος ἐκαρποῦτο Φίλλαν συνοικῶν, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνης υἱὸν ἔχων διάδοχον τῆς ἀρχῆς, ἤδη τότε μειράκιον ὄντα καὶ τῷ πατρὶ συστρατευόμενον.

Οὕτω δὲ λαμπρᾷ κεχρημένος εὐτυχίᾳ, πυνθάνεται μὲν περὶ τῶν τέκνων καὶ τῆς μητρὸς, ὡς μεθεῖνται δῶρα καὶ τιμὰς Πτολεμαίου προσθέντος αὐτοῖς· πυνθάνεται δὲ περὶ τῆς Σελεύκῳ γαμηθείσης θυγατρὸς, ὡς Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου συνοικεῖ, καὶ βασίλισσα τῶν ἄνω βαρβάρων ἀνηγόρευται. συνέβη γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸν Ἀντίοχον ἐρασθέντα τῆς Στρατονίκης νέας οὔσης, ἤδη δὲ παιδίον ἐχούσης ἐκ τοῦ Σελεύκου, διακεῖσθαι κακῶς, καὶ πολλὰ ποιεῖν τῷ πάθει διαμαχόμενον. τέλος δὲ αὑτοῦ καταγνόντα, δεινὰ μὲν ἐπιθυμεῖν, ἀνήκεστα δὲ νοσεῖν, κεκρατῆσθαι δὲ τῷ λογισμῷ, τρόπον ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου ζητεῖν, καὶ παραλύειν ἀτρέμα, καὶ θεραπείας ἀμελείᾳ, καὶ τροφῆς ἀποχῇ, τὸ σῶμα νοσεῖν τινα νόσον σκηπτόμενον. Ἐρασίστρατον δὲ τὸν ἰατρὸν αἰσθέσθαι μὲν οὐ χαλεπῶς ἐρῶντος αὐτοῦ· τὸ δὲ οὗτινος ἐρᾷ δυστόπαστον ὂν, ἐξανευρεῖν βουλόμενον,

nigne. Ut venit, non eguit prolixa oratione, sed quod Antipatrum odissent matris parricidam, neque haberent præ manibus meliorem, regem illum Macedonum appellaverunt, receptumque deduxerunt in Macedoniam. Nec abhorruerunt qui domi erant Macedones ab hac mutatione, memores semper Cassandri scelerum, quæ in Alexandrum admiserat defunctum, & proinde liberis ejus infesti. Quod si qua etiam veteris memoria Antipatri moderationis, qua utebatur, superesset, fruebatur hac quoque Demetrius, quod Philam in matrimonio haberet, atque ex illa filium regni successorem jam tunc adultum, qui castra patris sequebatur.

In rerum cursu tam secundarum nuntium accipit liberos suos & uxorem dimissos, additis insuper a Ptolemæo muneribus & honoribus. Adfertur etiam, filiam ejus quam Seleuco collocaverat, Antiocho Seleuci filio nupsisse, ac superiorum provinciarum renuntiatam reginam. Forte enim Antiochus amore deperiens Stratonices juvenculæ, quæ puerum jam ex Seleuco ediderat, graviter fuit affectus, multaque ad reluctandum animi motui molitus est. Postremo perpendens dira se libidine teneri, ægritudine affligi deplorata, & consilio esse destitutum; rationem quæsivit vitæ deponendæ, corpusque instituit sensim curationis negligentia atque inedia conficere, morbo quodam se correptum simulans. At medicus Erasistratus facile amorem ejus deprehendit: verum, ut cujus amore flagraret, quod conjectu erat arduum, exploraret,

λόμενον, ἀεὶ μὲν ἐν τῷ δωματίῳ διημερεύειν· εἰ δέ τις εἰσίοι τῶν ἐν ὥρᾳ μειρακίων ἢ γυναικῶν, ἐγκαθορᾷν τε τῷ προσώπῳ τοῦ Ἀντιόχου, καὶ τὰ συμπάσχειν μάλιστα τῇ ψυχῇ τρεπομένῃ πεφυκότα μέρη καὶ κινήματα τοῦ σώματος ἐπισκοπεῖν. ὡς οὖν τῶν μὲν ἄλλων εἰσιόντων, ὁμοίως εἶχε, τῆς δὲ Στρατονίκης, καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τοῦ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν πάντα, φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεων ὑποδείξεις, ἱδρῶτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς· τέλος δέ, τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης, ἀπορία καὶ θάμβος, καὶ ὠχρίασις· ἐπὶ τούτοις προσλογιζόμενον τὸν Ἐρασίστρατον κατὰ τὸ εἰκός, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρας ἐρῶν βασιλέως υἱὸς ἐνεκαρτέρει τῷ σιωπᾷν μέχρι θανάτου, χαλεπὸν μὲν ἡγεῖσθαι τὸ φράσαι ταῦτα καὶ κατειπεῖν· οὐ μὴν ἀλλὰ πιστεύοντα τῇ πρὸς τὸν υἱὸν εὐνοίᾳ τοῦ Σελεύκου, παρακινδυνεῦσαι ποτὲ καὶ εἰπεῖν, ὡς ἔρως μὲν εἴη τοῦ νεανίσκου τὸ πάθος, ἔρως δὲ ἀδύνατος καὶ ἀνίατος. ἐκπλαγέντος δὲ ἐκείνου καὶ πυθομένου, πῶς ἀνίατος· ὅτι νὴ Δία, φάναι τὸν Ἐρασίστρατον, ἐρᾷ τῆς ἐμῆς γυναικός. εἶτα οὐκ ἄν, εἰπεῖν τὸν Σέλευκον, ἐπιδοίης Ἐρασίστρατε τῷ ἐμῷ παιδὶ φίλος ὢν τὸν γάμον; καὶ ταῦτα, ὁρῶν ἡμᾶς ἐπὶ τούτῳ μόνῳ σαλεύοντας; οὐδὲ γὰρ ἂν σύ, φάναι, τοῦτο πατὴρ ὢν ἐποίησας, εἰ Στρατονίκης Ἀντίοχος ἐπεθύμησε. καὶ τὸν Σέλευκον, Εἴθε γάρ, ὦ ἑταῖρε, εἶπε, ταχὺ μεταστρέψαι τις ἐπὶ ταῦτα καὶ μεταβάλοι Θεῶν ἢ ἀνθρώπων τὸ πάθος· ὡς ἐμοὶ καὶ τὴν βασιλείαν ἀφεῖναι καλὸν Ἀντιόχου περιεχομένῳ. ταῦτα ἐμπαθῶς σφόδρα τοῦ Σελεύκου καὶ μετὰ πολλῶν δακρύων λέγοντος,

exploraret; agebat assidue apud eum in cubiculo. Siquis formosus adolescens vel fœmina ingrederetur, observabat Antiochi vultum & partes quæ potissimum solent affectibus animi consentire, ac corporis inspiciebat motus. Quum igitur ad cæterorum ingressum nihil moveretur, Stratonice vero & sola & cum Seleuco subinde eum invisente, illa Sapphus in eo omnia existerent, vocis compressio, rubor vultus igneus, tectus oculorum conjectus, sudores præcipites, confusio & perturbatio pulsus, denique vi victo animo, perplexitas, stupor, & pallor: his verisimilibus conjecturis reputans Erasistratus in nullam aliam exardescentem regis filium in silentio ad mortem usque perseverare, grave hoc putavit nuntiare & detegere: attamen indulgentia fretus in filium Seleuci, tentavit aliquando aperire ei amore adolescentem affligi, sed deplorato amore incurabilique. Obstupefacto & rogante rege, quemadmodum incurabili: Quia hercle, inquit Erasistratus, meam amat uxorem. Et tu, infit Seleucus, neges, Erasistrate, qui amicus noster es, hasce filio meo nuptias; idque qui unum hunc cernis rerum nostrarum sacram ancoram esse? Ne tu quidem, inquit ille, id facias, pater, si Stratonicem Antiochus adamaret. Utinam vero (inquit) amice Deus aliquis vel homo eo traducat morbum: nam equidem vel regnum, modo retineam Antiochum, cupiam dimittere. Ita commote Seleuco multis cum lacrymis fato dextram Erasistratus injiciens, nihil

τος, ἐμβαλόντα τὴν δεξιὰν αὐτῷ τὸν Ἐρασίστρατον εἰπεῖν ὡς οὐδὲν Ἐρασιστράτου δέοιτο· καὶ γὰρ πατὴρ καὶ ἀνὴρ ὢν καὶ βασιλεύς, αὐτὸς ἅμα καὶ ἰατρὸς εἴη τῆς οἰκίας ἄριστος. ἐκ τούτου τὸν Σέλευκον ἐκκλησίαν ἀθροίσαντα πάνδημον, εἰπεῖν ὅτι βούλεται καὶ διέγνωκε, τῶν ἄνω πάντων τόπων Ἀντίοχον ἀποδεῖξαι βασιλέα καὶ Στρατονίκην βασιλίδα, ἀλλήλοις συνοικοῦντας· οἴεσθαι δὲ τὸν μὲν υἱόν, εἰθισμένον ἅπαντα πείθεσθαι καὶ κατήκοον ὄντα, μηδὲν ἀντερεῖν αὐτῷ πρὸς τὸν γάμον· εἰ δ' ἡ γυνὴ τῷ μὴ νενομισμένῳ δυσκολαίνοι, παρακαλεῖν τοὺς φίλους ὅπως διδάσκωσιν αὐτὴν καὶ πείθωσι, καλὰ καὶ δίκαια τὰ δοκοῦντα βασιλεῖ μετὰ τοῦ συμφέροντος ἡγεῖσθαι. τὸν μὲν οὖν Ἀντιόχου καὶ Στρατονίκης γάμον ἐκ τοιαύτης γενέσθαι προφάσεως λέγουσι.

Δημήτριος δὲ Μακεδονίαν καὶ Θετταλίαν ἤδη παρειληφώς· ἔχων δὲ καὶ τῆς Πελοποννήσου τὰ πλεῖστα, καὶ τῶν ἐντὸς Ἰσθμοῦ, Μέγαρα καὶ Ἀθήνας, ἐπὶ Βοιωτοὺς ἐστράτευσε. καὶ πρῶτον μὲν ἐγένοντο συμβάσεις μέτριαι περὶ φιλίας πρὸς αὐτόν, ἔπειτα Κλεωνύμου τοῦ Σπαρτιάτου παραβαλόντος εἰς Θήβας μετὰ στρατιᾶς, ἐπαρθέντες οἱ Βοιωτοί, καὶ Πίσιδος ἅμα τοῦ Θεσπιέως, ὃς ἐπρώτευε δόξῃ καὶ δυνάμει, τότε συμπαρορμῶντος αὐτούς, ἀπέστησαν. ὡς δὲ ταῖς Θήβαις ἐπαγαγὼν τὰς μηχανὰς ὁ Δημήτριος ἐπολιόρκει, καὶ φοβηθεὶς ὑπεξῆλθεν ὁ Κλεώνυμος, καταπλαγέντες οἱ Βοιωτοὶ παρέδωκαν ἑαυτούς. ὁ δὲ ταῖς πόλεσιν ἐμβαλὼν φρουράν, καὶ πραξάμενος πολλὰ χρήματα, καὶ καταλιπὼν αὐτοῖς ἐπιμελητὴν καὶ ἁρμοστήν, Ἱερώνυμον τὸν ἱστορικόν, ἔδοξεν

nihil eum Erasistrato ait indigere: nam quum pater, vir, & rex esset, ipsum simul medicum domus suæ optimum fore. Hinc Seleucus universi populi advocata concione, declaravit velle se & statuisse omnium superiorum regionum Antiochum regem & Stratonicen declarare reginam connubio junctos. Arbitrari se filium, qui parere sibi ubique sit solitus & dicto audiens esse, non repugnaturum sibi in hisce nuptiis. Quod si uxor sua ab re inusitata abhorreat, orare amicos ut doceant & inducant eam, ut omnia quæ regi videantur, & sint ex usu publico, recta habeat & justa. Atque Antiochi cum Stratonice ex hujuscemodi perhibent occasione conciliatas fuisse nuptias.

Porro Demetrius Macedonia cum Thessalia potitus, tenens etiam majore ex parte Peloponnesum, item intra Isthmum Megaram & Athenas, bellum movit Bœotiis. Ac primo conditionibus pacta pax tolerabilibus fuit. Inde ut Lacon Cleonymus Thebas cum exercitu intravit, erecti Bœotii, simulque a Piside Thespiensi, qui princeps civium dignitate & opibus erat, tunc concitati descivere. At ubi Thebas Demetrius machinis admotis obsedit, perterritus autem subduxit se ex urbe Cleonymus, trepidi Bœotii deditionem fecere. Demetrius imposito oppidis præsidio, magnaque exacta pecuniæ summa, relicto etiam eis procuratore præsideque Hieronymo historiographo, cle-

ἔδοξεν ἠπίως κεχρῆσθαι, καὶ μάλιστα διὰ Πίσιν. ἑλὼν γὰρ αὐτὸν, οὐδὲν κακὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ προσαγορεύσας καὶ φιλοφρονηθεὶς, πολέμαρχον ἐν Θεσπιαῖς ἀπέδειξεν. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἁλίσκεται Λυσίμαχος ὑπὸ Δρομιχαίτου, καὶ πρὸς τοῦτο κατὰ τάχος ἐξορμήσαντος ἐπὶ Θρᾴκην τοῦ Δημητρίου, ὥσπερ ἔρημα καταληψομένου, πάλιν ἀπέστησαν οἱ Βοιωτοὶ, καὶ Λυσίμαχος ἅμα διειμένος ἀπηγγέλλετο. ταχέως οὖν καὶ πρὸς ὀργὴν ἀναστρέψας ὁ Δημήτριος, εὗρεν ἡττημένους ὑπὸ τοῦ παιδὸς Ἀντιγόνου μάχῃ τοὺς Βοιωτοὺς, καὶ τὰς Θήβας αὖθις ἐπολιόρκει.

Πύρρου δὲ Θεσσαλίαν κατατρέχοντος, καὶ μέχρι Θερμοπυλῶν παραφανέντος, Ἀντίγονον ἐπὶ τῆς πολιορκίας καταλιπὼν, αὐτὸς ὥρμησεν ἐπ' ἐκεῖνον. ὀξέως δὲ φυγόντος, ἐν Θεσσαλίᾳ καταστήσας μυρίους ὁπλίτας καὶ χιλίους ἱππεῖς, αὖθις ἐνέκειτο ταῖς Θήβαις, καὶ προσῆγε τὴν λεγομένην ἑλέπολιν, πολυπόνως καὶ κατὰ μικρὸν ὑπὸ βρίθους καὶ μεγέθους μοχλευομένην, ὡς μόλις ἐν δυσὶ μησὶ δύο σταδίους προελθεῖν. τῶν δὲ Βοιωτῶν ἐρρωμένως ἀμυνομένων, καὶ τοῦ Δημητρίου πολλάκις φιλονεικίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας μάχεσθαι καὶ κινδυνεύειν τοὺς στρατιώτας ἀναγκάζοντος, ὁρῶν ὁ Ἀντίγονος πίπτοντας οὐκ ὀλίγους, καὶ περιπαθῶν, Τί, ὦ πάτερ, ἔφη, παραναλισκομένους οὐκ ἀναγκαίως τούτους περιορῶμεν; ὁ δὲ παροξυνθεὶς, Σὺ δὲ, ἔφη, τί δυσχεραίνεις; ἢ διάμετρον ὀφείλεις τοῖς ἀποθνήσκουσιν; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βουλόμενός γε μὴ δοκεῖν ἑτέρων ἀφειδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ συγ-

clementer cum iis visus est egisse, Pisidis potissimum causa. Hunc enim captum nulla affecit injuria, immo comiter appellavit, ac polemarchum Thespiis creavit. Brevi post capitur a Dromichæte Lysimachus. Quapropter properante in Thraciam Demetrio, & sperante vacuam se occupaturum, defecerunt iterum Bœotii, simulque Lysimachum nuntiatur dimissum esse. Igitur confestim ira flagrans Demetrius retro recepit se, Bœotiosque offendit jam acie a filio suo Antigono cæsos, ac Thebas iterum obsedit.

Depopulante autem Thessaliam Pyrrho, & usque ad Thermopylas excurrente, relinquens ad continuandam obsidionem Antigonum, contendit in illum. Qui quum propere fugisset, decem millibus peditum & mille equitibus ad præsidium Thessaliæ relictis, rursus pressit Thebanos, machinamque helepolim dictam instituit urbi admovere. Eam ingenti labore ponderis & amplitudinis causa moliebantur pedetentim, vix ut duobus mensibus duo stadia promoveretur. Quum Bœotii fortiter defenderent se, Demetrius vero frequenter, ex pervicacia magis quam ex utilitate, oppugnare urbem milites & periculo se cogeret objicere, videns Antigonus non paucos cadere, & magno percitus dolore, Quid, pater, inquit, perire hos nequicquam nulla subigente necessitate floccipendimus? Tum ille ira percitus, Quid, tu, inquit, cruciaris, anne admensurus frumentum occumbentibus sis? Atque dum ostendit non aliorum modo levem se jacturam facere, sed & seipsum

συγκινδυνεύειν τοῖς μαχομένοις, διελαύνεται τὸν τράχηλον ὀξεῖ βέλει. καὶ δεινῶς μὲν ἔσχεν, οὐ μὴν ἀνῆκεν, ἀλλὰ εἷλε τὰς Θήβας πάλιν. καὶ παρελθὼν, ἀνάτασιν μὲν καὶ φόβον ὡς τὰ δεινότατα πεισομένοις παρέσχεν· ἀνελὼν δὲ τρισκαίδεκα καὶ μεταστήσας τινὰς, ἀφῆκε τοὺς ἄλλους. ταῖς μὲν οὖν Θήβαις οὔπω δέκατον οἰκουμέναις ἔτος ἁλῶναι δὶς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ συνέπεσε. τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων, πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὐτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ κατεῖχον, ἐν Ἀθήναις αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν, ὡς ἂν προσῆκον αὐτόθι μάλιστα τιμᾶσθαι τὸν Θεὸν, ὃς δὴ καὶ πατρῷός ἐστι, καὶ λέγεται τοῦ γένους ἀρχηγός.

Ἐντεῦθεν ἐπανελθὼν εἰς Μακεδονίαν, καὶ μήτε αὐτὸς ἄγειν ἡσυχίαν πεφυκὼς, τούς τε ἄλλους ὁρῶν ἐν ταῖς στρατείαις μᾶλλον αὐτῷ προσέχοντας, οἴκοι δὲ ταραχώδεις καὶ πολυπράγμονας ὄντας, ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλοὺς, καὶ τὴν χώραν κακώσας, καὶ Πάνταυχον ἐν αὐτῇ, μέρος ἔχοντα τῆς δυνάμεως οὐκ ὀλίγον, ἀπολιπὼν, ἐπὶ Πύρρον αὐτὸς ἐχώρει, καὶ Πύρρος ἐπ' ἐκεῖνον· ἀλλήλων δὲ διαμαρτόντες, ὁ μὲν ἐπόρθει τὴν Ἤπειρον, ὁ δὲ, Πανταύχῳ περιπεσὼν καὶ μάχην συνάψας, αὐτὸν μὲν ἄχρι τοῦ δοῦναι καὶ λαβεῖν πληγὴν ἐν χερσὶ γενόμενον ἐτρέψατο, τῶν δὲ ἄλλων πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν, ἐζώγρησε δὲ πεντακισχιλίους. καὶ τοῦτο μάλιστα Δημήτριον ἐκάκωσεν· οὐ γὰρ οὕτω μισηθεὶς ὁ Πύρρος ἀφ' ὧν ἔπραξεν, ὡς θαυμασθεὶς διὰ τὸ πλεῖστα τῇ χειρὶ κατεργάσασθαι, μέγα τε καὶ λαμπρὸν ἔσχεν ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης ὄνομα

seipsum una cum militibus capessere periculum, collum ejus acuto telo trajicitur. Qui quanquam graviter afflictus fuit, non remisit obsidionem tamen: verum Thebis iterum potitus est. Urbem ingressus, minas & terrorem ut sævissime in eos consulturus præ se tulit, sed tredecim interfectis & nonnullis in exilium pulsis liberavit noxa cæteros. Ita urbi Thebanæ accidit, ut quum fuisset nondum decem annos instaurata, bis hoc spatio caperetur. Instantibus Pythiis, rem plane novam Demetrius animum induxit facere. Quum enim angustias apud Delphos insedissent Ætoli, ludum & festum egit apud Athenienses, quasi illic potius colere deceret Deum, qui scilicet præses urbis esset, & originis eorum perhiberetur autor.

Hinc in Macedoniam regressus, & neque ipse ad quietem natus, atque Macedonas considerans magis sibi in expeditionibus audientes, domi vero seditiosos & novarum rerum esse cupidos, movit in Ætolos. Vastatis eorum finibus, relictoque ibi cum magna exercitus parte Pantaucho, in Pyrrhum contendit, & in hunc Pyrrhus. Cæterum quia diversis itineribus profecti non occurrerunt inter se, Epirum Demetrius vastavit, alter in Pantauchum incurrens, signis collatis hactenus secum congressum, ut inferret & acciperet in manu vulnus, fudit: ex aliis multos peremit, & quinque millia cepit. Ea potissimum res afflixit Demetrium. Neque enim ita factis suis invisus Pyrrhus, ut admiratione exceptus ob insignem strenuitatem, magnum quæsivit ex illo conflictu & illustre

μὲν παρὰ τοῖς Μακεδόσι· καὶ πολλοῖς ἐπῄει λέγειν τῶν Μακεδόνων, ὡς ἐν μόνῳ τούτῳ τῶν βασιλέων εἴδωλον ὁρῷεν τῆς Ἀλεξάνδρου τόλμης· οἱ δ' ἄλλοι, καὶ μάλιστα Δημήτριος, ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὸ βάρος ὑποκρίνοιντο καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀνδρός. ἦν δ' ὡς ἀληθῶς τραγῳδία μεγάλη περὶ τὸν Δημήτριον, οὐ μόνον ἀμπεχόμενον καὶ διαδούμενον περιττῶς καυσίαις διμίτροις, καὶ χρυσοπαρύφοις ἁλουργίσιν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης χρυσοβαφὰς πεποιημένον ἐμβάδας. ἦν δέ τις ὑφαινομένη χλαμὺς αὐτῷ πολὺν χρόνον, ἔργον ὑπερήφανον, εἴκασμα τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων· ὃ κατελείφθη μὲν ἡμιτελὲς ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων, οὐδεὶς δ' ἐτόλμησεν αὐτῇ χρήσασθαι, καίπερ οὐκ ὀλίγων ὕστερον ἐν Μακεδονίᾳ σοβαρῶν γενομένων βασιλέων.

Οὐ μόνον δὲ τούτοις τοῖς θεάμασιν ἐλύπει τοὺς ἀνθρώπους ἀήθεις ὄντας, ἀλλὰ καὶ τρυφὴν καὶ δίαιταν ἐβαρύνοντο· καὶ μάλιστα δὴ τὸ δυσόμιλον αὐτοῦ καὶ δυσπρόσοδον. ἢ γὰρ οὐ παρεῖχε καιρὸν ἐντυχεῖν, ἢ χαλεπὸς καὶ τραχὺς ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἀθηναίων μὲν γὰρ, περὶ οὓς ἐσπουδάκει μάλιστα τῶν Ἑλλήνων, ἔτη δύο πρεσβείαν κατέσχεν· ἐκ Λακεδαίμονος δὲ ἑνὸς πρεσβευτοῦ παραγενομένου, καταφρονεῖσθαι δοκῶν, ἠγανάκτησεν. ἀστείως μέντοι καὶ Λακωνικῶς ἐκεῖνος, εἰπόντος αὐτοῦ, τί σὺ λέγεις; ἕνα Λακεδαιμόνιοι πρεσβευτὴν ἔπεμψαν; Ναὶ, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, πρὸς ἕνα. δόξαντος δ' αὐτοῦ ποτε δημοτικώτερον ἐξελαύνειν, καὶ πρὸς ἔντευξιν ἔχειν οὐκ ἀηδῶς, συνέδραμόν τινες ἐγγράφους ἀξιώσεις ἀναδιδόντες. δεξάμενος δὲ πάσας καὶ τῇ χλαμύδι

lustre apud Macedonas nomen: multisque subiit Macedonum dicere, in uno se hoc omnium regum imaginem contemplari Alexandri audaciæ: cæteros & Demetrium imprimis, velut in scena gravitatem simulare & supercilium illius. Et erat revera ingens circa Demetrium tragœdiæ species, qui non solum amiciebat se & caput ornabat nullo exemplo dimitris causiis atque auro intertextis purpuris: verum etiam pedibus adhibuit auratas ex pura purpura compacta soleas. Chlamys ei longo tempore texebatur, superbum opus, in qua mundus & sydera depingenda erant: hanc imperfectam in rerum conversione reliquit. Neque ista sustinuit quisquam uti, quamvis successerint ei non pauci in Macedoniam fastuosi reges.

Neque vero his tantum spectaculis homines offendit eorum insolentes, sed luxus ejus etiam & vitæ institutum moleste ferebant, maxime alloquii & aditus difficultatem. Aut enim locum non dabat sui conveniendi, aut acerbus & asper erat ipsum convenientibus. Quippe Atheniensium, quorum erat supra cæteros Græcos studiosus, duos annos detinuit legatos. Ab Lacedæmoniis quum legatus missus unus esset, despici ratus se, stomachatus est. Urbane tamen & Laconice ille, quum hic diceret, Quid tu ais, unum miserunt Lacedæmonii legatum? Sane vero, inquit, rex, ad unum. Quum aliquando magis populariter exire videretur, nec aditum difficilem præbiturus: concurrerunt aliqui ad libellos supplices ei porrigendos. Quos quum omnes accepisset, & chlamyde

μύδι συλλαβόντος, ἥδοντο οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐπηκολούθουν. ὡς δὲ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ Ἀξίου γέφυραν, ἀναπτύξας τὴν χλαμύδα, πάσας εἰς τὸν ποταμὸν ἐξέρριψε. καὶ τοῦτο δὴ δεινῶς ἠνίασε τοὺς Μακεδόνας, ὑβρίζεσθαι δοκοῦντας, οὐ βασιλεύεσθαι· καὶ Φιλίππου μνημονεύοντας, ἢ τῶν μνημονευόντων ἀκούοντας, ὡς μέτριος ἦν περὶ ταῦτα καὶ κοινός. καί ποτε πρεσβυτέρας γυναικὸς κόπτοντος αὐτὸν ἐν παρόδῳ τινὶ, καὶ δεομένης πολλάκις ἀκουσθῆναι, φήσας μὴ σχολάζειν, ἐκκραγούσης ἐκείνης, καὶ μὴ βασίλευε, εἰπούσης, δηχθεὶς σφόδρα, καὶ πρὸς τούτῳ γενόμενος, ἀνέστρεψεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα ποιησάμενος ὕστερα, τοῖς ἐντυχεῖν βουλομένοις, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς πρεσβύτιδος ἐκείνης, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐσχόλασεν. οὐδὲν γὰρ οὕτως τῷ βασιλεῖ προσῆκον ὡς τὸ τῆς δίκης ἔργον. Ἄρης μὲν γὰρ τύραννος, ὥς φησι Τιμόθεος· νόμος δὲ πάντων βασιλεὺς κατὰ Πίνδαρον ἐστι. καὶ τοὺς βασιλεῖς Ὅμηρός φησιν, οὐχ ἑλεπόλεις, οὐδὲ ναῦς χαλκήρεις, ἀλλὰ θέμιστας παρὰ τοῦ Διὸς λαμβάνοντας ῥύεσθαι καὶ φυλάσσειν. καὶ τοῦ Διὸς οὐ τὸν πολεμικώτατον, οὐδὲ τὸν ἀδικώτατον καὶ φονικώτατον τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τὸν δικαιότατον, ὀαριστὴν καὶ μαθητὴν προσηγόρευκεν. ἀλλὰ Δημήτριος ἔχαιρε, τῷ βασιλεῖ τῶν θεῶν ἀνομοιοτάτην ἐπιγραφόμενος προσωνυμίαν. ὁ μὲν γὰρ, Πολιεὺς καὶ Πολιοῦχος· ὁ δὲ, Πολιορκητὴς ἐπίκλησιν ἔσχεν. οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ καλοῦ χώραν τὸ αἰσχρὸν ὑπὸ δυνάμεως ἀμαθοῦς ἐπελθὸν, συνῳκείωσε τῇ δόξῃ τὴν ἀδικίαν.

Ὁ

myde collegisset, læti assectabantur eum homines. Ut venit ad Axii pontem, explicata chlamyde projecit omnes in flumen. Id vero majorem in modum pupugit Macedonas. Qui ludibrio haberi se, non regem arbitrabantur habere; atque Philippum commemorabant, vel audiebant de commemorantibus, quam civilis in his & communis fuisset. Obtundente aliquando eum anu in transitu & crebrius flagitante audientiam, ait sibi non vacare. Quæ quum exclamaret, & diceret, Noli ergo rex esse: graviter stimulatus, ac dictum animo versans, rediit domum, omnibusque posthabitis, convenire se volentibus exorsus ab illa anu per multos dies vacavit. Nempe nullum æque convenit regi ac justitiæ munus. Mars enim est, ut ait Timotheus, tyrannus: lex vero omnium, ut apud Pindarum est, regina. Et reges Homerus autor est, non machinas ad expugnandas urbes ab Jove, neque æratas naves, sed legum oracula accipere in depositum & custodiam: Jovisque non bellacissimum nec violentissimum & cruentissimum regem, sed justissimum, alumnum & discipulum vocavit. Enimvero gaudebat Demetrius dissimillimum superorum regis inscribi sibi cognomen. Hic enim πολιεύς, & πολιοῦχος, id est, urbium tutor & præses: ille, πολιορκητής, id est, expugnator, cognomine dictus est. Ita in honesti locum turpitudo per imperitam potentiam succedens adscripsit gloriæ injustitiam.

Ὁ δ' οὖν Δημήτριος ἐπισφαλέστατα νοσήσας ἐν Πέλλῃ, μικροῦ τότε Μακεδονίαν ἀπέβαλε, καταδραμόντος ὀξέως Πύρρου, καὶ μέχρις Ἐδέσσης προελθόντος. ἅμα δὲ τῷ κουφότερος γενέσθαι, πάνυ ῥᾳδίως ἐξελάσας αὐτὸν, ἐποιήσατο τινὰς ὁμολογίας· οὐ βουλόμενος ἐμποδὼν ὄντι συνεχῶς προσπταίων καὶ τοπομαχῶν, ἥττων εἶναι πρὸς οἷς διενοεῖτο. διενοεῖτο δὲ οὐθὲν ὀλίγον, ἀλλὰ πᾶσαν ἀναλαμβάνειν τὴν ὑπὸ τῷ πατρὶ γενομένην ἀρχήν. καὶ τῆς ἐλπίδος ταύτης καὶ τῆς ἐπιβολῆς οὐκ ἀπελείπετο τὰ τῆς παρασκευῆς, ἀλλὰ στρατιᾶς μὲν ἤδη συνετέτακτο πεζῆς μυριάδας δέκα, δισχιλίων ἀνδρῶν ἀποδεούσας, καὶ χωρὶς, ἱππέας ὀλίγῳ δισχιλίων καὶ μυρίων ἐλάττους. στόλον δὲ νεῶν ἅμα πεντακοσίων καταβαλλόμενος, τὰς μὲν ἐν Πειραιεῖ τρόπεις ἔθετο, τὰς δ' ἐν Κορίνθῳ, τὰς δ' ἐν Χαλκίδι, τὰς δὲ περὶ Πέλλαν· αὐτὸς ἐπιὼν ἑκασταχόσε, καὶ διδάσκων ἃ χρὴ, καὶ συντεχνώμενος· ἐκπληττομένων ἁπάντων οὐ τὰ πλήθη μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἔργων. οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων οὔτε πεντεκαιδεκήρη ναῦν πρότερον, οὔτε ἑκκαιδεκήρη· ἀλλ' ὕστερον τεσσαρακοντήρη Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐναυπηγήσατο, μῆκος διακοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὕψος δὲ ἕως ἀκροστολίου πεντήκοντα δυοῖν δεόντων· ναύταις δὲ χωρὶς ἐρετῶν ἐξηρτυμένην τετρακοσίοις, ἐρέταις δὲ τετρακισχιλίοις· χωρὶς δὲ τούτων, ὁπλίτας δεχομένην ἐπί τε τῶν παρόδων καὶ τοῦ καταστρώματος, ὀλίγῳ τρισχιλίων ἀποδέοντας. ἀλλὰ θέαν μόνην ἐκείνη παρέσχε καὶ μικρὸν ὅσον διαφέρουσα τῶν μονίμων οἰκοδομημάτων

Porro Demetrius quum Pellæ in ancipitem morbum incidisset, amisit tunc pene totam Macedoniam, incurrente subito Pyrrho, qui usque ad Edessam est progressus. Verum simul atque paululum allevatus est, sane quam facile expulit eum, fecitque cum eo certum fœdus: nolebat enim cum hoste assidue confli&tando finitimo, levibusque prœliis & excursionibus digladiando, distrahi ab institutis consiliis. Instituerat autem rem non exiguam, sed totum imperium, quod obtinuerat pater suus, recuperare. Huic spei & molimini respondebat apparatus. Siquidem exercitum habebat jam conscriptum peditum centum millium duobus millibus minus, adhæc equitum paulo minus duodecim millia. Classem navium ad quingentarum numerum moliens, alias ædificabat in portu Piræi, alias Corinthi, alias Chalcide, alias circa Pellam. Ipse assidue accurrebat, docebatque quæ essent ex usu, & consilio fabros adjuvabat. Obstupescebant omnes non numerum modo, verum molem quoque operum. Nemo enim conspexerat ante mortalium nec quindecim ordinum, nec sexdecim navem. Verum post quadraginta ordinum navem Ptolemæus Philopator fabricatus est, ducentorum octoginta cubitorum longitudine, altitudine autem usque ad summitatem puppis duodequinquaginta: nautis extra remiges quadringentis instructam, remigum quatuor millibus: adhæc milites armatos capiebat in foris & tabulato paulo minus tria millia. Verum spectaculum tantum exhibuit illa, atque perparum ab immobilibus ædificiis specie dif-

μάτων, φανῆναι πρὸς ἐπίδειξιν, οὐ χρείαν, ἐπισφαλῶς καὶ δυσέργως ἐκινήθη. τὴν δὲ Δημητρείου νεῶν οὐκ ἦν τὸ καλὸν ἀναγώνιστον, οὐδὲ τῷ περιττῷ τῆς κατασκευῆς ἀπεστερεῖτο τὴν χρείαν, ἀλλὰ τὸ τάχος καὶ τὸ ἔργον ἀξιοθεατότερον τοῦ μεγέθους παρεῖχον.

Αἰρομένης οὖν τοσαύτης δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, ὅσην μετ' Ἀλέξανδρον οὐδεὶς ἔσχε πρότερον, οἱ τρεῖς συνέστησαν ἐπὶ Δημήτρειον, Σέλευκος, Πτολεμαῖος, Λυσίμαχος· ἔπειτα κοινῇ πρὸς Πύρρον ἀποστείλαντες, ἐκέλευον ἐξάπτεσθαι Μακεδονίας, καὶ μὴ νομίζειν σπονδάς, ἃς Δημήτρειος οὐκ ἐκείνῳ τοῦ μὴ πολεμεῖσθαι, δέδωκεν, ἀλλ' εἴληφεν ἑαυτῷ, τοῦ πολεμεῖν οἷς βούλεται πρότερον. δεξαμένου δὲ Πύρρου, πολὺς περιέστη πόλεμος ἔτι μέλλοντα Δημήτρειον. ἅμα γὰρ τὴν μὲν Ἑλλάδα πλεύσας στόλῳ μεγάλῳ Πτολεμαῖος ἀφίστη, Μακεδονίαν δὲ Λυσίμαχος ἐκ Θρᾴκης, ἐκ δὲ τῆς ὁμόρου Πύρρος, ἐμβαλόντες ἐλεηλάτουν. ὁ δὲ τὸν μὲν υἱὸν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ βοηθῶν Μακεδονίᾳ, πρῶτον ὥρμησεν ἐπὶ Λυσίμαχον. ἀγγέλλεται δὲ αὐτῷ Πύρρος ᾑρηκὼς πόλιν Βέρροιαν. καὶ τοῦ λόγου ταχέως εἰς τοὺς Μακεδόνας ἐμπεσόντος, οὐδὲν ἔτι τῷ Δημητρείῳ κατὰ κόσμον εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ὀδυρμῶν καὶ δακρύων καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς καὶ βλασφημιῶν μεστὸν ἦν τὸ στράτευμα· καὶ συμμένειν οὐκ ἤθελον, ἀλλ' ἀπιέναι, τῷ μὲν λόγῳ πρὸς τὰ οἴκοι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, πρὸς τὸν Λυσίμαχον. ἔδοξεν οὖν τῷ Δημητρείῳ, Λυσιμάχου μὲν ἀποστῆναι πορρωτάτω, πρὸς δὲ Πύρρον τραπέσθαι. τὸν

differens, ad oſtentationem, non ad uſum, magno periculo & labore mota fuit. Demetrii vero navium haud erat decor ignavus, neque ob eximium opificium deficiebant uſu, ſed agilitatem & utilitatem mole conſpectiorem præbebant.

Tantis viribus Aſiæ imminentibus, quantas ſecundum Alexandrum habuit nemo quiſquam, tres in Demetrium conſpiravere, Seleucus, Ptolemæus, Lyſimachus. Inde communi nomine miſſis ad Pyrrhum legatis, hortati eum ſunt Macedoniam ut aſſereret, neque duceret inducias, quas Demetrius non ipſi, ne bello laceſſeretur, dederat, ſed ſibi ſumpſerat, quo bellum prius, quibus vellet, poſſet movere. Id ubi probavit Pyrrhus, multiplex Demetrium morantem adhuc bellum circumſtetit. Eodem enim tempore Græciam Ptolemæus ingenti advectus claſſe ſollicitavit, Macedoniam Lyſimachus ex Thracia, ex vicino Pyrrhus incurſionibus populati ſunt. Ille filium in Græcia reliquit, ipſe ad tuendam Macedoniam primum petiit Lyſimachum. Ibi nuntium accepit Pyrrhum urbe Berrhœa potitum. Quo rumore cito ad Macedonas delato, nihil Demetrio jam ordine gerebatur: ſed lamentationibus, lacrymis, & indignatione in illum atque maledictis perſonabat exercitus: neque cohærere ultra, ſed volebant diſcedere, verbo domum ad conſulendum rebus ſuis, re ipſa ad Lyſimachum. Itaque viſum Demetrio eſt quam longiſſime ab Lyſimacho deflectere, & vertere in Pyrrhum. Illum

τὸν μὲν γὰρ ὁμόφυλον εἶναι, καὶ πολλοῖς συνήθη δι' Ἀλέξανδρον· ἔπηλυν δὲ καὶ ξένον ἄνδρα, τὸν Πύῤῥον, οὐκ ἂν αὐτοῦ προτιμῆσαι Μακεδόνας. τούτων μέντοι πολὺ διεψεύσθη τῶν λογισμῶν. ὡς γὰρ ἐγγὺς ἐλθὼν τῷ Πύῤῥῳ παρεστρατοπέδευσεν, ἀεὶ μὲν αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις λαμπρότητα θαυμάζοντες, ἔκ τε τοῦ παλαιοτάτου βασιλικώτατον ἐθισμένοι νομίζειν τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις κράτιστον, τότε δὲ καὶ πράως κεχρῆσθαι τοῖς ἁλισκομένοις πυνθανόμενοι, πάντες δὲ καὶ πρὸς ἕτερον καὶ πρὸς τοῦτον ἀπαλλαγῆναι τοῦ Δημητρίου ζητοῦντες, ἀπεχώρουν λάθρᾳ, καὶ κατ' ὀλίγους τό γε πρῶτον, εἶτα φανερῶς ἅπαν εἶχε κίνησιν καὶ ταραχὴν τὸ στρατόπεδον. τέλος δὲ τῷ Δημητρίῳ τολμήσαντές τινες προσελθεῖν, ἐκέλευον ἀπιέναι καὶ σώζειν αὐτόν· ἀπειρηκέναι γὰρ ἤδη Μακεδόνας ὑπὲρ τῆς ἐκείνου τρυφῆς πολεμοῦντας. οὗτοι μετριώτατοι τῶν λόγων ἐφαίνοντο τῷ Δημητρίῳ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων τραχύτητα· καὶ παρελθὼν ἐπὶ σκηνὴν, ὥσπερ οὐ βασιλεὺς, ἀλλ' ὑποκριτὴς, μεταμφιέννυται χλαμύδα φαιὰν ἀντὶ τῆς τραγικῆς ἐκείνης, καὶ διαλαθὼν ὑπεχώρησεν. ὁρμησάντων δὲ τῶν πλείστων εὐθὺς ἐφ' ἁρπαγὴν, καὶ πρὸς ἀλλήλους διαμαχομένων, καὶ τὴν σκηνὴν διασπώντων, ἐπιφανεὶς ὁ Πύῤῥος ἐκράτησεν αὐτοβοεὶ καὶ κατέσχε τὸ στρατόπεδον. καὶ γίνεται πρὸς Λυσίμαχον αὐτῷ συμπάσης Μακεδονίας νέμησις, ἑπταετίαν ὑπὸ Δημητρίου βεβαίως ἀρχθείσης.

Οὕτω δὲ τῶν Δημητρίου πραγμάτων ἐκπεσόντος, καὶ καταφυγόντος εἰς Κασάνδρειαν, ἡ γυνὴ Φίλα περιπαθὴς γενομένη, προσιδεῖν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν αὖθις ἰδιώτην καὶ φυγάδα, τὸν τλημονέστατον βασιλέων Δημήτριον, ἀπει-

παμένη

Illum enim popularem esse perpendit, & compluribus ex Alexandri militia familiarem: advenam vero & hospitem non prælaturos Macedonas sibi Pyrrhum. Cæterum hæ eum multum fefellere rationes. Nam ut ex propinquo castra Pyrrho contulit, quum semper ejus fuissent in armis mirati strenuitatem, & plane jam inde antiquitus regno dignissimum essent soliti habere eum, armis qui foret præstantissimus, & vero tunc ejus in captivos lenitatem accepissent; omnes autem & ad alium, præcipue ad hunc ab Demetrio quærerent deficere: clam & exiguis agminibus primum descivere, deinde aperte totus in motu & seditione exercitus. Postremo non dubitaverunt nonnulli adire Demetrium, & monere abiret sibique consuleret: fatigatos enim jam esse Macedonas pro illius luxu bellando. Moderatissima hæc Demetrio oratio præ aliorum visa asperitate est: tabernaculumque ingressus, ut si non rex sed esset histrio, tragicam illam chlamydem pulla commutavit, ac furtim subduxit se. Properantibus plerisque statim ad prædam, atque inter se digladiantibus, dilacerantibusque tabernaculum Demetrii, superveniens Pyrrhus protinus compressit eos, & occupavit castra. Inde partitus est cum Lysimacho universam Macedoniam, in qua annos septem Demetrius nemine turbante regnaverat.

Ita nudatus regno Demetrius quum Cassandriam refugisset, uxor ejus Philla dolore victa non sustinuit iterum privatum & exulem videre regem ærumnosissimum Demetrium: sed

abjecta

παμένη δὲ πᾶσαν ἐλπίδα, καὶ μισήσασα τὴν τύχην αὐτοῦ, βεβαιοτέραν ἐν τοῖς κακοῖς οὖσαν ἢ τοῖς ἀγαθοῖς, πιοῦσα φάρμακον ἀπέθανε. Δημήτριος δὲ ἔτι τὰ λοιπὰ τῶν ναυαγίων ἔχεσθαι διανοηθεὶς, ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ τοὺς ἐκεῖ στρατηγοὺς καὶ φίλους συνῆγεν. ἣν οὖν ὁ Σοφοκλέους Μενέλαος ταῖς αὐτοῦ τύχαις παρατίθησιν,

Ἀλλ᾽ οὑμὸς αἰεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ
Τροχῷ κυκλεῖται, καὶ μεταλλάσσει φύσιν.
Ὥσπερ σελήνης δ᾽ ὄψις εὐφρόναις δύο
Στῆναι δύναιτ᾽ ἂν οὔποτ᾽ ἐν μορφῇ μιᾷ,
Ἀλλ᾽ ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα,
Πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,
Χ᾽ ὥταν περ αὑτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,
Πάλιν διαρρεῖ, κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

ταύτῃ μᾶλλον ἄν τις ἀπεικάσαι τὰ Δημητρίου πράγματα καὶ τὰς περὶ αὐτὸν αὐξήσεις καὶ φθίσεις, καὶ ἀναπληρώσεις καὶ ταπεινότητας. οὗ γε καὶ τότε παντάπασιν ἀπολείπειν καὶ κατασβέννυσθαι δοκοῦντος, ἀνέλαμπεν αὖθις ἡ ἀρχή· καὶ δυνάμεις τινὲς ἐπιῤῥέουσαι, κατὰ μικρὸν ἀνεπλήρουν τὴν ἐλπίδα. καὶ τότε πρῶτον ἰδιώτης, καὶ τῶν βασιλικῶν κοσμίων ἔρημος ἐπεφοίτα ταῖς πόλεσιν. καί τις αὐτὸν ἐν Θήβαις τοιοῦτον θεασάμενος, ἐχρήσατο τοῖς Εὐριπίδου στίχοις οὐκ ἀηδῶς,

Μορφὴν ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν,
Πάρεστι Δίρκης νάματ᾽ Ἰσμηνοῦ θ᾽ ὕδωρ.

Ἐ-

abjecta omni spe fortunam ejus execrata, quæ in adversitatibus esset quam secundis rebus stabilior, atque hausto veneno extincta est. Demetrius vero reliquias adhuc colligere naufragiorum suorum deliberans, contendit in Græciam, ducesque & amicos, quos ibi habebat, contraxit. Igitur quam Sophocleus Menelaus cum fortunis suis confert imaginem,

At mea jugi fortuna volvitur dei
Rota, bifronsque suam retexit indolem,
Lunæ sicut vultus, duas quæ non potest
Noctes in una permanere imagine:
Obscura nunc, sed innovatur illico,
Vultumque sumit, auget atque splendidum.
Et cum refulget nitida lumine plurimo,
Spoliata rursum luce tenebras induit.

huic rectius Demetrii res ejusque incrementa & abscessiones, cumulationes & inclinationes assimiles. Cujus quidem tunc quoque quum prorsus exspirare & extingui videretur, de integro eluxit potentia: affluentesque sensim aliquæ copiæ spem ejus refecerunt. Tunc vero primum privatus, atque regiis destitutus ornamentis, iniit civitates. Ac quum Thebis quispiam eum in isto squalore conspexisset, non illepide Euripidis versus usurpavit,

Habitu Dei mutato in hominis imaginem,
Ismeni adit ripam, Dircesque rivulos.

Ut

Ἐπεὶ δ' ἅπαξ ὥσπερ εἰς ὁδὸν βασιλικὴν τὴν ἐλπίδα κατέστη, καὶ συνίστατο πάλιν σῶμα καὶ σχῆμα περὶ αὐτὸν ἀρχῆς, Θηβαίοις μὲν ἀπέδωκε τὴν πολιτείαν, Ἀθηναῖοι δ' ἀπέστησαν αὐτοῦ. καὶ τόν τε Δίφιλον, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν Σωτήρων ἀναγεγραμμένος ἐκ τῶν ἐπωνύμων, ἀνεῖλον, ἄρχοντας αἱρεῖσθαι πάλιν ὥσπερ ἦν πάτριον ψηφισάμενοι, τόν τε Πύῤῥον ἐκ Μακεδονίας μετεπέμποντο, μᾶλλον ἢ προσεδόκησαν ἰσχύοντα τὸν Δημήτριον ὁρῶντες. ὁ δ' ὀργῇ μὲν ἐπῆλθεν αὐτοῖς, καὶ πολιορκίαν περὶ τὸ ἄστυ συνεστήσατο καρτεράν. Κράτητος δὲ τοῦ φιλοσόφου πεμφθέντος ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς αὐτὸν, ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ δυνατοῦ, τὰ μὲν, οἷς ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων ἐδεῖτο πεισθεὶς, τὰ δ' ἐξ ὧν ἐδίδασκε περὶ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων νοήσας, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν, καὶ συναγαγὼν ὅσαι νῆες ἦσαν αὐτῷ, καὶ στρατιώτας μυρίους καὶ χιλίους σὺν ἱππεῦσιν ἐμβιβάσας, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἔπλει, Λυσιμάχου Καρίαν καὶ Λυδίαν ἀποστήσων. δέχεται δ' αὐτὸν Εὐρυδίκη περὶ Μίλητον ἀδελφὴ Φίλλας, ἄγουσα τῶν αὐτῆς καὶ Πτολεμαίου θυγατέρων Πτολεμαΐδα, καθωμολογημένην ἐκείνῳ πρότερον διὰ Σελεύκου. ταύτην γαμεῖ Δημήτριος, Εὐρυδίκης ἐκδιδούσης. καὶ μετὰ τὸν γάμον εὐθὺς ἐπὶ τὰς πόλεις τρέπεται, πολλῶν μὲν ἑκουσίως προστιθεμένων, πολλὰς δὲ καὶ βιαζόμενος. ἔλαβε δὲ καὶ Σάρδεις· καί τινες τῶν Λυσιμάχου στρατιωτῶν ἀπεχώρησαν πρὸς αὐτὸν, χρήματα καὶ στρατιὰν κομίζοντες. ἐπερχομένου δ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Λυσιμάχου μετὰ δυνάμεως, ἀνέβαινεν εἰς Φρυγίαν, ἐγνωκὼς, ἄνπερ Ἀρμενίας ἐπιλάβηται, Μηδείαν κινεῖν, καὶ τῶν ἄνω πραγμάτων ἔχεσθαι, πολλὰς ἐξωθου-

μένῳ

Ut autem semel, tanquam regiam viam, spem est ingressus, corpusque denuo & species circa eum regni cœpit esse, Thebanis restituit rempublicam, Athenienses defecerunt ab eo, ac Diphilum, qui in acta relatus Servatorum sacerdos erat, ex fastis expunxerunt: sciveruntque ut archontes denuo, quod de more iis erat, crearentur: Pyrrhumque ex Macedonia accivere, quum esse Demetrium adverterent exspectatione sua validiorem. Ille inflammatus movit in eos, urbemque valida cinxit obsidione. Cæterum misso ad ipsum philosopho a populo Cratete, claro viro & magnæ autoritatis, partim illius adductus pro Atheniensibus precibus, partim pensitatis illis quæ Crates de rationibus suis subjiciebat sibi, solvit obsidionem, coactisque navibus suis omnibus, ac militum undecim millibus cum equitatu impositis, in Asiam ad Cariam & Lydiam Lysimacho adimendam navigavit. Ibi Eurydice eum, Philæ soror, circa Miletum excepit, adducens suam & Ptolemæi filiam Ptolemaidem, antea ei interprete pactam Seleuco. Hanc Demetrius collocante Eurydice ducit, ac protinus a nuptiis in urbes se convertit. Earum multæ ultro venerunt in potestatem ejus, multæ vi subegit. Cepit etiam Sardes, defeceruntque ad eum nonnulli Lysimachi milites: qui ei pecuniam & copias secum adduxerunt. At superveniente cum exercitu Lysimachi filio Agathocle, Phrygiam petiit, statuitque si occupasset Armeniam, Mediam movere, & superiores tentare provincias: quæ, si repel-

2 leretur,

μένων περιφυγὰς καὶ ἀναχωρήσεις ἐχόντων. ἐπομένου δὲ Ἀγαθοκλέους, ἐν ταῖς συμπλοκαῖς περιῆν· ἐπισιτισμοῦ δὲ καὶ προνομῆς εἰργόμενος, ἠπορεῖτο, καὶ τοῖς στρατιώταις δι᾽ ὑποψίας ἦν ὡς ἐπ᾽ Ἀρμενίαν καὶ Μήδειαν ἐκκλοπίζων. ἅμα δὲ μᾶλλον ὁ λιμὸς ἐπέτεινε, καὶ διαμαρτία τις γενομένη περὶ τὴν Λύκου διάβασιν πλῆθος ἀνθρώπων ἁρπαθὲν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀπώλεσεν· ὅμως δὲ τοῦ σκώπτειν οὐκ ἀπείχοντο. προγράφει δέ τις αὐτοῦ πρὸ τῆς σκηνῆς τὴν τοῦ Οἰδίποδος ἀρχὴν, μικρὸν παραλλάξας,

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνου, τίνας
Χώρους ἀφίγμεθα;

Τέλος δὲ καὶ νόσου τῷ λιμῷ συνεπιτιθεμένης, ὥσπερ εἴωθεν, ἐπὶ βρώσεις ἀναγκαίας τρεπομένων, τοὺς πάντας οὐκ ἐλάσσονας ὀκτακισχιλίων ἀποβαλὼν, ἀπῆγε ὀπίσω τοὺς λοιπούς· καὶ καταβὰς εἰς Ταρσὸν, ἐβούλετο μὲν ἀπέχεσθαι τῆς χώρας, οὔσης ὑπὸ Σελεύκῳ τότε, καὶ πρόφασιν ἐκείνῳ μηδεμίαν παρασχεῖν· ὡς δὲ ἦν ἀμήχανον, ἐν ταῖς ἐσχάταις ὄντων ἀπορίαις τῶν στρατιωτῶν, καὶ τοῦ Ταύρου τὰς ὑπερβολὰς Ἀγαθοκλῆς ἀπετείχισε, γράφει πρὸς Σέλευκον ἐπιστολὴν, μακρόν τινα τῆς αὐτοῦ τύχης ὀδυρμὸν, εἶτα πολλὴν ἱκεσίαν καὶ δέησιν ἔχουσαν, ἀνδρὸς οἰκείου λαβεῖν οἶκτον, ἄξια καὶ πολεμίοις συναλγῆσαι πεπονθότος. ἐπικλασθέντος δέ πως Σελεύκου, καὶ γράψαντος τοῖς ἐκεῖ στρατηγοῖς, ὅπως αὐτῷ τε τῷ Δημητρίῳ χορηγίαν βασιλικὴν καὶ τῇ δυνάμει τροφὴν ἄφθονον παρέχωσιν, ἐπελθὼν Πατροκλῆς, ἀνὴρ συνετὸς εἶναι δοκῶν καὶ Σελεύκῳ φίλος πιστὸς, οὐ τὸ τῆς δαπάνης ἔφη πλεῖστον εἶναι

leretur, multa præberent effugia & receptus. Premente eum Agathocle, fuit in procursationibus levibusque prœliis superior, sed frumentatione & pabulatione prohibitus in magnis fuit angustiis, militibusque in suspicionem venit, quod in Armeniam & Mediam eos exportaret. Simul fames magis intendebatur, atque ex errore quodam in transitu Lyci multi milites undis rapti interierunt. Nec a dicteriis abstinuerunt tamen. Præscripsit taberrnaculo ejus quidam Oedipi exordium paululum immutatum,

Quo gentium cæci Antigoni fili senis
Devenimus?

Morbus quoque demum ubi eum super pestilentiam, ut solet quum quibusvis cibariis vescuntur necessario, infestaret: amissis non minus in summa octo millibus militum, reliquos retro reduxit. Ut Tarsum descendit, cupivit quidem abstinere a prædando, quia ea regio tunc in ditione erat Seleuci, neque ansam illi præbere ullam: verum quod fieri id non posset in ultima militum inopia, & Tauri juga Agathocles muro clausisset, dedit ad Seleucum literas, quibus prolixe sortem lamentabatur suam: inde supplex obsecrabat, miseraretur hominis necessarii, ita afflicti ut commovere posset vel hostes. Quum esset nonnihil fractus Seleucus, atque illius regionis præsidibus scripsisset, ut ipsi Demetrio sumptum regalem, copiisque ejus abunde præberent commeatum: interveniens Patrocles, vir prudentia celebris ac fidus Seleuci amicus, negavit sumptum in militum

εἶναι τῶν Δημητρίου στρατιωτῶν τρεφομένων, ἀλλ' ἐνδιατρίβοντα τῇ χώρᾳ Δημήτριον οὐ καλῶς περιορᾶν αὐτόν, ὃς ἀεὶ βιαιότατος ὢν καὶ μεγαλοπραγμονέστατος βασιλέων, νῦν ἐν τύχαις γέγονεν, αἳ καὶ τοὺς φύσει μετρίους ἐξάγουσι τολμᾶν καὶ ἀδικεῖν. ἐκ τούτου παροξυνθεὶς ὁ Σέλευκος ἐξώρμησεν εἰς Κιλικίαν μετὰ πολλῆς δυνάμεως. ὁ δὲ Δημήτριος, ἐκπλαγεὶς τῇ δι' ὀλίγου μεταβολῇ τοῦ Σελεύκου, καὶ φοβηθείς, ὑπέστειλε τοῖς ὀχυρωτάτοις τοῦ Ταύρου, καὶ διαπεμπόμενος, ἠξίου μάλιστα μὲν αὐτὸν περιϊδεῖν τῶν αὐτονόμων τινὰ βαρβάρων κτησάμενον ἀρχήν, ἐν ᾗ καταβιώσεται πλάνης καὶ φυγῆς παυσάμενος· εἰ δὲ μή, τὸν χειμῶνα διαθρέψαι τὴν δύναμιν αὐτόθι, καὶ μὴ πάντων ἐνδεᾶ καὶ γυμνὸν ἐξελαύνειν καὶ προβάλλειν τοῖς πολεμίοις.

Ἐπεὶ δὲ Σέλευκος ταῦτα πάντα ὑποπτεύων, ἐκέλευσεν αὐτόν, εἰ βούλεται, δύο μῆνας ἐν τῇ Καταονίᾳ χειμάσαι, δόντα τοὺς πρώτους τῶν φίλων ὁμήρους, ἅμα δὲ τὰς εἰς Συρίαν ἀπετείχιζεν ἐκβολάς· ἐκκλειόμενος ὥσπερ θηρίον ὁ Δημήτριος κύκλῳ καὶ περιβαλλόμενος, ὑπ' ἀνάγκης τρέπεται πρὸς ἀλκήν, καὶ τήν τε χώραν κατέτρεχε, καὶ τῷ Σελεύκῳ προσβάλλοντι συμπλεκόμενος, ἀεὶ πλέον εἶχε. καί ποτε τῶν δρεπανηφόρων εἰς αὐτὸν ἀφεθέντων, ὑπερβὰς τροπὴν ἐποιήσατο, καὶ τῶν εἰς Συρίαν ὑπερβολῶν τοὺς ἀποτειχίζοντας ἐξελάσας ἐκράτησεν. καὶ ὅλως ἐπῆρτο τῇ γνώμῃ, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀνατεθαρρηκότας ὁρῶν, παρεσκευάζετο διαγωνίσασθαι πρὸς τὸν Σέλευκον ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἄθλοις, ἠπορημένον ἤδη καὶ αὐτόν. ἀπέστρεψε μὲν γὰρ τὴν

περὶ

tum Demetrii neceſſaria tanti faciendum: ſed conſulere eum parum recte, quod Demetrium, qui regum ſemper fuiſſet violentiſſimus, atque ad res magnificas gerendas acerrimus, nunc vero fluctibus jactatus eſſet fortunæ, quæ etiam ſua ſponte moderatos ad audendum atque ad injuriam impellat, permitteret in finibus ſuis morari. His verbis ſtimulatus Seleucus magno exercitu contendit in Ciliciam. Attonitus Demetrius mutatione tam celeri Seleuci, paviduſque, ad loca Tauri munitiſſima recepit ſe, miſſiſque ad eum legatis oravit maxime ut concederet ſibi liberorum barbarorum aliquod regnum quærere, ubi explicatus erroribus & fuga reliquum vitæ traduceret: ſin minus, copias ſuas ut ibi aleret per hyemem, neque omnium rerum egenum nudumque ſummoveret, & objiceret hoſtibus.

Ubi Seleucus, qui hæc omnia habebat ſuſpecta, præſcripſit ei ut duos menſes, ſi videretur ei, in Cataonia hybernaret, datis ſibi amicis primariis obſidibus, ſimulque fauces, qua patet iter in Syriam obſtruxit: incluſus undique inſtar feræ Demetrius & circumventus, vertit ſe neceſſario ad vim, fineſque Seleuci depopulatus eſt, ac cum adoriente confligens Seleuco ſemper fuit ſuperior. Currus falcatos aliquando in ſe emiſſos ſuperavit, atque hoſtes fudit fugavitque. Ad hæc clauſtra Syriæ dejectis munitoribus in ſuam redegit poteſtatem. Jamque plane animo erectus, cernenſque milites ſuos alacres, inſtitit cum Seleuco de ſumma dimicare. Erat hic jam perplexus: quippe rejecerat

περὶ Λυσιμάχου βοήθειαν, ἀπιστῶν καὶ φοβούμενος· αὐτὸς δὲ καθ' ἑαυτὸν ὤκνει τῷ Δημητρίῳ συνάψαι, δεδιὼς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀεὶ μεταβολὴν, ἐκ τῶν ἐσχάτων ἀπορειῶν τὰς μεγίστας εὐτυχίας ἐπιφέρουσαν. νόσος μέντοι βαρεῖα τὸν Δημήτριον ἐν τούτῳ καταλαβοῦσα, τό, τε σῶμα δεινῶς ἐκάκωσε, καὶ τὰ πράγματα παντάπασι διέφθειρεν. οἱ μὲν γὰρ ἀπεχώρησαν πρὸς τοὺς πολεμίους, οἱ δὲ διερρύησαν αὐτοῦ τῶν στρατιωτῶν. μόλις δὲ ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα ῥαΐσας, καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἀναλαβὼν, καὶ ὁρμήσας, ὅσον ἰδεῖν καὶ δοξάσαι τοὺς πολεμίους, ἐπὶ Κιλικίας, εἶτα νυκτὸς ἄνευ σάλπιγγος ἄρας ἐπὶ θάτερα, καὶ τὸν Ἀμανὸν ὑπερβαλὼν, ἐπόρθει τὴν κάτω χώραν ἄχρι τῆς Κυρρηστικῆς.

Ἐπιφανέντος δὲ τοῦ Σελεύκου, καὶ ποιουμένου τὰς καταλύσεις ἐγγὺς, ἀναστήσας ὁ Δημήτριος τὸ στράτευμα, νυκτὸς ἐβάδιζεν ἐπ' αὐτὸν, ἀγνοοῦντα μέχρι πολλοῦ καὶ κοιμώμενον. αὐτομόλων δέ τινων παραγγελλομένων καὶ φρασάντων τὸν κίνδυνον, ἐκπλαγεὶς καὶ ἀναπηδήσας, ἐκέλευσε σημαίνειν, ἅμα τὰς κρηπῖδας ὑποδούμενος, καὶ βοῶν πρὸς τοὺς ἑταίρους ὡς θηρίῳ δεινῷ συμπλέκεται. Δημήτριος δὲ τῷ θορύβῳ τῶν πολεμίων αἰσθόμενος ὅτι μεμήνυται, κατὰ τάχος ἀπῆγεν. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ προσκειμένου τοῦ Σελεύκου, πέμψας τινὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπὶ θάτερον κέρας, ἐποίησε τινὰ τροπὴν τῶν ἐναντίων. εἶτα μέντοι Σέλευκος αὐτὸς, ἀφεὶς τὸν ἵππον, καὶ τὸ κράνος ἀποθέμενος, καὶ λαβὼν πέλτην, ἀπήντα τοῖς μισθοφόροις ἐπιδεικνύμενος αὐτὸν, καὶ μεταβάλλεσθαι παρακαλῶν, ἤδη ποτὲ συμφρονήσαντας ὅτι φειδόμενος

jecerat Lysimachi auxilia, quod ei diffideret & metueret. Dubitabat vero solus cum Demetrio signa conferre, desperationem ejus formidans, perpetuamque vicissitudinem ejus fortunæ, quæ ex novissimis difficultatibus summas afferebat felicitates. At gravis morbus interea Demetrium occupans, cum corpus ejus debilitavit vehementer, tum rationes ejus semel convulsit, quando alii milites ejus ad hostes transfere, pars dilapsi sunt. Tandem diebus quadraginta vires recollegit, trahensque secum reliquias exercitus, speciem præbuit, & movit hostibus suspicionem, petere se Ciliciam: mox nocte sine tuba in alteram partem motis signis, superatoque Amano, incursavit subjectam regionem usque ad Cyrrhesticam.

Quum supervenisset Seleucus, essetque metatus in propinquo, excitavit Demetrius exercitum suum, movitque in eum noctu, diu nihil sentientem & sopitum. Verum a perfugis quibusdam, qui ad ipsum concesserunt, de periculo edoctus, cohorruit, exiliensque ex lecto signa jussit canere: ac dum crepidas induit, clamavit ad amicos commissum se cum immani fera. At Demetrius ex hostium trepidatione consilium suum animadvertens detectum, recepit se propere. Orta luce quum instaret Seleucus, certum de suis in alterum cornu misit, ipse hostem partim in cornu sibi opposito in fugam egit. Mox tamen ipse Seleucus dimisso equo, galeaque detracta, & parma sumpta, processit in primam aciem, monstrans se mercenariis: hortatusque est eos ad se ut transirent, tandemque

μενος ἐκείνων, οὐ Δημητρίου, χρόνον πολὺν διατετέλεκεν. ἐκ τούτου πάντες ἀσπαζόμενοι, καὶ βασιλέα προσαγορεύοντες μεθίσαντο. Δημήτριος δὲ, πολλῶν μεταβολῶν αἰσθόμενος, ἐσχάτην ἐκείνην ἤκουσαν ἐπ' αὐτὸν ἐκκλίνας, ἐπὶ τὰς Ἀμανίδας ἔφυγε πύλας, καὶ καταλαβὼν ὕλην τινὰ συνηρεφῆ, μετὰ φίλων τινῶν καὶ ἀκολούθων ὀλίγων παντάπασιν ὄντων προσέμεινε τὴν νύκτα, βουλόμενος, εἰ δύναιτο, τῆς ἐπὶ Καῦνον ὁδοῦ λαβέσθαι, καὶ διεκπεσεῖν ἐπὶ τὴν ἐκεῖ θάλασσαν, οὗ τὸν ναύσταθμον εὑρήσειν ἤλπισεν. ὡς δὲ ἔγνω μηδὲ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐφόδιον ἔχοντας αὐτοὺς, ἐπ' ἄλλων ἐγίνετο λογισμῶν. εἶτα μέντοι Σωσιγένης ἐπῆλθεν ἑταῖρος αὐτοῦ χρυσοῦς τετρακοσίους ὑπεζωσμένος, καὶ ἀπὸ τούτων ἐλπίζοντες ἄχρι θαλάσσης διαγενήσεσθαι, πρὸς τὰς ὑπερβολὰς ἐχώρουν σκοταῖοι. πυρῶν δὲ καιομένων πρὸς αὐταῖς πολεμίων, ἀπογνόντες ἐκείνην τὴν ὁδὸν, αὖθις ἀνεχώρησαν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, οὔτε πάντες (ἔνιοι γὰρ ἀπέδρασαν) οὔτε ὁμοίως οἱ παραμένοντες πρόθυμοι. τολμήσαντος δέ τινος εἰπεῖν τι, ὡς Σελεύκῳ χρὴ τὸ σῶμα παραδοῦναι, Δημήτριος ὥρμησε μὲν τὸ ξίφος σπασάμενος ἀνελεῖν ἑαυτόν· οἱ δὲ φίλοι περιστάντες καὶ παραμυθούμενοι, συνέπεισαν οὕτω ποιῆσαι. καὶ πέμπει πρὸς Σέλευκον, ἐπιτρέπων ἐκείνῳ τὰ καθ' ἑαυτόν.

Ἀκούσας δὲ Σέλευκος, οὐκ ἔφη τῇ Δημητρίου τύχῃ σώζεσθαι Δημήτριον, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν αὐτῷ φιλανθρωπίας καὶ χρηστότητος ἐπίδειξιν διδούσης. καλέσας δὲ τοὺς ἐπιμελητὰς, σκηνήν τε πηγνύναι βασι-

intelligerent tamdiu cunctatum ſe eſſe ut illis parceret, non Demetrio. Ibi omnes ſalutantes eum & regem appellantes, tranſitionem fecere. Demetrius, qui multarum converſionum extremam illam premere intelligebat ſe, deflectens de via ad portas Amanidas refugit: aſſequutuſque cum amicis quibuſdam & miniſtris admodum paucis denſam ſylvam, exſpectavit ibi noctem, certus, ſiqua fieri poſſet, viam Caunum verſus arripere, atque ad propinquum illic mare, ubi claſſem ſperabat ſe inventurum, evadere. Ut vero comperit ne in illum quidem diem habere eos viaticum, applicuit ad alia conſilia animum. Poſtquam tamen advenit amicus ejus Soſigenes quadringentis aureis ſuccinctus, his toleraturos ſe uſque ad mare ſperantes, contenderunt per tenebras ad juga montium ſuperanda. Cæterum quia hoſtium frequentes ignes apud ea lucebant, illo deplorato itinere, retro ſe, unde digreſſi erant, receperunt; neque omnes tamen (aliqui enim profugerant) neque perinde, qui remanſerunt, alacres. Quum dicere quidam ſuſtinuiſſet, Seleuco ut ſe traderet, admovit Demetrius manum gladio ad ſe interficiendum. Verum circumfuſi amici, conſolanteſque induxerunt eum ut id conſilii ſequeretur. Ita miſſis certis Seleuci fidei ſalutem ſuam permittit.

Ea re nuntiata, negavit Seleucus ipſius fortuna incolumem eſſe Demetrium, ſed ſua; quæ cum reliqua felicitate humanitatis ſibi & clementiæ materiam oſtendendæ præberet: ac vocatis procuratoribus tabernaculum ſtatui re-

βασιλικὴν ἐκέλευσεν, καὶ πάντα τἆλλα ποιεῖν καὶ παρασκευάζειν εἰς ὑποδοχὴν καὶ θεραπείαν μεγαλοπρεπῶς. ἦν δέ τις Ἀπολλωνίδης παρὰ τῷ Σελεύκῳ τοῦ Δημητρίου γεγονὼς συνήθης· τοῦτον εὐθὺς ἐξέπεμψε πρὸς αὐτὸν, ὅπως ἡδίων γένηται, καὶ θαρρῶν ὡς πρὸς οἰκεῖον ἄνδρα καὶ κηδεστὴν ἀπαντᾷ. φανερᾶς δὲ τῆς γνώμης αὐτοῦ γενομένης, ὀλίγοι τὸ πρῶτον, εἶτα οἱ πλεῖστοι τῶν φίλων ἐξεπήδων παρὰ τὸν Δημήτριον, ἁμιλλώμενοι καὶ φθάνοντες ἀλλήλους. ἠλπίζετο γὰρ εὐθὺς παρὰ τῷ Σελεύκῳ μέγιστος ἔσεσθαι. τοῦτο δὲ ἐκείνῳ μὲν εἰς φθόνον μετέβαλλε τὸν ἔλεον, τοῖς δὲ κακοήθεσι καὶ βασκάνοις παρέσχεν ἀποτρέψαι καὶ διαφθεῖραι τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ βασιλέως, ἐκφοβήσασιν αὐτὸν, ὡς οὐκ εἰς ἀναβολὰς, ἀλλ' ἅμα τῷ πρῶτον ὀφθῆναι τὸν ἄνδρα, μεγάλων ἐσομένων ἐν τῷ στρατοπέδῳ νεωτερισμῶν. ἄρτι δὴ τοῦ Ἀπολλωνίδου πρὸς τὸν Δημήτριον ἀφιγμένου περιχαροῦς, καὶ τῶν ἄλλων ἐπερχομένων καὶ λόγους θαυμαστοὺς ἀπαγγελλόντων παρὰ τοῦ Σελεύκου, καὶ τοῦ Δημητρίου μετὰ τηλικαύτην δυστυχίαν καὶ κακοπραγίαν, εἰ καὶ πρότερον ἐδόκει τὴν παράδοσιν τοῦ σώματος αἰσχρὰν πεποιῆσθαι, τότε μετεγνωκότος διὰ τὸ θαρρεῖν καὶ πιστεύειν ταῖς ἐλπίσιν, ἦλθε Παυσανίας ἔχων στρατιώτας ὁμοῦ πεζοὺς καὶ ἱππεῖς περὶ χιλίους. καὶ τούτοις περισχὼν τὸν Δημήτριον ἄφνω, τοὺς δὲ ἄλλους ἀποστήσας, Σελεύκῳ μὲν αὐτὸν εἰς ὄψιν οὐ κατέστησεν, εἰς δὲ Χερρόνησον τὴν Συριακὴν ἀπήγαγεν. ὅπου τὸ λοιπὸν ἰσχυρᾶς φυλακῆς ἐπισταθείσης, θεραπεία μὲν ἧκεν ἱκανὴ παρὰ Σελεύκου, καὶ χρήματα καὶ δίαιτα παρεσκευάζετο καθ' ἡμέραν οὐ μεμπτὴ, δρόμοι δὲ καὶ περίπατοι βασιλικοὶ, καὶ παράδεισοι θήρας ἔχοντες ἀπεδείχθησαν. ἦν δὲ καὶ

τῶν

regale præcepit, omniaque alia fieri & parari ad eum excipiendum & tractandum splendide. Erat in comitatu Seleuci quidam Apollonides, cui familiaritas intercesserat cum Demetrio. Hunc, quo animo esset erectiore, & citra ullum metum tanquam ad necessarium & generum veniret, confestim misit ad eum. Vulgata Seleuci sententia, pauci primo, mox plerique amici ejus pro se quisque magno studio processerunt certatim Demetrio obviam. Sperabatur enim statim apud Seleucum maximus fore. Cæterum vertit id ei ex misericordia in invidiam, malignisque atque invidis divertendæ & depravandæ regis humanitatis præbuit occasionem, terrentibus regem, sine mora simul atque conspectus ille esset, multas innovationes extituras in exercitu. Quum modo autem Apollonides ad Demetrium lætus venisset, sequutique essent alii, & mirificos sermones nuntiarent a Seleuco, ac Demetrius ex tam dira fortuna & infesto casu, quamvis ante corporis deditionem se fecisse fœdam censuerat, tunc ex fiducia & spe ostentata fretus sententiam mutavisset: venit cum pedibus simul & equitibus ad mille Pausanias, atque his repente Demetrium circumfusum, aliis remotis, in Seleuci non adduxit conspectum, sed in Chersonesum Syriæ removit. Ubi per reliquum tempus valida adhibita custodia, cultus sufficiens Seleuci jussu præbitus ei fuit, pecuniaque, & ad victum necessaria quotidie subministrata prolixe. Curriculi præterea assignati & ambulationes regiæ, & instructa feris vivaria. Adhæc

ami-

τῶν φίλων τῶν συμφυγόντων τῷ βουλομένῳ συνεῖναι· καὶ παρ' αὐτοῦ τινες ὅμως ἐπιφοιτῶντες ἀπὸ τοῦ Σελεύκου ἧκον, κομίζοντες ἐπιεικεῖς λόγους, καὶ θαρρεῖν παρακαλοῦντες, ὡς ὅταν πρῶτον Ἀντίοχος ἀφίκηται σὺν Στρατονίκῃ, διαθησομένου.

τώνιον εἶτα, τῶν ἐπ' οἰωνοῖς ἱερέων, οὓς αὐγούρας καλοῦσιν. ὁ δὲ εὐθὺς εἰς τὴν ἀρχὴν παρελθὼν, οὐ μικρὸν ἦν ὄφελος τοῖς πολιτευομένοις ὑπὲρ Καίσαρος· ἀλλὰ πρῶτον μὲν Μαρκέλλου τοῦ ὑπάτου Πομπηΐῳ τούς τε συνειλεγμένους ἤδη στρατιώτας παρεγγυῶντος, καὶ καταλέγειν ἑτέρους διδόντος, ἐμποδὼν ἔστη, διάταγμα γράψας, ὅπως ἡ μὲν ἠθροισμένη δύναμις εἰς Συρίαν πλέῃ καὶ Βίβλῳ βοηθῇ πολεμοῦντι Πάρθοις, οὓς δὲ Πομπήϊος καταλέγοιεν, μὴ προσέχωσιν αὐτῷ. δεύτερον, καὶ τὰς Καίσαρος ἐπιστολὰς οὐ προσιεμένων, οὐδὲ ἐώντων ἀναγινώσκεσθαι τῶν συγκλητικῶν, αὐτὸς ἰσχύων διὰ τὸ ἄρχειν ἀνέγνω, καὶ πολλοὺς μετέστησε τῇ γνώμῃ, δίκαια καὶ μέτρια Καίσαρος ἀξιοῦν ἀφ' ὧν ἔγραφε δόξαντος. τέλος δὲ, δυοῖν ἐρωτήσεων ἐν τῇ βουλῇ γινομένων, τῆς μὲν, εἰ δοκεῖ Πομπήϊον ἀφεῖναι τὰ στρατεύματα, τῆς δὲ, εἰ Καίσαρα· καὶ Πομπήϊον μὲν ὀλίγων τὰ ὅπλα καταθέσθαι, Καίσαρα δὲ παρ' ὀλίγους πάντων κελευόντων, ἀναστὰς Ἀντώνιος ἠρώτησεν εἰ δοκεῖ καὶ Πομπήϊον ἅμα καὶ Καίσαρα τὰ ὅπλα καταθέσθαι καὶ τὰς δυνάμεις ἀφεῖναι. ταύτην ἐδέξαντο λαμπρῶς τὴν γνώμην ἅπαντες, καὶ μετὰ βοῆς ἐπαινοῦντες τὸν Ἀντώνιον ἠξίουν ἐπιψηφίζεσθαι. μὴ βουλομένων δὲ τῶν ὑπάτων, αὖθις ἑτέρας οἱ Καίσαρος φίλοι προὔτειναν ἐπιεικεῖς δοκούσας ἀξιώσεις, αἷς ὅ,τε Κάτων ἀντέπιπτε, καὶ Λέντλος ὑπατεύων ἐξέβαλε τῆς βουλῆς τὸν Ἀντώνιον. ὁ δὲ πολλὰ μὲν αὐτοῖς ἐξιὼν ἐπηράσατο, λαβὼν δὲ θεράποντος ἐσθῆτα, καὶ μισθωσάμενος μετὰ Κασσίου Κοΐντου ζεῦγος, ἐξώρμησε πρὸς Καίσαρα, καὶ κατεβόων εὐθὺς ὀφθέντες, ὡς οὐδένα κόσμον ἔτι τῶν ἐν Ῥώμῃ

tonium, mox augurem, cujus est auspiciis præesse, creavit. Hic statim inito magistratu non leve præsidium fuit partibus Julianis. Primum enim consule Marcello, Pompeio veteres legiones mandante, & novos delectus permittente, intercessit, promulgationem ferens ut conscriptus exercitus in Syriam mitteretur, & Bibulo subveniret bellum cum Parthis gerenti, ac ne quis delectum habenti Pompeio nomen daret. Iterum Cæsaris literas, non recipientibus patribus, neque recitari permittentibus, hic pro tribunitia potestate recitavit, multosque a priore sententia deduxit, quod viderentur ex epistolis æqua & moderata Cæsaris postulata. Postremo duabus in senatu propositis quæstionibus: una, an videretur ut exercitum dimitteret Pompeius: altera, an Cæsar; quum pauci, ut Pompeius arma poneret, ut Cæsar, exceptis paucis omnes conferent: exsurgens Antonius rogavit placeretne utrumque, Pompeium & Cæsarem, arma ponere & exercitus dimittere: omnes hanc sententiam citra controversiam comprobaverunt, Antoniumque cum assensione laudantes, postulaverunt ut discessionem faceret. Repugnantibus consulibus, proposuerunt de integro alias Cæsaris amici in speciem æquas postulationes: quibus Cato obstrepuit, & consul Lentulus ejecit Antonium curia. Ille dira in iis inter exeundum imprecatus, sumpta veste famulari, curruque conducto, cum Q. Cassio profectus ad Cæsarem est. Simul ut in conspectum exercitus venere, clamaverunt nihil jam Romæ

Ῥώμῃ πραγμάτων ἐχόντων, ὅτε μηδὲ δημάρχοις παρρησίας μέτεστιν, ἀλλ' ἐλαύνεται καὶ κινδυνεύει πᾶς ὁ φθεγξάμενος ὑπὲρ τῶν δικαίων.

Ἐκ τούτου λαβὼν τὴν στρατείαν ὁ Καῖσαρ, εἰς Ἰταλίαν ἐνέβαλε. διὸ καὶ Κικέρων ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς ἔγραψε, τοῦ μὲν Τρωικοῦ πολέμου τὴν Ἑλένην, τοῦ δ' ἐμφυλίου τὸν Ἀντώνιον ἀρχὴν γενέσθαι περιφανῶς ψευδόμενος. οὐ γὰρ οὕτως εὐχερὴς ἦν οὐδὲ ῥᾴδιος ὑπ' ὀργῆς ἐκπεσεῖν τῶν λογισμῶν Γάϊος Καῖσαρ, ὥστε, εἰ μὴ ταῦτα πάλαι ἔγνωστο πράττειν, οὕτως ἂν ἐπὶ καιροῦ τὸν κατὰ τῆς πατρίδος ἐξενεγκεῖν πόλεμον, ὅτι φαύλως ἠμφιεσμένον εἶδεν Ἀντώνιον καὶ Κάσσιον ἐπὶ ζεύγους μισθίου πεφευγότας πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ ταῦτα πάλαι δεομένῳ προφάσεως, σχῆμα καὶ λόγον εὐπρεπῆ τοῦ πολέμου παρέσχεν. ἦγε δ' αὐτὸν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, ἃ καὶ πρότερον Ἀλέξανδρον, καὶ πάλαι Κῦρον, ἔρως ἀπαρηγόρητος ἀρχῆς, καὶ περιμανὴς ἐπιθυμία τοῦ πρῶτον εἶναι καὶ μέγιστον· ὧν τυχεῖν οὐκ ἦν, μὴ Πομπηΐου καταλυθέντος. ὡς δ' οὖν ἐπελθὼν ἐκράτησε τῆς Ῥώμης, καὶ Πομπήϊον ἐξήλασε τῆς Ἰταλίας, καὶ πρὸς τὰς ἐν Ἰβηρίᾳ Πομπηΐου δυνάμεις ἐπιστρέφειν ἔγνω πρότερον, εἶτα οὕτως παρασκευασάμενος στόλον ἐπὶ Πομπήϊον διαβαίνειν, Λεπίδῳ μὲν στρατηγοῦντι τὴν Ῥώμην, Ἀντωνίῳ δὲ δημαρχοῦντι τὰ στρατεύματα καὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπέτρεψεν. ὁ δὲ τοῖς μὲν στρατιώταις εὐθὺς προσφιλὴς ἦν, συγγυμναζόμενος καὶ συνδιαιτώμενος τὰ πολλά, καὶ δωρούμενος ἐκ τῶν παρόντων· τοῖς δὲ ἄλλοις ἐπαχθής. καὶ γὰρ ἀδικουμένων ὑπὸ ῥᾳθυμίας ὠλιγώρει, καὶ

Romae recte vel ordine geri, quum ne tribunis plebis quidem libera vox permittatur, sed quicunque æquitatem tueatur, hic exagitetur atque in periculum vocetur.

Inde Cæsar cum exercitu irrupit in Italiam. Quare scripsit in Philippicis Cicero, ut bello Trojano Helenam, ita Antonium caussam civili dedisse. Sed aperte mentitur. Neque enim tam prompte vel facile ira Cæsar a consilio esset ablatus, ut, nisi hæc jam pridem habuisset deliberata exequi, ita repente bellum patriæ inferret, quod sordidatos vidisset Antonium & Cassium, atque in vehiculo meritorio ad se refugientes. Verum hæc jamdudum occasionem quærenti, colorem & prætextum præbuerunt bellum faciendi speciosum. Immo impulerunt illum ad lacessendos omnes mortales, eadem quæ Alexandrum ante, & olim Cyrum, inexplébilis imperandi amor, atque insana principatus summæque potestatis cupiditas: quæ assequi nisi conculcato non valebat Pompeio. Ut igitur repentino adventu Roma potitus est, & Pompeium exegit Italia, atque Pompeii legiones Hispanienses primum petere decrevit, ita inde parata classe persequi trans mare Pompeium: Lepidum prætorem urbi, Antonium tribunum plebis legionibus & Italiæ præfecit. Fuit hic mox militibus acceptus, quod una cum iis plerumque exerceret se, una cibum sumeret, atque pro præsentibus facultatibus iis largiretur: aliis odio venit. Siquidem læsorum præ socordia nullam habebat rationem, cum

καὶ πρὸς ὀργὴν ἠκροᾶτο τῶν ἐντυγχανόντων, καὶ κακῶς ἐπὶ γυναιξὶν ἀλλοτρίαις ἤκουε. καὶ ὅλως τὴν Καίσαρος ἀρχὴν, πάντα μᾶλλον ἢ τυραννίδα δι' αὐτὸν ἐκεῖνον φανεῖσαν, οἱ φίλοι διέβαλλον· ὧν Ἀντώνιος, ἀπ' ἐξουσίας μεγίστης ἁμαρτάνειν μέγιστα δόξας, τὴν πλείστην αἰτίαν ἔλαβεν.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπανελθὼν ὁ Καῖσαρ ἐκ τῆς Ἰβηρίας, τὰ μὲν ἐγκλήματα παρεῖδεν αὐτοῦ· πρὸς δὲ τὸν πόλεμον ὡς ἐνεργῷ καὶ ἀνδρείῳ καὶ ἡγεμονικῷ χρώμενος, οὐδαμῇ διήμαρτεν. αὐτὸς μὲν οὖν μετ' ὀλίγων ἀπὸ Βρεντησίου διαπεράσας τὸν Ἰόνιον, ἔπεμψεν ὀπίσω τὰ πλοῖα, Γαβινίῳ καὶ Ἀντωνίῳ τὰς δυνάμεις ἐμβιβάζειν καὶ περαιοῦν κατὰ τάχος εἰς Μακεδονίαν ἐπιστείλας. Γαβινίου δὲ πρὸς τὸν πλοῦν χαλεπὸν ὄντα χειμῶνος ὥρᾳ καταδειλιάσαντος, καὶ πεζῇ μακρὰν ὁδὸν περιάγοντος τὸν στρατὸν, Ἀντώνιος ὑπὲρ Καίσαρος ἐν πολλοῖς ἀπειλημμένου πολεμίοις φοβηθεὶς, Λίβωνα μὲν ἐφορμοῦντα τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἀπεκρούσατο, πολλὰ τῶν λεπτῶν ἀκατίων ταῖς τριήρεσιν αὐτοῦ περιστήσας· ἐμβιβάσας δὲ ταῖς ναυσὶν ἱππεῖς ὀκτακοσίους καὶ δισμυρίους ὁπλίτας, ἀνήχθη. καὶ γενόμενος καταφανὴς τοῖς πολεμίοις καὶ διωκόμενος, τὸν μὲν ἐκ τούτων κίνδυνον διέφυγε, λαμπροῦ νότου κῦμα μέγα καὶ κοίλην θάλατταν ταῖς τριήρεσιν αὐτῶν περιστήσαντος· ἐκφερόμενος δὲ ταῖς ναυσὶ πρὸς κρημνοὺς καὶ φάραγγας ἀγχιβαθεῖς, οὐδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας εἶχεν. ἄφνω δὲ τοῦ κόλπου πολὺν ἐκπνεύσαντος λίβα, καὶ τοῦ κλύδωνος ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸ πέλαγος διαχεομένου, μεταβαλλόμενος ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πλέων σο-

cum ſtomacho audiebat adeuntes, ob adulteria infamis erat: denique Cæſaris imperium, quod nihil minus quam tyrannis ipſius quidem cauſa erat, reddebant inviſum amici ejus; quorum in Antonium, ex maxima poteſtate maxime peccare habitum, conferebatur potiſſimum cauſa.

Attamen reverſus ex Hiſpania Cæſar connivit criminibus ejus, & quoad bellum impigri, fortis, atque rei militaris periti opera utens, haudquaquam exſpectatione decidit. Ac quum paucis copiis ex Brunduſio mare Ionium tranſmiſiſſet, remiſit naves retro, mandavitque per literas Gabinio & Antonio ut imponerent exercitum, eumque quam ocyſſime tranſportarent in Macedoniam. Quum eſſet a navigando Gabinius hyemis metu alienus, ac pedeſtri longinquo itinere exercitum circumduceret, Antonius verſanti inter multos hoſtes timens Cæſari, Libonem, qui pro faucibus portus ſtationem habens imminebat tranſituris, repulit, cum ejus triremes arcuiſſet multis parvis acatiis; impoſitiſque peditum viginti millibus, octingentis equitum vela fecit. Poſtquam eſt ab hoſtibus conſpectus, inſequuti ſunt illi eum: verum imminens ab his diſcrimen effugit, quod vis acrior auſtri magnis undis & fluctuante mari naves eorum involverit. Cæterum quod conjiceretur claſſis ejus in abruptos ſcopulos atque altos ſinus maris, omnem ſpem ſalutis abjecit. Ut vero ex ſinu vehemens increbuit Africus, & fluctus a terra expulſus in pelagus eſt, repetens altum, ac feliciter na-

σοβαρῶς, ὁρᾷ ναυαγίων περίπλεων τὸν αἰγιαλόν. ἐνταῦθα γὰρ ἐξέβαλε τὸ πνεῦμα τὰς διωκούσας αὐτὸν τριήρεις, καὶ διεφθάρησαν οὐκ ὀλίγαι· καὶ σωμάτων πολλῶν καὶ χρημάτων ἐκράτησεν Ἀντώνιος· καὶ Λίσσον εἷλε, καὶ μέγα Καίσαρι παρέσχε θάρσος, ἐν καιρῷ μετὰ τηλικαύτης ἀφικόμενος δυνάμεως.

Πολλῶν δὲ γινομένων καὶ συνεχῶν ἀγώνων, ἐν πᾶσι μὲν ἦν διαπρεπής· δὶς δὲ φεύγοντας προτροπάδην τοὺς Καίσαρος ἀπαντήσας ἀνέστρεψε, καὶ στῆναι καὶ συμβαλεῖν αὖθις τοῖς διώκουσιν ἀναγκάσας, ἐνίκησεν. ἦν οὖν αὐτοῦ μετὰ Καίσαρα πλεῖστος ἐν τῷ στρατοπέδῳ λόγος. ἐδήλωσε δὲ Καῖσαρ ἣν εἶχε περὶ αὐτοῦ δόξαν. ἐπεὶ γὰρ ἔμελλε τὴν τελευταίαν καὶ τὰ ὅλα κρίνασαν ἐν Φαρσάλῳ μάχην μάχεσθαι, τὸ μὲν δεξιὸν αὐτὸς εἶχε κέρας, τοῦ δ' εὐωνύμου τὴν ἡγεμονίαν Ἀντωνίῳ παρέδωκεν, ὡς πολεμικωτάτῳ τῶν ὑφ' ἑαυτῷ. μετὰ δὲ τὴν νίκην δικτάτωρ ἀναγορευθείς, αὐτὸς μὲν ἐδίωκε Πομπήϊον, Ἀντώνιον δὲ δήμαρχον ἑλόμενος εἰς Ῥώμην ἔπεμψεν. ἔστι δὲ ἡ ἀρχὴ δευτέρα, τοῦ δικτάτορος παρόντος· ἂν δὲ μὴ παρῇ, πρώτη καὶ μόνη σχεδόν. ἡ γὰρ δημαρχία διαμένει, τὰς δὲ ἄλλας καταλύουσι πάσας δικτάτορος αἱρεθέντος.

Οὐ μὴν ἀλλὰ τότε δημαρχῶν Δολοβέλλας, νέος ἀνὴρ καὶ νέων πραγμάτων ὀρεγόμενος, εἰσηγεῖτο χρεῶν ἀποκοπάς, καὶ τὸν Ἀντώνιον αὐτῷ τε φίλον ὄντα καὶ βουλόμενον ἀεὶ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, ἔπειθε συμπράττειν καὶ κοινωνεῖν τοῦ πολιτεύματος. Ἀσινίου δὲ καὶ Τρεβελλίου τἀναντία παρακαλούντων, ὑπό-

navigans, cernit plenum naufragiorum littus. Eo enim consectantes eum naves ejecit ventus, & afflictæ sunt non paucæ, multisque captivis & præda potitus est Antonius. Hinc Lissum cepit, magnosque Cæsari animos addidit opportunus ejus tantis cum copiis adventus.

Commissæ fuerunt crebræ & assiduæ velitationes: in quibus ubique enituit eximia ejus virtus. Bis effusum in fugam Cæsaris exercitum occurrens convertit, fugamque repressit, & repetere cogens suos pugnam, instantes profligavit. Maximum igitur ejus erat secundum Cæsarem in exercitu nomen. Quanti autem eum faceret, demonstravit Cæsar: nam quum postremum, qua de summa rerum decrevit, esset pugnam Pharsalicam initurus, dextrum cornu ipse tenuit, Antonium sinistro, ut omnium suorum bellicosissimum, præposuit. Post victoriam dictator dictus, mox insequutus est Pompeium: Antonium tribunum plebis fecit, misitque eum Romam. Hic magistratus præsente dictatore secundum obtinet locum; quo absente primus & pene est solus. Manet enim tribunatus, quum alios magistratus dictatore dicto omnes abrogent.

At Dolabella id temporis tribunus plebis, juvenis & rerum novarum cupidus, legem de novis tabulis promulgabat, Antoniumque impellebat amicum suum, qui semper gratificari avebat plebi, ut adjutor & socius sibi in hac actione esset. Contra suadebant Asinius & Trebellius.

ὑπόνοια δεινὴ κατὰ τύχην τῷ Ἀντωνίῳ προσέπεσεν ὡς ἀδικουμένῳ περὶ τὸν γάμον ὑπὸ τοῦ Δολοβέλλα. καὶ τὸ πρᾶγμα βαρέως ἐνεγκὼν, τήν τε γυναῖκα τῆς οἰκίας ἐξήλασεν, ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτοῦ· θυγάτηρ γὰρ ἦν Γαΐου Ἀντωνίου τοῦ Κικέρωνι συνυπατεύσαντος· καὶ τοὺς περὶ Ἀσίνιον δεξάμενος ἐπολέμει τῷ Δολοβέλλᾳ. κατέλαβε γὰρ τὴν ἀγορὰν ἐκεῖνος, ὡς βίᾳ κυρώσων τὸν νόμον. Ἀντώνιος δὲ, καὶ τῆς βουλῆς ψηφισαμένης ὅπλων δεῖν ἐπὶ τὸν Δολοβέλλαν, ἐπελθὼν, καὶ μάχην συνάψας, ἀπέκτεινέ τε τινὰς τῶν ἐκείνου, καὶ τῶν ἰδίων ἀπέβαλε. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ἐκ τούτων ἀπηχθάνετο· τοῖς δὲ χρηστοῖς καὶ σώφροσι διὰ τὸν ἄλλον βίον οὐκ ἦν ἀρεστὸς, ὡς Κικέρων φησὶν, ἀλλ' ἐμισεῖτο, βδελυττομένων αὐτοῦ μέθας ἀώρους, καὶ δαπάνας ἐπαχθεῖς, καὶ κυλινδήσεις ἐν γυναίοις· καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ὕπνους καὶ περιπάτους ἀλύοντος καὶ κραιπαλῶντος, νύκτωρ δὲ, κώμους, καὶ θέατρα καὶ διατριβὰς ἐν γάμοις μίμων καὶ γελωτοποιῶν. λέγεται γοῦν ὡς ἐν Ἱππίου ποτὲ τοῦ μίμου γάμοις ἑστιαθεὶς, καὶ πιὼν διὰ νυκτὸς, εἶτα πρωῒ τοῦ δήμου καλοῦντος εἰς ἀγορὰν, προελθὼν ἔτι τροφῆς μεστὸς ἐμέσειε, τῶν φίλων τινὸς ὑποσχόντος τὸ ἱμάτιον. ἦν δὲ καὶ Σέργιος ὁ μῖμος τῶν μέγιστον παρ' αὐτῷ δυναμένων, καὶ Κύθηρις ἀπὸ τῆς αὐτῆς παλαίστρας γύναιον ἀγαπώμενον· ὃ δὴ καὶ τὰς πόλεις ἐπιὼν, ἐν φορείῳ περιήγετο, καὶ τὸ φορεῖον οὐκ ἐλάττους ἢ τὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ περιέποντες ἠκολούθουν. ἐλύπει δὲ καὶ χρυσῶν ἐκπωμάτων, ὥσπερ ἐν πομπαῖς, ταῖς ἀποδημίαις διαφερομένων ὄψεις, καὶ στάσεις ἐνόδιοι σκηνῶν, καὶ πρὸς ἄλσεσι καὶ ποταμοῖς ἀρίστων πολυτελῶν διαθέσεις,

καὶ

Ibi forte gravis suspicio allata est Antonio, violasse nuptias suas Dolabellam. Quod factum iniquo animo ferens, nuntium remisit uxori, quæ patruelis sua erat, C. Antonii Ciceronis collegæ filia. Igitur Asinii partes secutus, Dolabellam oppugnavit. Nam forum occupaverat ille, legem intendens vi perferre. Antonius vero, quum etiam arma senatus decrevisset in Dolabellam, irrumpens in forum prœlio commisso nonnullos illius gregales occidit, & aliquot amisit de suis. Hinc in multitudinem incurrit. Bonis & sanis ob vitam reliquam (ut Cicero ait) non placebat, sed erat iis invisus, execrantibus intempestivas ejus perpotationes & odiosos sumptus, volutationesque in lustris, somnos diurnos, ambulationes nauseantis & vino mersi, comessationes nocturnas, ludos & commorationes in mimorum & scurrarum nuptiis. Ac fertur, quum ad Hippiæ mimi nuptias invitatus totam noctem perpotasset, mane autem a populo accitus in forum esset, adhuc cibo plenus progressus, vomuisse, excipiente amico quodam toga sua. Jam erat Sergius mimus unus ex iis qui plurimum apud eum poterant, & Cytheris ex eadem palæstra, quam mulierculam adamabat. Hanc urbes peragrans circumducebat lectica. Lecticam ejus non minor comitatus quam matris ipsius sequebatur. Mordebant etiam homines poculorum aureorum in peregrinationibus ejus tanquam in triumphali pompa translatorum spectacula, erectiones in itinere tentoriorum, prandiorum apud lucos & flumina exquisitorum apparatus,

leo-

καὶ λέοντες ἅρμασιν ὑπεζευγμένοι, καὶ σωφρόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν οἰκίαι χαμαιτύπαις καὶ σαμβυκιστρίαις ἐπισταθμευόμεναι. δεινὸν γὰρ ἐποιοῦντο, Καίσαρα μὲν αὐτὸν ἔξω τῆς Ἰταλίας θυραυλεῖν, τὰ λείψανα τοῦ μεγάλου πολέμου μεγάλοις πόνοις καὶ κινδύνοις ἀνακαθαιρόμενον, ἑτέρους δὲ δι᾽ ἐκεῖνον τρυφᾶν τοῖς πολίταις ἐνυβρίζοντας.

Ταῦτα καὶ τὴν στάσιν αὐξῆσαι δοκεῖ, καὶ τὸ στρατιωτικὸν εἰς ὕβρεις δεινὰς καὶ πλεονεξίας ἀνεῖναι. διὸ καὶ Καῖσαρ ἐπανελθὼν Δολοβέλλᾳ τε συγγνώμην ἔδωκε, καὶ τὸ τρίτον αἱρεθεὶς ὕπατος, οὐκ Ἀντώνιον ἀλλὰ Λέπιδον εἵλετο συνάρχοντα. τὴν δὲ Πομπηΐου πωλουμένην οἰκίαν ὠνήσατο μὲν Ἀντώνιος, ἀπαιτούμενος δὲ τὴν τιμὴν ἠγανάκτει· καί φησιν αὐτὸς διὰ τοῦτο μὴ μετασχεῖν Καίσαρι τῆς εἰς Λιβύην στρατείας, ἐπὶ τοῖς προτέροις κατορθώμασι μὴ τυχὼν ἀμοιβῆς. ἔοικε μέντοι τὸ πολὺ τῆς ἀβελτηρίας αὐτοῦ καὶ ἀσωτείας ἀφελεῖν ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἀναισθήτως τὰ πλημμελήματα δεξάμενος. ἀπαλλαγεὶς γὰρ ἐκείνου τοῦ βίου, γάμῳ προσέσχε, Φουλβίαν ἀγόμενος τὴν Κλωδίῳ τῷ δημαγωγῷ συνοικήσασαν, οὐ ταλασίαν, οὐδὲ οἰκουρείαν φρονοῦν γύναιον, οὐδὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου κρατεῖν ἀξιοῦν, ἀλλὰ ἄρχοντος ἄρχειν, καὶ στρατηγοῦντος στρατηγεῖν βουλόμενον· ὥστε Κλεοπάτραν διδασκάλια Φουλβίᾳ τῆς Ἀντωνίου γυναικοκρατίας ὀφείλειν, πάνυ χειροήθη καὶ πεπαιδαγωγημένον ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀκροᾶσθαι γυναικῶν παραλαβοῦσαν αὐτόν. οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκείνην ἐπειρᾶτο προσπαίζων καὶ μειρακιευόμενος ἱλαρωτέραν

leonibus juncti currus, pudicorum virorum & matronarum domicilia scortis & sambucistriis ad divertendum attributa. Intolerandum enim videbatur, Cæsarem extra Italiam pernoctare sub dio, dum magni illius belli magnis sudoribus & periculis reliquias persequitur, alios vero per illius autoritatem luxu diffluere civibus insultantes.

Hæc etiam intendisse videntur seditionem, militibusque frænum ad fœdissima flagitia atque rapinas relaxasse. Quapropter reversus Cæsar ignovit Dolabellæ: ac creatus tertium consul, non Antonium, sed Lepidum cooptavit collegam. Pompeii domum subhastatam emit Antonius. At indignabatur quum exigeretur pretium: qua quidem de causa noluisse allegat ipse se comitari Cæsarem ad bellum Africanum, quod præclaris factis suis prioribus non fuisset honos habitus. Apparet tamen multum de Antonii amentia & intemperantia Cæsarem, peccata ejus non dissimulando, detraxisse. Siquidem explicuit se illa vita, animoque ad nuptias applicato, Fulviam Clodii, plebis concitatoris, viduam uxorem duxit; mulierem non ad lanificium aut ad rei familiaris administrationem factam, neque in virum contentam dominari privatum, sed quæ imperanti imperare & ducem volebat ducere: ut mercedem Fulviæ, quod ancillari Antonium docuisset fœminis, debuerit Cleopatra, quæ plane cicurem atque a tyrocinio institutum ad obtemperandum mulieribus accepit. Atqui illam quoque alludendo & lasciviendo enitebatur Antonius

ἐρωτέραν ποιεῖν ὁ Ἀντώνιος· οἷον ὅτε Καίσαρι πολλῶν ἀπαντώντων μετὰ τὴν ἐν Ἰβηρίᾳ νίκην, καὶ αὐτὸς ἐξῆλθε· εἶτα ἄφνω φήμης εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐμπεσούσης, ὡς ἐπίασιν οἱ πολέμιοι Καίσαρος τεθνηκότος, ἀνέστρεψεν εἰς Ῥώμην. λαβὼν δὲ θεράποντος ἐσθῆτα, νύκτωρ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἦλθε, καὶ φήσας ἐπιστολὴν Φουλβίᾳ παρὰ Ἀντωνίου κομίζειν, εἰσήχθη πρὸς αὐτὴν ἐγκεκαλυμμένος. εἶτα ἡ μὲν ἐκπαθὴς οὖσα, πρὶν ἢ τὰ γράμματα λαβεῖν, ἠρώτησεν εἰ ζῇ ὁ Ἀντώνιος· ὁ δὲ τὴν ἐπιστολὴν σιωπῇ προτείνας, ἀρξαμένην λύειν καὶ ἀναγινώσκειν περιβαλὼν κατεφίλησεν. ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγα, πολλῶν ὄντων, ἕνεκεν δείγματος ἐξενηνόχαμεν.

Ἐκ δὲ Ἰβηρίας ἐπανιόντι Καίσαρι πάντες μὲν οἱ πρῶτοι πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπήντων· ἐτιμήθη δὲ Ἀντώνιος ἐκπρεπῶς ὑπ' αὐτοῦ. κομιζόμενος γὰρ ἐπὶ ζεύγους διὰ τῆς Ἰταλίας Ἀντώνιον εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ συνοχούμενον, ὄπισθεν δὲ Βροῦτον Ἀλβῖνον, καὶ τὸν τῆς ἀδελφιδῆς υἱὸν Ὀκταουιανόν, ὃς μετὰ ταῦτα Καῖσαρ ὠνομάσθη, καὶ Ῥωμαίων ἦρξε πλεῖστον χρόνον. ἐπεὶ δὲ τὸ πέμπτον ἀπεδείχθη Καῖσαρ ὕπατος, προσείλετο μὲν εὐθὺς συνάρχοντα τὸν Ἀντώνιον, ἐβούλετο δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπειπάμενος Δολοβέλλᾳ παρεγγυῆσαι· καὶ τοῦτο πρὸς τὴν σύγκλητον ἐξήνεγκεν. Ἀντωνίου δὲ τραχέως ἀντιπεσόντος, καὶ πολλὰ μὲν εἰπόντος κακὰ Δολοβέλλαν, οὐκ ἐλάττονα δὲ ἀκούσαντος, τότε μὲν αἰσχυνθεὶς τὴν ἀκοσμίαν ὁ Καῖσαρ ἀπηλλάγη. μετὰ δὲ ταῦτα προελθὼν ἀναγορεῦσαι Δολοβέλλαν, Ἀντωνίου δὲ τοὺς οἰωνοὺς ἐναντιοῦσθαι βοῶντος, εἶξε καὶ προήκατο Δολοβέλλαν ἀχθόμενον. ἐδόκει δὲ κἀκεῖνον οὐδὲν

ἧττον

tonius reddere hilariorem: ut quum inter frequentiam Cæsari a victoria Hispaniensi obviam procedentem, ipse quoque socium se adjunxit. Mox allato in Italiam rumore hostes Cæsare fato functo adventare, Romam recurrit, sumptaque veste famulari nocte domum venit, ac Fulviæ simulans se literas ab Antonio portare, obvoluto capite est ad eam introductus. Tum illa magno percita motu, ante quam acciperet literas, percunctata est viveretne Antonius: Antonius vero epistolam ei tacitus reddidit, solvere & legere aggressam complexus est & osculatus. Hæc nos ex multis pauca exempli causa retulimus.

At regredienti ex Hispania Cæsari quum omnes principes multorum dierum itinere occurrerent, Antonius honoratus ab eo eximie est. Quippe rheda per Italiam vehens assidentem habuit Antonium, a tergo Brutum Albinum, & sororis suæ nepotem Octavianum, qui post Cæsar dictus est, longoque tempore Romanum tenuit imperium. Creatus Cæsar quintum consul, illico cooptavit collegam Antonium. Intendit autem abdicare se magistratu, & cedere Dolabellæ, idque ad senatum retulit: verum repugnante aspere Antonio, multaque maledicta in Dolabellam congerente, nec pauciora audiente, illius indignitatis Cæsar pudore rem in præsentia omisit. Post ad renunciandum Dolabellam progressus, auspicia obsistere clamante Antonio cessit, Dolabellamque stomachantem destituit. Videtur autem illum non

minus

ἧττον τοῦ Ἀντωνίου βδελύττεσθαι. λέγεται γὰρ ὡς ἀμφοτέρους τινὸς ὁμοῦ διαβάλλοντος πρὸς αὐτόν, εἴποι μὴ δεδιέναι τοὺς παχεῖς τούτους καὶ κομήτας, ἀλλὰ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτοὺς ἐκείνους, Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἀποδεικνύμενος· ὑφ' ὧν ἔμελλεν ἐπιβουλευθεὶς ἀναιρεῖσθαι.

Κἀκείνοις δὲ τὴν εὐπρεπεστάτην πρόφασιν ἄκων παρέσχεν Ἀντώνιος. ἦν μὲν γὰρ ἡ τῶν Λυκαίων ἑορτὴ Ῥωμαίοις, ἣν Λουπερκάλια καλοῦσι· Καῖσαρ δὲ κεκοσμημένος ἐσθῆτι θριαμβικῇ, καὶ καθήμενος ὑπὲρ βήματος ἐν ἀγορᾷ, τοὺς διαθέοντας ἐθεᾶτο. διαθέουσι δὲ τῶν εὐγενῶν νέοι πολλοί, καὶ τῶν ἀρχόντων, ἀληλειμμένοι λίπα, σκύτεσι λευκοῖς καθικνούμενοι μετὰ παιδιᾶς τῶν ἐντυγχανόντων. ἐν τούτοις ὁ Ἀντώνιος διαθέων τὰ μὲν πάτρια χαίρειν εἴασε, διάδημα δὲ δάφνης στεφάνῳ περιελίξας, προσέδραμε τῷ βήματι, καὶ συνεξαρθεὶς ὑπὸ τῶν συνθεόντων, ἐπέθηκε τῇ κεφαλῇ τοῦ Καίσαρος, ὡς δὴ βασιλεύειν αὐτῷ προσῆκον. ἐκείνου δὲ θρυπτομένου καὶ διακλίνοντος, ἡσθεὶς ὁ δῆμος ἀνεκρότησε· καὶ πάλιν ὁ Ἀντώνιος ἐπῆγε, καὶ πάλιν ἐκεῖνος ἀπετρίβετο. καὶ πολὺν χρόνον οὕτω διαμαχομένων, Ἀντωνίῳ μὲν ὀλίγοι τῶν φίλων βιαζομένῳ, Καίσαρι δὲ ἀρνουμένῳ πᾶς ὁ δῆμος ἐπεκρότει μετὰ βοῆς. ὃ καὶ θαυμαστὸν ἦν, ὅτι τοῖς ἔργοις τὰ τῶν βασιλευομένων ὑπομένοντες, τοὔνομα τοῦ βασιλέως, ὡς κατάλυσιν τῆς ἐλευθερίας, ἔφευγον. ἀνέστη μὲν οὖν ὁ Καῖσαρ ἀχθεσθεὶς ἀπὸ τοῦ βήματος, καὶ τὸ ἱμάτιον ἀπάγων ἀπὸ τοῦ τραχήλου, τῷ βουλομένῳ παρέχειν τὴν σφαγὴν ἐβόα. τὸν δὲ στέφανον ἑνὶ τῶν ἀνδριάντων αὐτοῦ περιτεθέντα δήμαρχοι τινὲς κατέσπασαν, οὓς ὁ δῆμος εὐφημῶν μετὰ κρότου παρείπετο, Καίσαρα δὲ τῆς ἀρχῆς ἀπέστησαν. Ταῦ-

minus quam Antonium deteſtatus. Fertur enim, quum ambos ſimul quidam apud illum deferret, dixiſſe non formidare ſe craſſos illos & comatos, ſed iſtos pallidos & macilentos: Brutum & Caſſium deſignans; a quibus inde per inſidias eſt interfectus.

His Antonius ſpecioſiſſimum velamentum præbuit imprudens. Lupercalia Romæ agebantur Lycæis ſimilia. Cæſar autem triumphali ornatus veſte ſedens pro roſtris ſpectabat in foro diſcurrentes. Multi juvenes ex nobilitate & magiſtratibus diſcurrunt oleo uncti, atque albis ſcuticis verberant ludibundi obvium quemque. Inter hos diſcurrens Antonius, ſalute vetuſtis ſolennibus dicta, diadema ferens lauri coronam circumjectum, accurrit ad roſtra, ſublatuſque ab ſodalibus impoſuit eam capiti Cæſaris, quaſi deferendum ei regnum eſſet. Simulanti illi rejicere diadema, lætus populus applauſit. Antonio illud iterum ingerente, repulit Cæſar denuo. Quum ad hunc modum diu concertarent, pauci amici inſtanti Antonio, Cæſari renuenti populus univerſus plauſum cum gratulatione dedit. Quod ſane mirandum erat, eos qui reipſa dominatum ferebant, regis nomen ut diſſolutionem libertatis defugiſſe. Ac Cæſar quidem offenſus ſurrexit ex roſtris, detractaque a collo toga jugulum volenti percutere clamavit ſe offerre. Coronam uni ex ſtatuis ejus impoſitam detraxerunt tribuni quidam, quos populus feſtis vocibus plauſu eſt proſequutus. His abrogavit Cæſar magiſtratum.

Ea

ρωτέραν ποιεῖν ὁ Ἀντώνιος· οἷον ὅτε Καίσαρι πολλῶν ἀπαντώντων μετὰ τὴν ἐν Ἰβηρίᾳ νίκην, καὶ αὐτὸς ἐξῆλθε· εἶτα ἄφνω φήμης εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐμπεσούσης, ὡς ἐπίασιν οἱ πολέμιοι Καίσαρος τεθνηκότος, ἀνέστρεψεν εἰς Ῥώμην. λαβὼν δὲ θεράποντος ἐσθῆτα, νύκτωρ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἦλθε, καὶ φήσας ἐπιστολὴν Φουλβίᾳ παρὰ Ἀντωνίου κομίζειν, εἰσήχθη πρὸς αὐτὴν ἐγκεκαλυμμένος. εἶτα ἡ μὲν ἐκπαθὴς οὖσα, πρὶν ἢ τὰ γράμματα λαβεῖν, ἠρώτησεν εἰ ζῇ ὁ Ἀντώνιος· ὁ δὲ τὴν ἐπιστολὴν σιωπῇ προτείνας, ἀρξαμένην λύειν καὶ ἀναγινώσκειν περιβαλὼν κατεφίλησεν. ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγα, πολλῶν ὄντων, ἕνεκεν δείγματος ἐξενηνόχαμεν.

Ἐκ δὲ Ἰβηρίας ἐπανιόντι Καίσαρι πάντες μὲν οἱ πρῶτοι πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπήντων· ἐτιμήθη δὲ Ἀντώνιος ἐκπρεπῶς ὑπ' αὐτοῦ. κομιζόμενος γὰρ ἐπὶ ζεύγους διὰ τῆς Ἰταλίας Ἀντώνιον εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ συνοχούμενον, ὄπισθεν δὲ Βροῦτον Ἀλβῖνον, καὶ τὸν τῆς ἀδελφιδῆς υἱὸν Ὀκταουϊανόν, ὃς μετὰ ταῦτα Καῖσαρ ὠνομάσθη, καὶ Ῥωμαίων ἦρξε πλεῖστον χρόνον. ἐπεὶ δὲ τὸ πέμπτον ἀπεδείχθη Καῖσαρ ὕπατος, προσείλετο μὲν εὐθὺς συνάρχοντα τὸν Ἀντώνιον, ἐβούλετο δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπειπάμενος Δολοβέλλᾳ παρεγγυῆσαι· καὶ τοῦτο πρὸς τὴν σύγκλητον ἐξήνεγκεν. Ἀντωνίου δὲ τραχέως ἀντιπεσόντος, καὶ πολλὰ μὲν εἰπόντος κακὰ Δολοβέλλαν, οὐκ ἐλάττονα δὲ ἀκούσαντος, τότε μὲν αἰσχυνθεὶς τὴν ἀκοσμίαν ὁ Καῖσαρ ἀπηλλάγη. μετὰ δὲ ταῦτα προελθὼν ἀναγορεῦσαι Δολοβέλλαν, Ἀντωνίου δὲ τοὺς οἰωνοὺς ἐναντιοῦσθαι βοῶντος, εἶξε καὶ προήκατο Δολοβέλλαν ἀχθόμενον. ἐδόκει δὲ κἀκεῖνον οὐδὲν ἧττον

tonius reddere hilariorem: ut quum inter frequentiam Cæsari a victoria Hispaniensi obviam procedentem, ipse quoque socium se adjunxit. Mox allato in Italiam rumore hostes Cæsare fato functo adventare, Romam recurrit, sumptaque veste famulari nocte domum venit, ac Fulviæ simulans se literas ab Antonio portare, obvoluto capite est ad eam introductus. Tum illa magno percita motu, ante quam acciperet literas, percunctata est viveretne Antonius: Antonius vero epistolam ei tacitus reddidit, solvere & legere aggressam complexus est & osculatus. Hæc nos ex multis pauca exempli causa retulimus.

At regredienti ex Hispania Cæsari quum omnes principes multorum dierum itinere occurrerent, Antonius honoratus ab eo eximie est. Quippe rheda per Italiam vehens assidentem habuit Antonium, a tergo Brutum Albinum, & sororis suæ nepotem Octavianum, qui post Cæsar dictus est, longoque tempore Romanum tenuit imperium. Creatus Cæsar quintum consul, illico cooptavit collegam Antonium. Intendit autem abdicare se magistratu, & cedere Dolabellæ, idque ad senatum retulit: verum repugnante aspere Antonio, multaque maledicta in Dolabellam congerente, nec pauciora audiente, illius indignitatis Cæsar pudore rem in præsentia omisit. Post ad renunciandum Dolabellam progressus, auspicia obsistere clamante Antonio cessit, Dolabellamque stomachantem destituit. Videtur autem illum non

minus

ἧττον τοῦ Ἀντωνίου βδελύττεσθαι. λέγεται γὰρ ὡς ἀμφοτέρους τινὸς ὁμοῦ διαβάλλοντος πρὸς αὐτὸν, εἴποι μὴ δεδιέναι τοὺς παχεῖς τούτους καὶ κομήτας, ἀλλὰ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτοὺς ἐκείνους, Βροῦτον καὶ Κάσιον ἀποδεικνύμενος· ὑφ᾿ ὧν ἔμελλεν ἐπιβουλευθεὶς ἀναιρεῖσθαι.

Κἀκείνοις δὲ τὴν εὐπρεπεστάτην πρόφασιν ἄκων παρέσχεν Ἀντώνιος. ἦν μὲν γὰρ ἡ τῶν Λυκαίων ἑορτὴ Ῥωμαίοις, ἣν Λουπερκάλια καλοῦσι· Καῖσαρ δὲ κεκοσμημένος ἐσθῆτι θριαμβικῇ, καὶ καθήμενος ὑπὲρ βήματος ἐν ἀγορᾷ, τοὺς διαθέοντας ἐθεᾶτο. διαθέουσι δὲ τῶν εὐγενῶν νέοι πολλοὶ, καὶ τῶν ἀρχόντων, ἀληλειμμένοι λίπα, σκύτεσι λευκοῖς καθικνούμενοι μετὰ παιδιᾶς τῶν ἐντυγχανόντων. ἐν τούτοις ὁ Ἀντώνιος διαθέων τὰ μὲν πάτρια χαίρειν εἴασε, διάδημα δὲ δάφνης στεφάνῳ περιελίξας, προσέδραμε τῷ βήματι, καὶ συνεξαρθεὶς ὑπὸ τῶν συνθεόντων, ἐπέθηκε τῇ κεφαλῇ τοῦ Καίσαρος, ὡς δὴ βασιλεύειν αὐτῷ προσῆκον. ἐκείνου δὲ θρυπτομένου καὶ διακλίνοντος, ἡσθεὶς ὁ δῆμος ἀνεκρότησε· καὶ πάλιν ὁ Ἀντώνιος ἐπῆγε, καὶ πάλιν ἐκεῖνος ἀπετρίβετο. καὶ πολὺν χρόνον οὕτω διαμαχομένων, Ἀντωνίῳ μὲν ὀλίγοι τῶν φίλων βιαζομένῳ, Καίσαρι δὲ ἀρνουμένῳ πᾶς ὁ δῆμος ἐπεκρότει μετὰ βοῆς. ὃ καὶ θαυμαστὸν ἦν, ὅτι τοῖς ἔργοις τὰ τῶν βασιλευομένων ὑπομένοντες, τοὔνομα τοῦ βασιλέως, ὡς κατάλυσιν τῆς ἐλευθερίας, ἔφευγον. ἀνέστη μὲν οὖν ὁ Καῖσαρ ἀχθεσθεὶς ἀπὸ τοῦ βήματος, καὶ τὸ ἱμάτιον ἀπάγων ἀπὸ τοῦ τραχήλου, τῷ βουλομένῳ παρέχειν τὴν σφαγὴν ἐβόα. τὸν δὲ στέφανον ἑνὶ τῶν ἀνδριάντων αὐτοῦ περιτεθέντα δήμαρχοί τινες κατέσπασαν, οὓς ὁ δῆμος εὐφημῶν μετὰ κρότου παρείπετο, Καίσαρα δὲ τῆς ἀρχῆς ἀπέστησαν. Ταῦ-

minus quam Antonium deteſtatus. Fertur enim, quum ambos ſimul quidam apud illum deferret, dixiſſe non formidare ſe craſſos illos & comatos, ſed iſtos pallidos & macilentos: Brutum & Caſſium deſignans; a quibus inde per inſidias eſt interfectus.

His Antonius ſpecioſiſſimum velamentum præbuit imprudens. Lupercalia Romæ agebantur Lycæis ſimilia. Cæſar autem triumphali ornatus veſte ſedens pro roſtris ſpectabat in foro diſcurrentes. Multi juvenes ex nobilitate & magiſtratibus diſcurrunt oleo uncti, atque albis ſcuticis verberant ludibundi obvium quemque. Inter hos diſcurrens Antonius, ſalute vetuſtis ſolennibus dicta, diadema ferens lauri coronam circumjectum, accurrit ad roſtra, ſublatuſque ab ſodalibus impoſuit eam capiti Cæſaris, quaſi deferendum ei regnum eſſet. Simulanti illi rejicere diadema, lætus populus applauſit. Antonio illud iterum ingerente, repulit Cæſar denuo. Quum ad hunc modum diu concertarent, pauci amici inſtanti Antonio, Cæſari renuenti populus univerſus plauſum cum gratulatione dedit. Quod ſane mirandum erat, eos qui reipſa dominatum ferebant, regis nomen ut diſſolutionem libertatis defugiſſe. Ac Cæſar quidem offenſus ſurrexit ex roſtris, detrectaque a collo toga jugulum volenti percutere clamavit ſe offerre. Coronam uni ex ſtatuis ejus impoſitam detraxerunt tribuni quidam, quos populus feſtis vocibus plauſu eſt proſequutus. His abrogavit Cæſar magiſtratum.

Ea

Ταῦτα τοὺς περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἐπέρρωσε· καὶ τῶν φίλων τοὺς πιστοὺς καταλέγοντες ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, ἐσκέπτοντο περὶ Ἀντωνίου. τῶν δ' ἄλλων προσιεμένων τὸν ἄνδρα, Τρεβώνιος ἀντεῖπεν· ἔφη γὰρ ὑφ' ὃν χρόνον ἀπήντων ἐξ Ἰβηρίας ἐπανιόντι Καίσαρι, τοῦ Ἀντωνίου συσκηνοῦντος αὐτῷ καὶ συνοδεύοντος, ἅψασθαι τῆς γνώμης ἀτρέμα πως, καὶ μετ' εὐλαβείας· τὸν δὲ νοῆσαι μὲν, οὐ δέξασθαι δὲ τὴν πεῖραν, οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς Καίσαρα κατειπεῖν, ἀλλὰ πιστῶς κατασιωπῆσαι τὸν λόγον. ἐκ τούτου πάλιν ἐβουλεύοντο Καίσαρα κτείναντες ἐπισφάττειν Ἀντώνιον· ἐκώλυσε δὲ Βροῦτος, ἀξιῶν τὴν ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων τολμωμένην πρᾶξιν, εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν ἀδικίας εἶναι. φοβούμενοι δὲ τήν τε ῥώμην τοῦ Ἀντωνίου καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα, τάττουσιν ἐπ' αὐτὸν ἐνίους τῶν ἐκ τῆς συνωμοσίας, ὅπως ὅταν εἰσίῃ Καῖσαρ εἰς τὴν βουλὴν, καὶ μέλλῃ δρᾶσθαι τὸ ἔργον, ἔξω διαλεγόμενοί τι καὶ σπουδάζοντες κατέχωσιν αὐτόν.

Τούτων δὲ πραττομένων ὡς συνετέθη, καὶ πεσόντος ἐν τῇ βουλῇ τοῦ Καίσαρος, εὐθὺς μὲν ὁ Ἀντώνιος, ἐσθῆτα θεράποντος μεταλαβὼν, ἔκρυψεν αὑτόν· ὡς δ' ἔγνω τοὺς ἄνδρας ἐπιχειροῦντας μὲν οὐδενὶ, συνηθροισμένους δὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἔπεισε καταβῆναι, λαβόντας ὅμηρον παρ' αὐτοῦ τὸν υἱόν· καὶ Κάσσιον μὲν αὐτὸς ἐδείπνισε, Βροῦτον δὲ Λέπιδος. συναγαγὼν δὲ βουλὴν, αὐτὸς μὲν ὑπὲρ ἀμνηστίας εἶπε καὶ διανομῆς ἐπαρχιῶν τοῖς περὶ Κάσσιον καὶ Βροῦτον· ἡ δὲ σύγκλητος ἐκύρωσε ταῦτα, καὶ τῶν ὑπὸ Καίσαρος γεγονότων ἐψηφίσατο μηδὲν ἀλλάττειν. ἐξῄει δὲ τῆς βουλῆς λαμπρότατος

ἀν-

Ea Cassium & Brutum confirmaverunt, delectisque ad illud facinus fidis amicis consultaverunt de Antonio. Quem cæteris admittentibus, reclamavit Trebonius. Docuit enim, quo tempore redeunti ex Hispania Cæsari prodibant obviam, Antonii se, qui eodem secum tabernaculo utebatur, & una faciebat iter, leviter sententiam & caute tentasse: percepisse autem illum se, sed incepto non adsensisse, nec Cæsari prodidisse tamen, sed cum fide compressisse eum sermonem. Hinc denuo deliberaverunt una cum Cæsare interficere Antonium. Verum id Brutus impedivit. Volebat enim ut suscepta pro legibus & jure, sincera & pura maneret actio. Cæterum quod robur Antonii & imperii majestatem timerent, assignaverunt ei de conjuratis certos, qui quum senatum ingrederetur Cæsar, atque exequendum consilium esset, sermone de rebus seriis injecto detinerent eum.

His ut composita erant actis, ac Cæsare in curia perempto, Antonius extemplo veste sumpta famulari abdidit sese. Ut vero illos neminem advertit lædere, sed in Capitolium recepisse se, dato filio suo obside induxit illos ad descendendum, ac Cassium ad cœnam invitavit, Brutum Lepidus: senatuque coacto retulit de præteritorum oblivione, & provinciis Cassio & Bruto decernendis Antonius. Hæc comprobaverunt patres, decreveruntque ut acta Cæsaris rata essent. Ita egressus curia est

omnium

ἀνθρώπων ὁ Ἀντώνιος, ἀνῃρηκέναι δοκῶν ἐμφύλιον πόλεμον, καὶ πράγμασι δυσκολίας ἔχουσι καὶ ταραχὰς οὐ τὰς τυχούσας ἐμφανέστατα κεχρῆσθαι καὶ πολιτικώτατα. τούτων μέντοι ταχὺ τῶν λογισμῶν ἐξέωσεν αὐτὸν ἡ παρὰ τῶν ὄχλων δόξα, πρῶτον ἐλπίσαντα βεβαίως ἔσεσθαι, Βρούτου καταλυθέντος. ἔτυχε μὲν οὖν ἐκκομιζομένου Καίσαρος, ὥσπερ ἔθος ἦν, ἐν ἀγορᾷ διεξιὼν ἐγκώμιον· ὁρῶν δὲ τὸν δῆμον ὑπερφυῶς ἀγόμενον καὶ κηλούμενον, ἐνέμιξε τοῖς ἐπαίνοις οἶκτον ἅμα καὶ δείνωσιν ἐπὶ τῷ πάθει καὶ τῷ λόγῳ, τελευτῶν τε τοὺς χιτωνίσκους τοῦ τεθνηκότος ᾑμαγμένους καὶ διακεκομμένους τοῖς ξίφεσιν ἀνασείων, καὶ τοὺς εἰργασμένους ταῦτα καλῶν παλαμναίους καὶ ἀνδροφόνους, τοσοῦτον ὀργῆς ἐνέβαλε τοῖς ἀνθρώποις, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐν ἀγορᾷ καθαγίσαι, συνενεγκαμένους τὰ βάθρα καὶ τὰς τραπέζας, ἁρπάζοντας δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς πυρᾶς δαλούς, ἐπὶ τὰς οἰκίας θεῖν τῶν ἀπεκτονότων, καὶ προσμάχεσθαι.

Διὰ ταῦτα τῶν περὶ Βροῦτον ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθόντων, οἵ τε φίλοι τοῦ Καίσαρος συνίσταντο πρὸς τὸν Ἀντώνιον, ἥ τε γυνὴ Καλπουρνία πιστεύσασα τῶν χρημάτων τὰ πλεῖστα κατέθετο πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας, εἰς λόγον σύμπαντα τετρακισχιλίων ταλάντων. ἔλαβε δὲ καὶ τὰ βιβλία τὰ Καίσαρος, ἐν οἷς ὑπομνήματα τῶν κεκριμένων καὶ δεδογμένων ἦν ἀναγεγραμμένα· καὶ τούτοις παρεγγράφων οὓς ἐβούλετο, πολλοὺς μὲν ἄρχοντας ἀπεδείκνυε, πολλοὺς δὲ βουλευτάς, ἐνίους δὲ καὶ κατῆγε πεφυγαδευμένους, καὶ καθειργμένους ἔλυεν, ὡς δὴ ταῦτα τῷ Καίσαρι δόξαντα. διὸ τούτους ἅπαντας ἐπισκώπ-

omnium hominum Antonius clarissimus, quod sustulisse bellum civile, & res difficillimas & perturbatissimas putaretur prudentissime & peritissime composuisse. Cæterum hæc consilia ei brevi popularis gloria excussit, speranti oppresso Bruto principatum se citra controversiam assequuturum. Ut igitur elatum Cæsarem in foro de more laudavit, populum cernens mirifice duci & mulceri oratione sua, laudibus commiserationem pariter & exaggerationem intexuit cædis, atque in peroratione vestes interfecti sanguinolentas gladiisque trajectas explicans, patratoresque nefarios vocans & parricidas, usque adeo inflammavit populum ut corpus Cæsaris in foro cremaverint scamnis & mensis congestis, raptisque ex rogo titionibus currerent ad ædes interfectorum, easque oppugnarent.

Itaque conjuratis urbem relinquentibus, Cæsaris amici conjunxerunt se Antonio, uxorque ejus Calpurnia huic fidens pecuniam magna ex parte, cujus fuit summa quatuor millia talenta, domo sua exportavit, deposuitque apud eum. Accepit etiam commentarios Cæsaris in quibus perscripta erant quæ ipse agere decrevisset. His interferens quos ei visum est, multis magistratus dedit, multos in senatum allegit, aliquos etiam reduxit exules, & custodias solvit, tanquam ea decrevisset Cæsar. Unde omnes hos populus Romanus per ludibrium

σκώπτοντες οἱ Ῥωμαῖοι, Χαρωνίτας ἐκάλουν. ἐλεγχόμενοι γὰρ εἰς τοὺς τοῦ νεκροῦ κατέφευγον ὑπομνηματισμούς. καὶ τἆλλα δὲ ἔπραττεν αὐτοκρατορικῶς ὁ Ἀντώνιος, αὐτὸς μὲν ὑπατεύων, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχων συνάρχοντας, Γάϊον μὲν στρατηγὸν, Λεύκιον δὲ, δήμαρχον.

Ἐνταῦθα δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων ὁ νέος ἀφικνεῖται Καῖσαρ εἰς Ῥώμην, ἀδελφῆς μὲν ὢν τοῦ τεθνηκότος υἱός, ὡς εἴρηται, κληρονόμος δὲ τῆς οὐσίας ἀπολελειμμένος· ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ διατρίβων ὑφ' ὃν χρόνον ἀνῃρεῖτο Καῖσαρ. οὗτος εὐθὺς Ἀντώνιον, ὡς δὴ πατρῷον φίλον, ἀσπασάμενος, τῶν παρακαταθηκῶν ἐμέμνητο. καὶ γὰρ ὤφειλε Ῥωμαίων ἑκάστῳ δραχμὰς ἑβδομήκοντα πέντε δοῦναι, Καίσαρος ἐν ταῖς διαθήκαις γράψαντος. Ἀντώνιος δὲ, τὸ μὲν πρῶτον ὡς μειρακίου καταφρονῶν, ἔλεγεν οὐχ ὑγιαίνειν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ φρενῶν ἀγαθῶν καὶ φίλων ἔρημον ὄντα, φορτίον ἀβάστακτον αἱρεῖσθαι τὴν Καίσαρος διαδοχήν. μὴ πειθομένου δὲ τούτοις, ἀλλ' ἀπαιτοῦντος τὰ χρήματα, πολλὰ καὶ λέγων πρὸς ὕβριν αὐτοῦ καὶ πράττων διετέλει. δημαρχίαν τε γὰρ ἐνέστη μετιόντι, καὶ δίφρον χρυσοῦν τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἐψήφιστο, θέντος, ἠπείλησεν εἰς φυλακὴν ἀπάξειν, εἰ μὴ παύσαιτο δημαγωγῶν. ἐπεὶ μέντοι Κικέρωνι δοὺς ἑαυτὸν ὁ νεανίας, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι τὸν Ἀντώνιον ἐμίσουν, δι' ἐκείνων μὲν ᾠκειοῦτο τῇ βουλῇ, αὐτὸς δὲ τὸν δῆμον ἀνελάμβανε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀπὸ τῶν κατοικιῶν συνῆγε, δείσας ὁ Ἀντώνιος εἰς λόγους αὐτῷ συνῆλθεν ἐν Καπιτωλίῳ, καὶ διηλλάγησαν. εἶτα κοιμώμενος ἐκείνης τῆς νυκτὸς ὄψιν εἶδεν ἄτοπον ὁ Ἀντώνιος. ἐδόκει γὰρ

αὐτοῦ

dibrium Charonitas appellabat: quandoquidem ubi arguebantur, ad mortui confugiebant commentarios. Jam cætera quoque pro domino agebat Antonius, ipse consul & fratres habens in magistratibus positos, Caium prætorem, tribunum plebis Lucium.

Hoc rerum statu Octavius Cæsar appulit Romam, defuncti sororis, ut diximus, filius, & hæres patrimonii relictus, qui Apolloniæ sub tempus cædis Cæsaris agebat. Is statim ut paternum amicum salutans Antonium, fecit depositi mentionem: siquidem populo Romano ex testamento Cæsaris trecentos sestertios viritim debebat. Antonius primum, ut adolescentem despiciens, insanire dixit eum, bonoque consilio & amicis carere, qui onus importabile subiret Cæsaris hereditatem. His verbis quum non sedaretur adolescens, sed repeteret argentum, multa in contumeliam ejus assidue dixit & egit: nam ambienti tribunatum obstitit, & sellam auream patris ex plebiscito ponenti minitatus est, nisi populum desisteret solicitare, in carcerem se eum ducturum. Ut vero Ciceroni se adolescens & aliis, qui oderant Antonium, dedidit, illorum opera commendatus senatui est, gratiam popularem ipse instituit colligere, & veteranos ex coloniis cogere. Tum pavefactus Antonius, venit cum eo in colloquium in Capitolio, ubi reconciliati sunt. Illa nocte somnium oblatum Antonio dirum est. Dextra ma-

nus

αὐτοῦ τὴν δεξιὰν χεῖρα βεβλῆσθαι κεραυνῷ. καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἐνέπεσε λόγος ὡς ἐπιβουλεύοι Καῖσαρ αὐτῷ. Καῖσαρ δὲ ἀπελογεῖτο μὲν, οὐκ ἔπειθε δέ· καὶ πάλιν ἦν ἐνεργὸς ἡ ἔχθρα, καὶ περιθέοντες ἀμφότεροι τὴν Ἰταλίαν, τὸ μὲν ἱδρυμένον ἐν ταῖς κατοικίαις ἤδη τοῦ στρατιωτικοῦ μεγάλοις ἀνίστασαν μισθοῖς, τὸ δὲ ἐν ὅπλοις ἔτι τεταγμένον, ὑποφθάνοντες ἀλλήλους, προσήγοντο.

Τῶν δ' ἐν τῇ πόλει Κικέρων μέγιστον δυνάμενος, καὶ παροξύνων ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἅπαντας ἀνθρώπους, τέλος ἔπεισε τὴν βουλὴν ἐκεῖνον μὲν πολέμιον ψηφίσασθαι, Καίσαρι δὲ ῥαβδουχίαν πέμψαι, καὶ στρατηγικὰ κόσμια, Πάνσαν δὲ καὶ Ἵρτιον ἀποστέλλειν, ἐξελοῦντας Ἀντώνιον τῆς Ἰταλίας. οὗτοι δὲ ἦσαν ὕπατοι τότε, καὶ συμβαλόντες Ἀντωνίῳ περὶ πόλιν Μυτίνην, Καίσαρος παρόντος καὶ συμμαχομένου, τοὺς μὲν πολεμίους ἐνίκων, αὐτοὶ δὲ ἀπέθανον. φεύγοντι δὲ Ἀντωνίῳ πολλὰ συνέπιπτε τῶν ἀπόρων· ὁ δὲ λιμὸς, ἀπορώτατον. ἀλλὰ φύσει παρὰ τὰς κακοπραγίας ἐγίνετο βέλτιστος ἑαυτοῦ, καὶ δυστυχῶν ὁμοιότατος ἦν ἀγαθῷ· κοινοῦ μὲν ὄντος τοῦ αἰσθάνεσθαι τῆς ἀρετῆς τοῖς δι' ἀπορίαν τινὰ σφαλλομένοις, οὐ μὴν ἁπάντων ἃ ζηλοῦσι μιμεῖσθαι, καὶ φεύγειν ἃ δυσχεραίνουσιν, ἐρρωμένων ἐν ταῖς μεταβολαῖς· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐνίων τοῖς ἔθεσιν ἐνδιδόντων ὑπὸ ἀσθενείας καὶ θραυομένων τὸν λογισμόν. ὁ δ' οὖν Ἀντώνιος τότε θαυμαστὸν ἦν παράδειγμα τοῖς στρατιώταις, ἀπὸ τρυφῆς τοσαύτης καὶ πολυτελείας ὕδωρ τε πίνων διεφθαρμένον εὐκόλως, καὶ καρποὺς ἀγρίους καὶ ῥίζας προσφερόμενος. ἐβρώθη δὲ καὶ φλοιὸς, ὡς λέγεται,

nus ei fulmine visa est icta, paucisque diebus delatum ad eum est Cæsarem insidias sibi parare. Purganti se non credidit Cæsari. Unde simultas exarsit de integro inter eos vehemens, percursitavitque uterque Italiam ad veteranos ex coloniis magnis propositis præmiis excitandos, milites vero qui adhuc sub signis erant, alter alteri præripientes, certatim solicitavere.

In urbe Cicero plurimum pollens, omnesque homines concitans in Antonium, tandem senatum perpulit ut hostem illum judicaret, Cæsari lictores & insignia prætoria decerneret, Pansamque & Hirtium, qui tunc consules erant, mitteret ad pellendum Italia Antonium. Hi commisso ad Mutinam oppidum cum Antonio prœlio, Cæsare præsente & socio, fuderunt Antonium, sed ipsi occubuere. Fugientem multæ exceperunt Antonium difficultates, difficillima vero, fames. Sed natura erat asperis in rebus longe solito præstantior, ac fortuna improspera pressus, germanissimus reddebatur bono viro. Est quidem commune virtutem intelligere illis qui angustiis pressi sunt: non omnium est tamen quæ laudant & mirantur, exprimere, & fugere a quibus abhorrent, & quæ improbant, in rerum vicissitudinibus: sed quidam magis etiam ex inertia concedunt moribus pristinis, & ratione debilitantur. Erat igitur tunc notabile militibus exemplum Antonius: qui ex tantis deliciis & luxu facile aquam putridam potabat, fructibusque agrestibus & radicibus vescebatur. Voraverunt etiam, ut fama est,

γεται, καὶ ζῴων ἀγεύστων πρότερον ἥψαντο, τὰς Ἄλπεις ὑπερβάλλοντες.

Ἦν δὲ ὁρμὴ τοῖς ἐπέκεινα στρατεύμασιν ἐντυχεῖν, ὧν Λέπιδος ἦρχε, φίλος εἶναι δοκῶν Ἀντωνίου, καὶ πολλὰ τῆς Καίσαρος φιλίας ἀπολελαυκέναι δι' αὐτόν. ἐλθὼν δὲ καὶ στρατοπεδεύσας πλησίον, ὡς οὐδὲν ἀπήντα φιλάνθρωπον, ἔγνω παραβάλλεσθαι. καὶ κόμη μὲν ἀτημελὴς, καὶ βαθὺς πώγων μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς ἦν αὐτῷ καθειμένος· λαβὼν δὲ φαιὸν ἱμάτιον, ἐγγὺς προσῆγε τῷ χάρακι τοῦ Λεπίδου, καὶ λέγειν ἤρξατο. πολλῶν δὲ καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ἐπικλωμένων καὶ τοῖς λόγοις ἀγομένων, δείσας ὁ Λέπιδος, τὰς σάλπιγγας ἐκέλευσε συνηχούσας ἀφαιρεῖσθαι τὸ κατακούεσθαι τὸν Ἀντώνιον. οἱ δὲ στρατιῶται μᾶλλον ᾤκτειρον καὶ διελέγοντο κρύφα, Λαίλιον καὶ Κλώδιον ἀποστείλαντες πρὸς αὐτὸν, ἐσθῆτας λαβόντας ἑταιρευομένων γυναικῶν, οἳ τὸν Ἀντώνιον ἐκέλευον ἐπιχειρεῖν θαρροῦντα τῷ χάρακι· πολλοὺς γὰρ εἶναι δεξομένους, καὶ τὸν Λέπιδον, εἰ βούλοιτο, κτενοῦντας. Ἀντώνιος δὲ Λεπίδου μὲν οὐκ εἴασεν ἅψασθαι, μεθ' ἡμέραν δὲ τὸν στρατὸν ἔχων, ἀπεπειρᾶτο τοῦ ποταμοῦ. καὶ πρῶτος αὐτὸς ἐμβὰς ἐπορεύετο πρὸς τὴν ἀντιπέρας ὄχθην, ὁρῶν ἤδη πολλοὺς τῶν Λεπίδου στρατιωτῶν τάς τε χεῖρας ὀρέγοντας αὐτῷ καὶ τὸν χάρακα διασπῶντας. εἰσελθὼν δὲ καὶ κρατήσας ἁπάντων, ἡμερώτατα Λεπίδῳ προσηνέχθη. πατέρα γὰρ προσηγόρευσεν αὐτὸν ἀσπασάμενος· καὶ τῷ μὲν ἔργῳ πάντων αὐτὸς ἦν κύριος, ἐκείνῳ δὲ ὄνομα καὶ τιμὴν αὐτοκράτορος διετέλει φυλάττων. τοῦτο καὶ Φλάκκον αὐτῷ Μουνάτιον ἐποίησε προσθέσθαι,

est, corticem, nec ab animalibus nunquam antea gustatis in superandis Alpibus abstinuere.

Subiit animum cupido proficiscendi ad legiones transalpinas, quibus præerat Lepidus. Hunc numerabat Antonius amicum, qui multa putabatur ejus opera consequutus a Cæsare. Eo profectus, castris prope locatis, ubi nihil ei benigne oblatum est, statuit ultimam aleam subire. Coma ejus incompta erat, & barba prolixa, quam mox ab adverso prœlio habebat promissam: sumptaque toga pulla sub vallum Lepidi accessit, atque orationem exorsus est habere. Multi ad eam speciem infringebantur & ducebantur oratione ejus. Quare timens Lepidus, ad interpellandum Antonii orationem tubis jussit concini. At milites inde misericordiam majorem ejus ceperunt, & colloquia secreta cum Antonio habuerunt per Lælium & Clodium, quos vestitu meretricio miserunt ad eum. Hi Antonium hortati sunt ut vallum adoriretur audacter: multos esse qui eum recepturi, & Lepidum, si vellet, essent interfecturi. Verum non permisit Antonius manus ut Lepido inferrent. Postero die tentavit cum exercitu flumen, ac primus ingressus ad ulteriorem ripam contendit, frequentesque jam Lepidi milites conspexit manus sibi porrigentes & vallum diffipantes. Ingressus castra, & potitus omnium, egit cum Lepido humanissime. Nam in salutando appellavit eum patrem: ac quamvis revera omnia in potestate sua haberet, nomen illi tamen & honorem non destitit conservare imperatoris. Ea res adjunxit ei quoque Munatium Plancum,

σθαι, καθήμενον οὐ πόῤῥω μετὰ συχνῆς δυνάμεως. οὕτω δὲ μέγας ἀρθεὶς, αὖθις ὑπερέβαλε τὰς Ἄλπεις εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἄγων ἑπτακαίδεκα τέλη πεζῶν σὺν αὐτῷ, καὶ μυρίους ἱππεῖς· χωρὶς δὲ φρουρὰν Γαλατίας, ἓξ τάγματα λελοίπει μετὰ Οὐαρίου τινὸς τῶν συνήθων καὶ συμποτῶν, ὃν Κοτύλωνα προσηγόρευον.

Καῖσαρ δὲ Κικέρωνι μὲν οὐκέτι προσεῖχε, τῆς ἐλευθερίας ὁρῶν περιεχόμενον, Ἀντώνιον δὲ προὐκαλεῖτο διὰ τῶν φίλων εἰς διαλύσεις, καὶ συνελθόντες οἱ τρεῖς εἰς νησῖδα ποταμῷ περιῤῥεομένην, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας συνήδρευσαν. καὶ τἄλλα μὲν ἐπιεικῶς ὡμολογεῖτο, καὶ διενείμαντο τὴν σύμπασαν ἀρχὴν, ὥσπερ οὐσίαν πατρῴαν ἐν ἀλλήλοις. ἡ δὲ περὶ τῶν ἀπολουμένων ἀνδρῶν ἀμφισβήτησις αὐτοῖς πλεῖστα πράγματα παρέσχε, τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἀνελεῖν ἑκάστου, σῶσαι δὲ τοὺς προσήκοντας ἀξιοῦντος. τέλος δὲ τῇ πρὸς τοὺς μισουμένους ὀργῇ καὶ συγγενῶν τιμὴν καὶ φίλων εὔνοιαν προέμενοι, Κικέρωνος μὲν Ἀντωνίῳ Καῖσαρ ἐξέστη, τούτῳ δὲ Ἀντώνιος Λευκίου Καίσαρος, ὃς ἦν θεῖος αὐτῷ πρὸς μητρός· ἐδόθη δὲ καὶ Λεπίδῳ Παῦλον ἀνελεῖν τὸν ἀδελφόν· οἱ δέ φασιν ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τὸν Λέπιδον ἐκείνοις, ἀποθανεῖν αὐτὸν αἰτησαμένοις. οὐδὲν ὠμότερον οὐδὲ ἀγριώτερον τῆς διαμείψεως ταύτης δοκῶ γενέσθαι. φόνων γὰρ ἀντικαταλλασσόμενοι φόνους, ὁμοίως μὲν οὓς ἐλάμβανον, ἀνῄρουν οὓς ἐδίδοσαν· ἀδικώτεροι δὲ περὶ τοὺς φίλους ἦσαν, οὓς ἀπεκτίννυσαν μηδὲ μισοῦντες.

Ἐπὶ δ' οὖν ταῖς διαλλαγαῖς ταύταις οἱ στρατιῶται περιστάντες ἠξίουν καὶ γάμῳ

Plancum, qui non procul cum magnis copiis considebat. Jam præpotens iterum redditus, Alpes trajecit, duxitque in Italiam secum peditum septendecim integras legiones, & decem millia equitum. Præter hos reliquit ad præsidium Galliæ sex legiones sub Vario quodam familiari & compotore suo, quem Cotylonem appellabant.

At Cæsar Ciceroni jam, quem inhærere videbat libertati, salutem dixit, Antoniumque per necessarios ad reconciliationem invitavit. Congressi tres illi in modica insula amne circumflua, triduum in colloquio fuere. De cæteris convenit inter eos facile, totumque imperium inter se sicut patrimonium suum sunt partiti: sed disceptatio de illis quos statuerant interficere, diu distinuit eos, quod interimere quisque inimicos suos, & necessarios niteretur conservare. Tandem iracundiæ in eos quos oderant & cognatorum reverentiam & amicorum benevolentiam posthabentes, Cicerone cessit Cæsar Antonio, huic Antonius L. Cæsare avunculo suo: Lepido permissum Paulum fratrem suum trucidare. Alii ferunt Lepidum illis Paulum, quem ad cædem deposcebant, concessisse. Hac permutatione nihil equidem arbitror atrocius vel immanius extitisse: nam quum cædibus cædes mutarent, non secus occiderunt illos quos condonabant, quam quos accipiebant. Iniquiores autem fuerunt in amicos, quos nullo adducti odio peremerunt.

Hoc fœdus petierunt circumsistentes milites ut nuptiarum aliquarum vinculo conglutinarent,

γάμῳ τινὶ τὴν φιλίαν συνάψαι Καίσαρα λαβόντα τὴν Φουλβίας τῆς Ἀντωνίου γυναικὸς θυγατέρα Κλωδίαν. ὁμολογηθέντος δὲ καὶ τούτου, τριακόσιοι μὲν ἐκ προγραφῆς ἐθανατώθησαν ὑπ' αὐτῶν· Κικέρωνος δὲ σφαγέντος, ἐκέλευσεν Ἀντώνιος τήν τε κεφαλὴν ἀποκοπῆναι καὶ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν, ᾗ τοὺς κατ' αὐτοῦ λόγους ἔγραψε. καὶ κομισθέντων, ἐθεᾶτο γεγηθὼς, καὶ ἀνακαγχάζων ὑπὸ χαρᾶς πολλάκις. εἶτα ἐμπλησθεὶς, ἐκέλευσεν ὑπὲρ τοῦ βήματος ἐν ἀγορᾷ τεθῆναι, καθάπερ εἰς τὸν νεκρὸν ὑβρίζων, οὐχ αὐτὸν ἐνυβρίζοντα τῇ τύχῃ καὶ καταισχύνοντα τὴν ἐξουσίαν ἐπιδεικνύμενος. ὁ δὲ θεῖος αὐτοῦ Καῖσαρ, ζητούμενος καὶ διωκόμενος, κατέφυγε πρὸς τὴν ἀδελφήν. ἡ δὲ, τῶν σφαγέων ἐπιστάντων καὶ βιαζομένων εἰς τὸ δωμάτιον αὐτῆς, ἐν ταῖς θύραις στᾶσα καὶ διαχοῦσα τὰς χεῖρας, ἐβόα πολλάκις, Οὐκ ἀποκτενεῖτε Καίσαρα Λεύκιον, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐμὲ ἀποκτείνητε, τὴν τὸν αὐτοκράτορα τεκοῦσαν. ἐκείνη μὲν οὖν τοιαύτη γενομένη, διέκλεψε καὶ διέσωσε τὸν ἀδελφόν.

Ἦν δὲ καὶ τὰ πολλὰ Ῥωμαίοις ἐπαχθὴς ἡ τῶν τριῶν ἀρχή· καὶ τὸ πλεῖστον ὁ Ἀντώνιος τῆς αἰτίας εἶχε, πρεσβύτερος μὲν ὢν Καίσαρος, Λεπίδου δὲ δυνατώτερος· εἰς δὲ τὸν βίον ἐκεῖνον αὖθις τὸν ἡδυπαθῆ καὶ ἀκόλαστον ὡς πρῶτον ἀνεχαίτισε τῶν πραγμάτων ἐκκεχυμένος. προσῆν δὲ τῇ κοινῇ κακοδοξίᾳ τὸ διὰ τὴν οἰκίαν οὐ μικρὸν μῖσος, ἣν ᾤκει, Πομπηΐου τοῦ Μεγάλου γενομένην, ἀνδρὸς οὐχ ἧττον ἐπὶ σωφροσύνῃ, καὶ τῷ τεταγμένως καὶ δημοτικῶς διαιτᾶσθαι θαυμασθέντος, ἢ διὰ τοὺς τρεῖς θριάμβους. ἤχθοντο

γὰρ

rent, & Cæsar Fulviæ filiam duceret, privignam Antonii, Clodiam. Postquam & hoc convenit, trecentos ad cædem proscripserunt. Ciceronis interfecti imperavit Antonius caput & dextram, qua Philippicas scripserat, detruncari: quæ allata exultans spectavit, cachinnansque crebro præ gaudio. Ubi satiatus fuit, mandavit ut pro rostris in foro figerentur. Quasi vero insultaret mortuo, & non potius se ipse fortunæ insultare suæ, & potestatem quam tenebat, ostenderet maculare. Avunculus ejus L. Cæsar, quum eum investigarent & persequerentur, confugit ad sororem suam. Ea, instantibus percussoribus atque in cubiculum suum irrumpentibus, consistens in janua expansis manibus clamavit subinde, L. Cæsarem non interficietis, nisi ante interfeceritis me, quæ vestrum peperi imperatorem. Illa ergo hac ratione eripuit & conservavit fratrem suum.

Erat populo Romano illorum triumviratus multis in rebus odiosus: culpam tamen in Antonium conferebant potissimum, qui, natu Cæsare major, & Lepido potentior, in vitam eam luxuriosam & perditam, ut primum emersit ex negotiis, est revolutus. Accessit ad communem illius infamiam non mediocre odium ex ea in qua habitabat domo, quæ fuerat Magni Pompeii, viri non minus ob temperantiam modestamque & civilem vitam quam ob tres triumphos admirabilis. Dolebant

enim

γὰρ ὁρῶντες αὐτὴν τὰ πολλὰ κεκλεισμένην μὲν ἡγεμόσι καὶ στρατηγοῖς καὶ πρέσβεσιν, ὠθουμένοις πρὸς ὕβριν ἀπὸ τῶν θυρῶν, μεστὴν δὲ μίμων καὶ θαυματοποιῶν, καὶ κολάκων κραιπαλώντων· εἰς οὓς τὰ πλεῖστα κατανηλίσκετο τῶν χρημάτων, τῷ βιαιοτάτῳ καὶ χαλεπωτάτῳ τρόπῳ ποριζομένων. οὐ γὰρ μόνον ἐπώλουν οὐσίας τῶν φονευομένων, ἐπισυκοφαντοῦντες οἰκείους καὶ γυναῖκας αὐτῶν, οὐδὲ τελῶν πᾶν ἐκίνησαν γένος· ἀλλὰ καὶ παρὰ ταῖς Ἑστιάσι πυθόμενοι παρθένοις παρακαταθήκας τινὰς κεῖσθαι καὶ ξένων καὶ πολιτῶν, ἔλαβον ἐπελθόντες. ὡς δὲ οὐδὲν ἦν ἱκανὸν Ἀντωνίῳ, Καῖσαρ ἠξίωσε νείμασθαι τὰ χρήματα πρὸς αὐτόν. ἐνείμαντο δὲ καὶ τὸν στρατὸν, ἐπὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον εἰς Μακεδονίαν στρατεύοντες ἀμφότεροι, Λεπίδῳ δὲ τὴν Ῥώμην ἐπέτρεψαν.

Ὡς μέντοι διαβάντες ἥψαντο πολέμου, καὶ παρεστρατοπέδευσαν τοῖς πολεμίοις, Ἀντωνίου μὲν ἐπιτεταγμένου Κασσίῳ, Βρούτῳ δὲ Καίσαρος, οὐδὲν ἔργον ἐφάνη μέγα τοῦ Καίσαρος, ἀλλ' Ἀντώνιος ἦν ὁ νικῶν πάντα καὶ κατορθῶν. τῇ μέν γε προτέρᾳ μάχῃ Καῖσαρ ὑπὸ Βρούτου κατὰ κράτος ἡττηθεὶς, ἀπέβαλε τὸ στρατόπεδον, καὶ μικρὸν ἔφθη τοὺς διώκοντας ὑπεκφυγών. ὡς δὲ αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφε, τῶν φίλων τινὸς ὄναρ ἰδόντος, ἀνεχώρησε πρὸ τῆς μάχης. Ἀντώνιος δὲ Κάσσιον ἐνίκησε· καίτοι γεγράφασιν ἔνιοι, μὴ παραγενέσθαι τῇ μάχῃ τὸν Ἀντώνιον, ἀλλὰ προσγενέσθαι μετὰ τὴν μάχην ἤδη διώκουσι. Κάσσιον δὲ Πίνδαρος τῶν πιστῶν τις ἀπελευθέρων, αὐτοῦ δεομένου καὶ κελεύοντος, ἔσφαξεν· οὐ γὰρ ἔγνω νενικηκότα Βροῦτον. ὀλίγων

δὲ

prius quam hyemem extra tecta tolerare vel in stativis posse contineri, metuebat ne perdurantibus in obsidione & persistentibus Romanis ipsum desererent, cœlo jam post æquinoctium autumnale nubibus obducto. Ergo dolum fabricat hujuscemodi: Parthorum qui Romanis notiores erant, in frumentationibus & aliis concursibus lentius fatigabant Romanos, permittebantque iis quædam capere, & virtutem laudabant eorum ut fortissimorum virorum, qui merito in admiratione apud regem suum haberentur. Hinc propius advecti atque sensim admoventes equos, Antonium convitiis proscindebant, quod cupienti pacem Phraorti & tot talibusque viris parcere, non præberet ad id occasionem: sed duros ac graves desideret hostes operiens, famem & hyemem: per quas arduum ipsis sit vel prosequentibus effugere Parthis. Multis hæc ad Antonium referentibus, spe emollitus, non ante tamen misit ad Parthum legatos, quam blandientes illos rogasset barbaros, eane ex regis sententia referrent. Affirmantibus id illis, hortantibusque ne formidaret vel diffideret: misit certos ex amicis iterum postulatum, ne omnino acquiescere existimaretur, modo salvus esset & elaberetur, ut sibi signa militaria & captivi redderentur. Respondit Parthus ut mitteret hæc: sed si illico decederet, ostendit se præstaturum ei pacem & fidem publicam. Igitur paucis diebus vasis collectis reduxit retro exercitum. Hic ille, qui facundus ad populum erat, atque ad exercitum dicendo mulcendum supra omnes comparatus æquales, rubore & mœ-

πεν αὐτὸς αἰσχύνῃ καὶ κατηφείᾳ τὸ παραθαρρύνειν τὸ πλῆθος, Δομίτιον δὲ Αἰνόβαρβον ἐκέλευσε τοῦτο ποιῆσαι. καί τινες μὲν ἠγανάκτησαν ὡς ὑπερορώμενοι, τὸ δὲ πλεῖστον ἐπεκλάσθη, καὶ συνεφρόνησε τὴν αἰτίαν· διὸ καὶ μᾶλλον ᾤοντο δεῖν ἀνταιδεῖσθαι καὶ πείθεσθαι τῷ στρατηγῷ.

Μέλλοντος δὲ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄγειν ὀπίσω, πεδινὴν καὶ ἄδενδρον οὖσαν, ἀνὴρ τῷ γένει Μάρδος, πολλὰ τοῖς Πάρθων ἤθεσιν ἐνωμιληκώς, ἤδη δὲ Ῥωμαίοις πιστὸς ὢν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ τὰς μηχανὰς γεγονώς, Ἀντωνίῳ προσελθών, ἐκέλευε φεύγειν ἐν δεξιᾷ τῶν ὀρῶν ἐπιλαβόμενον, καὶ μὴ στρατὸν ὁπλίτην καὶ βαρὺν ἐν δρόμοις γυμνοῖς καὶ ἀναπεπταμένοις ὑποβαλεῖν ἵππῳ τοσαύτῃ καὶ τοξεύμασιν· ὃ δὴ τεχνώμενον τὸν Φραόρτην ἀναστῆσαι τῆς πολιορκίας αὐτὸν ὁμολογίαις φιλανθρώποις· ἔσεσθαι δὲ αὐτὸς ἡγεμὼν ὁδοῦ βραχυτέρας, καὶ μᾶλλον εὐπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἐχούσης. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀντώνιος ἐβουλεύετο, καὶ Πάρθοις μὲν οὐκ ἐβούλετο δοκεῖν ἀπιστεῖν μετὰ σπονδάς, τὴν δὲ συντομίαν τῆς ὁδοῦ, καὶ τὸ παρὰ κώμας οἰκουμένας ἔσεσθαι τὴν πορείαν ἐπαινῶν, πίστιν ᾔτει τὸν Μάρδον. ὁ δὲ δῆσαι παρεῖχεν αὐτόν, ἄχρις οὗ καταστήσῃ τὸν στρατὸν εἰς Ἀρμενίαν, καὶ δεθεὶς ἡγεῖτο δύο ἡμέρας καθ' ἡσυχίαν. τῇ δὲ τρίτῃ, παντάπασι τοὺς Πάρθους ἀπεγνωκότος τοῦ Ἀντωνίου, καὶ βαδίζοντος ἀνειμένως διὰ τὸ θαρρεῖν, ἰδὼν ὁ Μάρδος ἀπόχωσιν ἐμβολῆς ποταμοῦ νεωστὶ διεσπασμένην, καὶ τὸ ῥεῦμα πολὺ πρὸς τὴν ὁδὸν ᾗ πορευτέον ἦν ἐκχεόμενον, συνῆκεν ὅτι τῶν Πάρθων ἔργον εἴη τοῦτο, δυσκολίας ἕνεκα καὶ διατριβῆς ἐμποδὼν αὐτοῖς τὸν ποταμὸν τιθεμένων· καὶ τὸν Ἀν-

moerore ipse vulgus militum confirmare praetermisit, delegavitque id muneris Domitio Aenobarbo. Ibi aliqui stomachati sunt, quasi despicerentur. Maxima pars tamen infracta est, causamque perspexit: atque ideo magis reverendum vicissim imperatorem, eique duxit parendum.

Quum recipere se retro eadem via campestri & nuda institueret, quidam Mardus genere, morum Parthicorum ex diutino usu peritus, cujus in Romanos fides in proelio ad machinas fuerat probata, adit Antonium, monetque ita fugiat, ut montes teneat ad dextram, neque gravem armis exercitum in planicie nuda apertaque tanto equitatui & sagittariis objiciat: quod sane fabricantem Phraortem benignis pollicitis reduxisse ipsum ab obsidione: ducem se viae compendiosioris magisque necessariis abundantis fore. His perceptis deliberavit Antonius. Parthis nolebat diffidere post inducias videri, compendium tamen viae atque iter per vicos frequentatos laudans, pignus fidei postulavit a Mardo. Ille vinciri jussit se, quoad exercitum reduxisset in Armeniam. Duxit itaque eum vinctus duos dies pacate. Tertio die, quum nihil minus Antonius quam Parthos exspectaret, atque ex securitate progrederetur dissolute, advertens Mardus aggerem, quo arcebatur amnis, recens dissipatum, undasque late in viam, qua pergendum erat, effusas: Parthorum id conjecit factum esse ad ipsos implicandos & morandos fluminis impedimentum objicientium, monuitque An-

Ἀντώνιον ὁρᾷν ἐκέλευε καὶ προσέχειν, ὡς τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων. ἄρτι δὲ αὐτοῦ καθιστάντος εἰς τάξιν τὰ ὅπλα, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς ἀκοντισταῖς καὶ σφενδονήταις ἐκδρομὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους παρασκευάζοντος, ἐπεφάνησαν οἱ Πάρθοι, καὶ περιήλαυνον ὡς κυκλωσόμενοι καὶ συνταράξοντες πανταχόθεν τὸν στρατόν. ἐκδραμόντων δὲ τῶν ψιλῶν ἐπ' αὐτοὺς, πολλὰς μὲν διδόντες ἀπὸ τόξων, οὐκ ἐλάττονας δὲ ταῖς μολυβδίσι καὶ τοῖς ἀκοντίοις πληγὰς λαμβάνοντες ἀνεχώρουν. εἶτα ἐπῆγον αὖθις, ἄχρις οὗ συστρέψαντες οἱ Κελτοὶ τοὺς ἵππους, ἐνέβαλον καὶ διεσκέδασαν αὐτοὺς, οὐκέτι τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὑπόδειγμα γενομένους.

Ἐκ τούτου μαθὼν Ἀντώνιος ὃ ποιεῖν ἔδει, πολλοῖς ἀκοντισταῖς καὶ σφενδονήταις οὐ μόνον τὴν οὐραγίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρας στομώσας, ἐν πλαισίῳ τὸν στρατὸν ἦγε, καὶ τοῖς ἱππόταις εἴρητο προσβαλόντας τρέπεσθαι, τρεψαμένους δὲ, μὴ πόῤῥω διώκειν. ὥστε τοὺς Πάρθους τὰς ἐφεξῆς τέσσαρας ἡμέρας, οὐθὲν πλέον δράσαντας ἢ παθόντας, ἀμβλυτέρους γεγονέναι, καὶ τὸν χειμῶνα ποιουμένους πρόφασιν, ἀπιέναι διανοεῖσθαι. τῇ δὲ πέμπτῃ Φλαούϊος Γάλλος, ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ δραστήριος, ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένος, ᾔτησεν Ἀντώνιον προσελθὼν πλείονας ψιλοὺς ἀπ' οὐρᾶς, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ στόματος ἱππέων τινὰς, ὡς μέγα κατόρθωμα ποιήσων. δόντος δὲ, προσβαλόντας ἀνέκοπτε τοὺς πολεμίους, οὐχ, ὥσπερ πρότερον, ὑπάγων ἅμα πρὸς τοὺς ὁπλίτας καὶ ἀναχωρῶν, ἀλλὰ ὑφιστάμενος καὶ συμπληκόμενος παραβολώτερον. ὁρῶντες

Antonium provideret & esset intentus: nam prope esse hostes. Dum aciem legionum instruit, ac per ordines jaculatoribus & funditoribus excursiones parat in hostes, superveniunt Parthi, circumvehunturque ad cingendum & conturbandum undique exercitum. Procurrente autem in illos levi armatura, ac multis illatis per missilia, nec paucioribus glandium & jaculorum jactu acceptis vulneribus, pedem retulere, mox ex integro irruere: quousque equites Galli globo facto impressionem dederunt disjeceruntque eos, ut eo die non ultra ostenderint se.

Ex eo quid faciendum esset Antonius doctus, magna manu jaculatorum & funditorum non novissimum modo agmen, sed utramque etiam alam præmuniens processit quadrato agmine. Equitibus imperatum ut incursum facientes propellerent hostes, propulsos non longe consectarentur. Itaque quum Parthi proximis quatuor diebus nihilo plus intulissent mali quam accepissent, redditi sunt segniores, causataque hyeme deliberaverunt discedere. Quinto die Flavius Gallus, vir fortis & strenuus, qui præfecturam obtinebat, adit Antonium, petitque majorem manum levis armaturæ a postremo agmine, & a fronte aliquot equites dari sibi, rem magnificam se ostendens editurum. Quibus ab Antonio datis, propulsavit invehentem se hostem, non ut ante pedem referens sensim & recipiens se ad gravem armaturam: sed subsistens & confligens cum hostibus animosius. Hunc quum

ρῶντες δ' αὐτὸν οἱ τῆς οὐραγίας ἡγεμόνες ἀπορρηγνύμενον, ἐκάλουν πέμποντες· ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Τίτιον δέ φασι τὸν ταμίαν, καὶ τῶν σημαιῶν ἐπιλαβόμενον, στρέφειν ὀπίσω, καὶ λοιδορεῖν τὸν Γάλλον, ὡς ἀπολλύντα πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας. ἀντιλοιδορουμένου δ' ἐκείνου, καὶ διακελευομένου τοῖς περὶ αὐτὸν μένειν, ὁ μὲν Τίτιος ἀπεχώρει· τὸν δὲ Γάλλον ὠθούμενον εἰς τοὺς κατὰ στόμα λανθάνουσι πολλοὶ περισχόντες ἐκ τῶν ὄπισθεν. βαλλόμενος δὲ πανταχόθεν ἐκάλει πέμπων ἀρωγήν· οἱ δὲ τοὺς ὁπλίτας ἄγοντες, ὧν καὶ Κανίδιος ἦν, ἀνὴρ παρ' Ἀντωνίῳ δυνάμενος μέγιστον, οὐ μικρὰ δοκοῦσι διαμαρτεῖν. δέον γὰρ ἀθρόαν ἐπιστρέψαι τὴν φάλαγγα, πέμποντες κατ' ὀλίγους ἐπιβοηθοῦντας, καὶ πάλιν ἡττωμένων τούτων ἑτέρους ἀποστέλλοντες, ἔλαθον ὀλίγου δεῖν ἥττης καὶ φυγῆς ὅλον ἀναπλήσαντες τὸ στρατόπεδον, εἰ μὴ ταχὺ μὲν αὐτὸς Ἀντώνιος μετὰ τῶν ὅπλων ἀπὸ τοῦ στόματος ἧκεν ὑπαντιάζων, ταχὺ δὲ τὸ τρίτον τάγμα διὰ τῶν φευγόντων ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὠσάμενον, ἔσχε τοῦ πρόσω διώκειν.

Ἀπέθανον δὲ τρισχιλίων οὐκ ἐλάττους, ἐκομίσθησαν δ' ἐπὶ σκηνὰς τραυματίαι πεντακισχίλιοι· καὶ Γάλλος ἦν ἐν τούτοις, τέτταρσιν ἐναντίοις διαπεπαρμένος τοξεύμασιν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἐκ τῶν τραυμάτων οὐκ ἀνήνεγκε· τοὺς δ' ἄλλους περιιὼν Ἀντώνιος ἐπεσκόπει καὶ παρεθάρρυνε, δεδακρυμένος καὶ περιπαθῶν. οἱ δὲ φαιδροὶ τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ λαμβανόμενοι, παρεκάλουν ἀπιόντα θεραπεύειν αὐτὸν, καὶ μὴ κακοπαθεῖν, αὐτοκράτορα καλοῦντες, καὶ σω-

quum viderent novissimi agminis duces avulsum a reliquis, missis certis revocaverunt eum: cæterum non obtemperavit ille. Titium quæstorem aiunt etiam signa arripuisse ac retro convertisse, Gallumque increpasse, quod multos & fortes milites perditum iret. Increpante eum vicissim illo, ac præcipiente his qui circa ipsum erant, ut consisterent: recepit se Titius. Gallum impressionem in frontem hostium facientem incurrentes multi a tergo incautum circumdederunt. Quum undique peteretur, misso nuntio flagitavit opem. Legionum autem ductores, in quibus erat Canidius, qui summa apud Antonium gratia valebat, non parum videntur hic offendisse. Nam quum convertenda confertim in hostes tota acies esset, dum catervatim mittunt subsidia, atque his rursus fusis alios submittunt: imprudentes totum pene clade & fuga complessent exercitum, nisi propere cum gravi armatura Antonius ex prima acie hostibus occurrisset, propere etiam tertiam legionem per medios fugientes in hostes rapiens instantes repressisset.

Cecidere non minus tria millia, sauciorum quinque millia in castra reportata. Inter hos Gallus fuit, quatuor sagittis, quas adverso corpore exceperat, trajectus. Verum hic non convaluit ex vulneribus. Cæteros circumivit Antonius invisens, consolatusque est eos lacrymarum plenus & dolore percitus. Illi alacres dextram ejus apprehendentes, oraverunt iret semetipsum curatum, nec sese affligeret. Appellabant eum imperatorem, & modo ipse

σώζεσθαι λέγοντες, ἂν ἐκεῖνος ὑγιαίνῃ. καθόλου μὲν γὰρ οὔτε ἀλκαῖς, οὔτε ὑπομοναῖς, οὔτε ἡλικίᾳ λαμπρότερον ἄλλος αὐτοκράτωρ στρατὸν ἐκείνου δοκεῖ συναγαγεῖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις· ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν αἰδὼς τὸν ἡγεμόνα, καὶ πειθαρχία μετ' εὐνοίας, καὶ τὸ πάντας ὁμαλῶς, ἐνδόξους, ἀδόξους, ἄρχοντας, ἰδιώτας, τὴν παρὰ Ἀντωνίῳ τιμήν τε καὶ χάριν μᾶλλον αἱρεῖσθαι τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἀσφαλείας, οὐδὲ τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις ἀπέλιπεν ὑπερβολήν. τούτου δὲ αἰτίαι πλείονες ἦσαν, ὡς προειρήκαμεν· εὐγένεια, λόγου δύναμις, ἁπλότης, τὸ φιλόδωρον καὶ μεγαλόδωρον, ἡ περὶ τὰς παιδιὰς καὶ τὰς ὁμιλίας εὐτραπελία. τότε δὲ καὶ συμπονῶν καὶ συναλγῶν τοῖς κακοπαθοῦσι, καὶ μεταδιδοὺς οὗ τις δεηθείη, προθυμοτέρους τῶν ἐρρωμένων τοὺς νοσοῦντας καὶ τετρωμένους ἐποίησε.

Τοὺς μέντοι πολεμίους ἀπαγορεύοντας ἤδη καὶ κάμνοντας οὕτως ἐπῆρεν ἡ νίκη, καὶ τοσοῦτον τῶν Ῥωμαίων κατεφρόνησαν, ὥστε καὶ νυκτὸς ἐπαυλίσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, προσδοκῶντες αὐτίκα μάλα σκηνὰς ἐρήμους καὶ χρήματα διαρπάσειν ἀποδιδρασκόντων. ἅμα δ' ἡμέρᾳ πολὺ πλείονες ἐπηθροίζοντο, καὶ λέγονται τετρακισμυρίων οὐκ ἐλάττονες ἱππόται γενέσθαι, βασιλέως καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀεὶ τεταγμένους ὡς ἐπὶ σαφεῖ καὶ βεβαίῳ κατορθώματι πέμψαντος. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδεμιᾷ μάχῃ παρέτυχεν. Ἀντώνιος δὲ βουλόμενος προσαγορεῦσαι τοὺς στρατιώτας, ᾔτησε φαιὸν ἱμάτιον, ὡς οἰκτρότερος ὀφθείη. τῶν δὲ φίλων ἐναντιωθέντων, ἐν τῇ στρατηγικῇ φοινικίδι προελθὼν ἐδημηγόρησε, τοὺς μὲν νενικηκότας ἐπαινῶν, ὀνειδίζων δὲ τοὺς φεύγοντας. τῶν δὲ

οἱ

ipſe valeret, ſalvos ſe dicebant. Omnino autem neque robore neque patientia laboris neque flore ætatis præſtantiorem alius imperator exercitum ea memoria duxiſſe illo videtur: reverentia vero adverſus ducem, obtemperantia cum benevolentia, & quod omnes æque, nobiles, obſcuri, præfecti, gregarii in honore eſſe & gratia apud Antonium ſaluti ſuæ & incolumitati præferrent, ne a veteribus quidem Romanis potuit ſuperari. Hujus rei complures, uti retulimus, cauſæ fuere, nobilitas Antonii, facundia, candor, munificentia & magnificentia, in jocis & colloquiis lepores: tunc vero etiam communicatio cum afflictis angoris doloriſque, & ſuppeditatio ejus quo quiſque indigebat, alacriores reddidit valentibus ægros & vulneratos.

At hoſtes quantumvis fatiſcentes antea & defatigatos adeo erexit ea victoria, ac tantopere Romanos deſpexerunt, ut etiam pernoctarent ad caſtra, exſpectantes tentoria jamjam deſerta, & impedimenta ſe fugientium direpturos. Prima luce longe plures affluxerunt, aiuntque equites fuiſſe non minus quadraginta millia: quod rex cohortem quoque, quæ corpus ſuum ſtipabat perpetuo, ſicut ad indubitatam & certam victoriam miſiſſet. Ipſe enim nulli interfuit pugnæ. Antonius vero appellaturus milites, togam pullam, quo appareret miſerabilior, popoſcit. Quod quia prohibuerunt amici, progreſſus eſt ad concionem habendam paludatus. Laudavit eos qui vicerant: illos qui terga dederant, caſtigavit. Quorum ſuperiores

riores

οἱ μὲν παρεκελεύοντο θαρρεῖν, οἱ δὲ ἀπολογούμενοι σφᾶς αὐτοὺς παρεῖχον, εἴτε βούλοιτο δεκατεύειν, εἴτε ἄλλῳ τρόπῳ κολάζειν· μόνον παύσασθαι δυσφοροῦντα καὶ λυπούμενον ἐδέοντο. πρὸς ταῦτα τὰς χεῖρας ἀνατείνας, ἐπεύξατο τοῖς θεοῖς, εἴ τις ἄρα νέμεσις τὰς πρόσθεν εὐτυχίας αὐτοῦ μέτεισιν, εἰς αὐτὸν ἐλθεῖν, τῷ δ' ἄλλῳ στρατῷ σωτηρίαν διδόναι καὶ νίκην.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ φραξάμενοι βέλτιον προῆγον· καὶ τοῖς Πάρθοις ἐπιχειροῦσι πολὺς ἀπήντα παράλογος. οἰόμενοι γὰρ ἐφ' ἁρπαγὴν καὶ λεηλασίαν, οὐ μάχην ἐλαύνειν, εἶτα πολλοῖς βέλεσιν ἐντυγχάνοντες, ἐρρωμένους δὲ καὶ νεαλεῖς προθυμίαις ὁρῶντες, αὖθις ἐξέκαμνον. ἐπεὶ δὲ καταβαίνουσιν αὐτοῖς ἀπὸ λόφων τινῶν ἐπικλινῶν ἐπέθεντο, καὶ βραδέως ὑπεξάγοντας ἔβαλλον, ἀναστρέψαντες οἱ θυρεαφόροι συνέκλεισαν εἴσω τῶν ὅπλων τοὺς ψιλοὺς, αὐτοὶ δὲ καθέντες εἰς γόνυ προὔβαλλοντο τοὺς θυρεούς· οἱ δὲ ὄπισθεν ὑπερέσχον αὐτῶν τὰ ὅπλα, κἀκείνων ὁμοίως ἕτεροι. τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ἐρέψει γινόμενον, ὄψιν τε θεατρικὴν παρέχει, καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατον ἐστὶ πρὸς τοὺς οἰστοὺς ἀπολισθαίνοντας. οἱ μέντοι Πάρθοι τὴν εἰς γόνυ κλίσιν τῶν Ῥωμαίων, ἀπαγόρευσιν ἡγούμενοι καὶ κάματον εἶναι, τὰ μὲν τόξα κατέθεντο, τοὺς δὲ κοντοὺς διαλαβόντες, ἐγγὺς προσέμιξαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συναλαλάξαντες, ἐξαίφνης ἀνέθορον, καὶ τοῖς ὑσσοῖς παίοντες ἐκ χειρὸς, ἔκτεινάν τε τοὺς πρώτους, καὶ τροπὴν ἔθεντο τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἐγίνετο δὲ ταῦτα καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐπὶ μικρὸν ἀνυόντων τῆς ὁδοῦ. καὶ λιμὸς ἥπτετο τοῦ στρα-

τοῦ

riores bono illum animo eſſe jubebant, hi excuſantes ſe, paratos oſtenderunt, ſive decimare ipſos, ſive alio modo ſtatueret punire: tantum rogaverunt, moleſtiam & mœrorem animi deponeret. Sub hæc manus ad cœlum tendens, Deos precatus eſt, Siqua priores fortunæ ſuæ ſerenitates divina invidia maneret, in ſe ut ea verteret, reliquo exercitui incolumitatem tribueret & victoriam.

Poſtero die agmine progreſſi ſunt melius ſepto, inferentibuſque ſe Parthis res oblata multum inopinata eſt. Nam qui pergere ad rapinam & prædam, non ad pugnam arbitrabantur, quum in multa tela incurrerent, valenteſque & recentes animis cernerent Romanos, rurſus obtorpuere. Ut vero deſcendentes ex declivibus tumulis adorti ſunt Romanos, & lento digredientes telis inſtituerunt figere, converſis ſignis legionarii levem armaturam texerunt armis ſuis, atque ipſi ſubmittentes in genu ſe objiciebant ſcuta ſua. Qui a tergo horum ſtabant, arma tenebant ſuper hos, ac ſuper illos pari modo alii. Ea figura tecto aſſimilis ſpeciem præbet viſu mirabilem, & munimentum eſt ad jacula arcenda, quo delabantur, denſiſſimum. At Parthi procumbentibus in genu Romanis, fatigationem & laſſitudinem eſſe arbitrantes, depoſuerunt arcus, haſtiſque arreptis comminus incurrerunt in eos. Ibi Romani ſublato clamore ſubito exilierunt, piliſque comminus ferientes trucidaverunt anteſignanos, ac cæteros verterunt omnes in fugam. Idem quum ageretur ſequentibus diebus, parum itineris perfecerunt, & tentavit fames ex-

τοῦ, σιτόντε βραχὺ διὰ μάχης ποριζομένου, καὶ τῶν πρὸς ἄλετον σκευῶν οὐκ εὐποροῦντος. τὰ γὰρ πολλὰ κατελείπετο, τῶν μὲν ἀποθνησκόντων ὑποζυγίων, τῶν δὲ τοὺς νοσοῦντας καὶ τραυματίας φερόντων. λέγεται δὲ χοῖνιξ Ἀττικὴ πυρῶν, πεντήκοντα δραχμῶν ὠνία γενέσθαι· τοὺς δὲ κριθίνους ἄρτους πρὸς ἀργύριον ἱστάντες ἀπεδίδοντο. τραπόμενοι δὲ πρὸς λάχανα καὶ ῥίζας, ὀλίγοις μὲν ἐνετύγχανον τῶν συνήθων, ἀναγκαζόμενοι δὲ πειρᾶσθαι καὶ τῶν ἀγεύστων πρότερον, ἥψαντο τινὸς πόας ἐπὶ θάνατον διὰ μανίας ἀγούσης. ὁ γὰρ φαγὼν οὐδὲν ἐμέμνητο τῶν ἄλλων, οὐδὲ ἐγίνωσκεν, ἓν δὲ ἔργον εἶχεν, κινεῖν καὶ στρέφειν πάντα λίθον, ὥς τι μεγάλης σπουδῆς ἄξιον διαπραττόμενος. ἦν δὲ μεστὸν τὸ πεδίον κεκυφότων χαμᾶζε, καὶ τοὺς λίθους περιορυττόντων καὶ μεθιστάντων· τέλος δὲ χολὴν ἐμοῦντες ἔθνησκον, ἐπεὶ καὶ τὸ μόνον ἀντιπαθὲς οἶνος ἐξέλιπε. φθειρομένων δὲ πολλῶν, καὶ τῶν Πάρθων οὐκ ἀφισταμένων, πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τὸν Ἀντώνιον ἱστοροῦσιν, Ὦ μύριοι, θαυμάζοντα τοὺς μετὰ Ξενοφῶντος, ὅτι καὶ πλείονα καταβαίνοντες ὁδὸν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας, καὶ πολλαπλασίοις μαχόμενοι πολεμίοις ἀπεσώθησαν.

Οἱ δὲ Πάρθοι, διαπλέξαι μὲν οὐ δυνάμενοι τὸν στρατὸν, οὐδὲ διασπάσαι τὴν τάξιν, ἤδη δὲ πολλάκις ἡττημένοι καὶ πεφευγότες, αὖθις εἰρηνικῶς ἀνεμίγνυντο τοῖς ἐπὶ χιλὸν ἢ σῖτον προερχομένοις, καὶ τῶν τόξων τὰς νευρὰς ἐπιδεικνύντες ἀνειμένας, ἔλεγον ὡς αὐτοὶ μὲν ἀπίασιν ὀπίσω, καὶ τοῦτο ποιοῦνται πέρας ἀμύνης, ὀλίγοι δὲ Μήδων ἀκολουθήσουσιν ἔτι μιᾶς ἢ δευτέ-

ρας

exercitum, quod parum frumentari, idque non sine certamine possent, & deficerentur ad molendum instrumentis. Magna enim ex parte relicta fuerant, jumentis partim mortuis, partim ægrotos & saucios ferentibus. Chœnicem autem tritici Atticam quinquaginta drachmis aiunt venisse. Panes hordeaceos ad argenti pondus distrahebant. Ad olera vero & radices quum verterunt se, pauca reperere familiaria. Coacti etiam insolita ante gustare, herbam attigerunt quæ adferebat per insaniam mortem. Qui eam sumpserat, nullius alterius rei meminerat vel notitiam habebat. Unum agebat ut omnem lapidem moveret & versaret, quasi rem efficeret magni momenti. Plenus igitur campus fuit humi inclinatorum lapidesque eruentium & transferentium. Postremo bilem vomentes emoriebantur, quando unicum remedium deficiebat, vinum. Quum exspirarent multi, nec Parthi abscederent, tradunt Antonium identidem exclamasse, O decem millia! admirantem Xenophontis copias: quod illi, quum longiore via ex Babylone recepissent se, atque cum hostibus dimicassent longe pluribus, evasissent incolumes.

Parthi autem, qui perrumpere agmen Romanorum non valebant, neque dissipare ordines, frequenter vero jam victi fuerant & pulsi, egerunt denuo pacate cum aquatoribus & frumentatoribus: ac nervos ostendentes arcuum suorum remissos, retro se abire dixerunt, & hunc finem facere eos consectandi; paucos Medos solum unius aut alterius adhuc dieì

ρας ὁδὸν ἡμέρας, οὐδὲν παρενοχλοῦντες, ἀλλὰ τὰς ἀπωτέρω κώμας φυλάττοντες. τούτοις τοῖς λόγοις ἀσπασμοί τε καὶ φιλοφροσύναι προσῆσαν· ὥστε πάνυ τοὺς Ῥωμαίους εὐθαρσεῖς γενέσθαι, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἀκούσαντα, τῶν πεδίων ἐφίεσθαι μᾶλλον, ἀνύδρου λεγομένης εἶναι τῆς διὰ τῶν ὀρῶν. οὕτω δὲ ποιεῖν μέλλοντος, ἧκεν ἀνὴρ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐκ τῶν πολεμίων, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀνεψιὸς Μοναίσου τοῦ παρ' Ἀντωνίῳ γενομένου, καὶ τὰς τρεῖς πόλεις δωρεὰν λαβόντος. ἠξίου δὲ αὐτῷ προσελθεῖν τινα τῶν Παρθιστὶ διαλεχθῆναι δυναμένων, ἢ Συριστί. καὶ προσελθόντος Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀντιοχέως, ὃς ἦν Ἀντωνίῳ συνήθης, ὑπειπὼν ὃς εἴη, καὶ Μοναίσῃ τὴν χάριν ἀνάπτων, ἠρώτησε τὸν Ἀλέξανδρον εἰ λόφους συνεχεῖς καὶ ὑψηλοὺς ὁρᾷ πρόσωθεν. φήσαντος δὲ ὁρᾶν, Ὑπ' ἐκείνοις, ἔφη, πανστρατιᾷ Πάρθοι λοχῶσιν ὑμᾶς. τὰ γὰρ μεγάλα πεδία τῶν λόφων τούτων ἐξήρτηται, καὶ προσδοκῶσιν ὑμᾶς ἐξηπατημένους ὑπ' αὐτῶν ἐνταῦθα τρέψεσθαι, τὴν διὰ τῶν ὀρῶν ἀπολείποντας. ἐκείνη μὲν οὖν ἔχει δίψος ὑμῖν συνήθη καὶ πόνον· ταύτῃ δὲ χωρῶν Ἀντώνιος ἴσω τὰς Κράσσου τύχας αὐτὸν ἐκδεχομένας.

Ὁ μὲν οὕτω φράσας ἀπῆλθεν· Ἀντώνιος δὲ ἀκούσας, καὶ διαταραχθεὶς, συνεκάλει τοὺς φίλους, καὶ τὸν ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ, Μάρδον, οὐδὲ αὐτὸν ἄλλως φρονοῦντα. καὶ γὰρ ἄνευ πολεμίων, ἐγίνωσκε τὰς διὰ τῶν πεδίων ἀνοδίας καὶ πλάνας χαλεπὰς καὶ δυστεκμάρτους οὔσας· τὴν δὲ τραχεῖαν ἀπέφαινεν οὐδὲν ἄλλο δυσχερὲς ἢ μιᾶς ἡμέρας ἀνυδρείαν ἔχουσαν. οὕτω δὴ τραπόμενος, ταύτην ἦγε νυκτὸς, ὕδωρ ἐπιφέρεσθαι κελεύσας. ἀγγείων δὲ ἦν ἀπορία τοῖς πολ-

diei iter sequuturos: sed nihil ipsos fatigaturos, tantum protecturos remotiores vicos. His dictis salutationes & benevolentiæ demonstrationem adjunxerunt: unde perquam alacres redditi sunt Romani, atque Antonius eo nuntiato campestria potius cupivit petere, quod via montana diceretur arida esse. Quum in eo esset ut id exequeretur, venit quidam ex castris hostium, Mithridates nomine, consobrinus Monæsis illius qui ad Antonium confugerat, & tria illa oppida acceperat dono. Hic petiit ut aliquis secum colloqueretur qui linguam Parthicam aut Syriacam calleret. Congresso cum eo Alexandro Antiochensi, cui familiaritas intercedebat cum Antonio, indicans qui esset, & Monæsi hoc beneficium tribuens, rogavit Alexandrum videretne procul ex adverso colles contiguos & excelsos. Sub illis, inquit, struunt vobis Parthi cum omnibus copiis insidias. Quippe subjacent his collibus spatiosi campi, & delusos ab ipsis vos exspectant illuc deflexuros relicta via montana. Habet hæc quidem vobis consuetam sitim & laborem: at illac si pergat Antonius, scito Crassi eum manere fortunam.

Hæc ille fatus, abscessit. Quibus nuntiatis convocavit Antonius amicos, & ducem viæ Mardum, qui ejusdem erat sententiæ. Etenim nosse ostendit se vel sine hostibus iter invium per planiciem esse & flexus longos habere atque inventu difficiles. Alteram asperam docuit nihil tædii præter unius diei sitim habere. Mutata igitur sententia, nocte hac via duxit, jussitque aquam quemque secum ferre: sed deficiebantur

πολλοῖς· διὸ καὶ τὰ κράνη πιμπλάντες ὕδατος ἐκόμιζον, οἱ δὲ διφθέρας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη δὲ προχωρῶν ἀγγέλλεται τοῖς Πάρθοις· καὶ παρὰ τὸ εἰωθὸς ἔτι νυκτὸς ἐδίωκον. ἡλίου δὲ ἀνίσχοντος ἥπτοντο τῶν ἐσχάτων, ἀγρυπνίᾳ καὶ πόνῳ κακῶς διακειμένων. τεσσαράκοντα γὰρ καὶ διακοσίους ἐν τῇ νυκτὶ σταδίους κατηνύκεισαν· καὶ τὸ μὴ προσδοκῶσιν οὕτω ταχέως ἐπελθεῖν τοὺς πολεμίους, ἀθυμίαν παρεῖχε. καὶ τὸ δίψος ἐπέτεινεν ὁ ἀγών· ἀμυνόμενοι γὰρ ἅμα προῆγον. οἱ δὲ πρῶτοι βαδίζοντες ἐντυγχάνουσι ποταμῷ ψυχρὸν μὲν ἔχοντι καὶ διαυγὲς, ἁλμυρὸν δὲ καὶ φαρμακῶδες ὕδωρ, ὃ πόθεν, εὐθὺς ὀδύνας ἑλκομένης τῆς κοιλίας καὶ τοῦ δίψους ἀναφλεγομένου παρεῖχε. καὶ ταῦτα τοῦ Μάρδου προλέγοντος, οὐδὲν ἧττον ἐκβιαζόμενοι τοὺς ἀνείργοντας ἔπινον. Ἀντώνιος δὲ περιιὼν ἐδεῖτο βραχὺν ἐγκαρτερῆσαι χρόνον· ἕτερον γὰρ οὐ πόῤῥω ποταμὸν εἶναι πότιμον· εἶτα τὴν λοιπὴν, ἄφιππον καὶ τραχεῖαν, ὥστε παντάπασιν ἀποτρέψαι τοὺς πολεμίους. ἅμα δὲ καὶ τοὺς μαχομένους ἀνεκαλεῖτο, καὶ κατάζευξιν ἐσήμαινεν, ὡς σκιᾶς γοῦν μεταλάβοιεν οἱ στρατιῶται.

Πηγνυμένων οὖν τῶν σκηνῶν, καὶ τῶν Πάρθων εὐθὺς, ὥσπερ εἰώθεισαν, ἀπαλλαττομένων, ἧκεν αὖθις ὁ Μιθριδάτης, καὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου προσελθόντος παρῄνει μικρὸν ἡσυχάσαντα τὸν στρατὸν ἀνιστάναι καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς οὐ διαβησομένων Πάρθων, ἄχρι δὲ ἐκείνου διωξόντων. ταῦτα ἀπαγγείλας πρὸς Ἀντώνιον Ἀλέξανδρος, ἐκφέρει παρ' αὐτοῦ χρυσᾶ ποτήρια πάμπολλα, καὶ φιάλας, ὧν ἐκεῖνος ὅσα τῇ ἐσθῆτι κατακρύψαι δυνα-

ciebantur multi vasis. Ita galeas aqua impletas portarunt, pars utres impleverunt. Jam progredi Antonium nuntii venerunt Parthis, qui præter morem etiam sunt nocte eum insectati. Orto sole novissimum agmen cœperunt carpere vigiliis & labore confectum: quandoquidem quadraginta & ducenta stadia fuerant ea nocte emensi; & incursus hostium tam subitus nec opinantes perculit, sitimque augebat certamen: simul enim inter progrediendum pugnabant ad repellendum hostem. Primum agmen pervenit ad amnem, cujus erat gelidus & limpidus liquor, sed salsus medicatusque: qui haustus mox alvo concitata & inflammata siti excitabat dolores. Quod quamvis præmoneret Mardus, nihilominus repulsis qui prohiberent, potaverunt. Orabat Antonius circumcursitans, paulisper ut sustinerent. Alterum enim ostendit non procul potabilem fluvium abesse, inde reliquam inequitabilem & confragosam viam, ut nequaquam sequi ultra possit hostis. Simul prœliantibus receptui cani jussit, signumque dedit metandis castris, quo saltem umbra potirentur milites.

Dum tentoria statuuntur, & Parthi protinus pro consuetudine sua recedunt, venit iterum Mithridates: ad quem progresso Alexandro, monuit ut quum paulisper dedisset se exercitus quieti, surgeret, & properaret ad amnem; non trajecturos eum Parthos, sed eatenus insequuturos. Hæc ubi ad Antonium retulit Alexander, tradita sunt ei ab Antonio pocula permulta aurea & phialæ, ex quibus Mithridates quantum occulere veste poterat, accepit,

δυνατὸς ἦν, λαβὼν ἀπήλαυνεν. ἔτι δ' ἡμέρας οὔσης ἀναζεύξαντος, ἐπορεύοντο, τῶν πολεμίων οὐ παρενοχλούντων· αὐτοὶ δ' ἑαυτοῖς νύκτα χαλεπωτάτην πασῶν ἐκείνην καὶ φοβερωτάτην ἀπεργασάμενοι. τοὺς γὰρ ἔχοντας ἀργύριον ἢ χρυσίον ἀποκτιννύντες ἐσύλων, καὶ τὰ χρήματα τῶν ὑποζυγίων ἀφήρπαζον· τέλος δὲ, τοῖς Ἀντωνίου σκευοφόροις ἐπιχειρήσαντες, ἐκπώματα καὶ τραπέζας πολυτελεῖς κατέκοπτον καὶ διενέμοντο. θορύβου δὲ πολλοῦ καὶ πλάνου τὸ στράτευμα πᾶν ἐπέχοντος (ᾤοντο γὰρ ἐπιπεπτωκότων τῶν πολεμίων τροπὴν γεγονέναι καὶ διασπασμὸν) Ἀντώνιος ἕνα καλέσας τῶν δορυφορούντων αὐτὸν ἀπελευθέρων, ὄνομα Ῥάμνον, ὥρκωσεν, ὅταν κελεύσῃ, τὸ ξίφος αὐτοῦ διεῖναι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, ὡς μήτε ἁλῴη ζῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων, μήτε γνωσθείη τεθνηκώς. ἐκδακρυσάντων δὲ τῶν φίλων, ὁ Μάρδος ἐθάρρυνε τὸν Ἀντώνιον, ὡς ἐγγὺς ὄντος τοῦ ποταμοῦ· καὶ γὰρ αὔρα τις ἀπορρέουσα νοτερὰ, καὶ ψυχρότερος ἀὴρ ἀπαντῶν ἡδίω τὴν ἀναπνοὴν ἐποίει, καὶ τὸν χρόνον ἔφη τῆς πορείας οὕτω συμπεραίνειν τὸ μέτρον. οὐκέτι γὰρ ἦν πολὺ τὸ λειπόμενον τῆς νυκτός. ἅμα δ' ἀπήγγελλον ἕτεροι τὸν θόρυβον ἐκ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀδικίας καὶ πλεονεξίας εἶναι. διὸ καὶ καταστῆσαι τὸ πλῆθος εἰς τάξιν ἐκ τῆς πλάνης καὶ τοῦ διασπασμοῦ βουλόμενος, ἐκέλευσε σημαίνειν καταζεύξειν.

Ἤδη δ' ὑπέλαμπεν ἡμέρα, καὶ τοῦ στρατοῦ κόσμον ἀρχομένου τινὰ λαμβάνειν καὶ ἡσυχίαν, προσέπιπτε τοῖς τελευταίοις τὰ τῶν Πάρθων τοξεύματα, καὶ μάχης σημεῖον ἐδόθη τοῖς ψιλοῖς. οἱ δ' ὁπλῖται πάλιν ὁμοίως κατ-

ερέ-

cepit, inde digressus est. Luce adhuc castra movente Antonio perrexerunt, nihil negotii facessentibus hostibus: verum noctem sibimet ipsi omnium illam effecerunt laboriosissimam & terribilissimam. Nam eos qui aurum vel argentum haberent, interficiebant spoliabantque, & pecuniam, quæ jumentis portabatur, diripiebant. Postremo impedimenta Antonii adorti, pateras & mensas pretiosas dissecabant partiebanturque. Ingenti tumultu & errore universum occupante exercitum (incursu enim hostili fugam fieri & divulsionem ordinum arbitrabantur) accitum Antonius unum ex libertis suis qui eum stipabant, Rhamnum nomine, adegit jurejurando, ut ubi præcepisset, confoderet se gladio, caputque detruncaret, ne veniret vivus in hostium potestatem, neque cognosceretur mortuus. Effusis in lacrymas amicis ejus, allevavit Mardus Antonium, prope esse docens fluvium (quippe aura inde emanans liquidior, atque gelidior aer afflans, lætiorem reddebat spirationem) & itineris tempore ita ostendit finiri spatium: neque enim multum noctis restabat. Simul alii turbam nuntiarunt ex propria injuria & avaritia militum natam. Itaque ut componeret agmen confusum & divulsum, signum dari castris metandis imperavit.

Jam illucescebat dies, & quum cœpisset aliquatenus componi exercitus & sedari tumultus, postremum agmen infestarunt tela Parthorum. Itaque signum pugnæ levi armaturæ est datum. Gravis armatura scutis itidem

dem

ἐρέψαντες ἀλλήλους τοῖς θυρεοῖς, ὑπέμενον τοὺς βάλλοντας, ἐγγὺς οὐ τολμῶντας συνελθεῖν. ὑπαγόντων δὲ κατὰ μικρὸν οὕτως τῶν πρώτων, ὁ ποταμὸς ἐφάνη· καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐπ᾽ αὐτοῦ παρατάξας Ἀντώνιος ἐναντίους τοῖς πολεμίοις, διεβίβαζε τοὺς ἀσθενεῖς πρώτους. ἤδη δὲ καὶ τοῖς μαχομένοις ἄδεια καὶ ῥαστώνη τοῦ πιεῖν ἦν. ὡς γὰρ εἶδον οἱ Πάρθοι τὸν ποταμὸν, τάς τε νευρὰς ἀνῆκαν, καὶ θαῤῥοῦντας ἐκέλευον διαπερᾶν τοὺς Ῥωμαίους, πολλὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ἐγκωμιάζοντες. διαβάντες οὖν καθ᾽ ἡσυχίαν, αὐτοὺς ἀνελάμβανον, εἶτα ὥδευον, οὐ πάνυ τοῖς Πάρθοις πιστεύοντες. ἕκτῃ δὲ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τελευταίαν μάχην ἐπὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ἧκον, ὁρίζοντα Μήδειαν καὶ Ἀρμενίαν. ἐφάνη δὲ καὶ βάθει καὶ τραχύτητι χαλεπός· καὶ λόγος διῆλθεν, ἐνεδρεύοντας αὐτόθι τοὺς πολεμίους ἐπιθήσεσθαι διαβαίνουσιν αὐτοῖς. ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς διαπεράσαντες, ἐπέβησαν τῆς Ἀρμενίας, ὥσπερ ἄρτι γῆν ἐκείνην ἰδόντες ἐκ πελάγους, προσεκύνουν, καὶ πρὸς δάκρυα καὶ περιβολὰς ἀλλήλων ὑπὸ χαρᾶς ἐτράποντο. προϊόντες δὲ διὰ χώρας εὐδαίμονος, καὶ χρώμενοι πᾶσιν ἀναίδην ἐκ πολλῆς ἀπορίας, ὑδερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς περιέπιπτον ἀῤῥωστήμασιν.

Ἐνταῦθα ποιησάμενος ἐξέτασιν αὐτῶν Ἀντώνιος, εὗρε δισμυρίους πεζοὺς καὶ τετρακισχιλίους ἱππεῖς ἀπολωλότας, οὐ πάντας ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἡμίσεις νοσήσαντας. ὥδευσαν μὲν οὖν ἀπὸ Φραάτων ἡμέρας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, μάχαις δὲ ὀκτὼ καὶ δέκα Πάρθους ἐνίκησαν, αἱ δὲ νῖκαι κράτος οὐκ εἶχον, οὐδὲ βεβαιότητα, μικρὰς ποιουμένων καὶ ἀτελεῖς τὰς διώξεις.

ὃ

dem sese mutuo contegens, jacula excepit. Parthi vero non audebant propius gradum admovere. Ita principiis paulatim progredientibus, flumen in conspectu fuit: atque ubi instruxit in ripa adversus hostes equitatum, primos Antonius infirmos transportavit. Jam prœliantes quoque secure & quiete potare poterant: ut enim conspexere Parthi flumen, arcus remiserunt, dixeruntque Romanis ut transmitterent audacter, in cœlum virtutem eorum efferentes. Igitur trajecto tranquille fluvio, refecerunt se: inde processerunt haudquaquam Parthis fidentes. Sexto a novissimo prœlio die pervenerunt ad Araxem amnem, quo Media & Armenia disterminantur. Hic altitudine & violentia difficilis visus trajectu, increbruitque rumor subsidere ibi in insidiis hostes, ut transeuntes aggrederentur. Postquam tuto traducti Armeniam iniere, ut si tunc terram illam ex pelago conspexissent, adoraverunt eam, atque in lacrymas se & mutuos complexus præ gaudio effudere. Quia vero iter faciebant per affluentem regionem, utebanturque omnibus post magnam inopiam effuse, evaserunt hydropici & cœliaci.

Ibi recensito Antonius exercitu desideravit viginti millia peditum & quatuor equitum: qui non interierunt vi omnes hostili, sed supra dimidium ejus morbo. A Phraatis viginti septem diebus iter fecerunt, & Parthos prœliis octodecim fudere. Cæterum non fuerunt victoriæ hæ integræ vel solidæ, quod parum neque usquequaque insectati hostes fuissent.

Qua

ᾧ καὶ μάλιστα κατάδηλος ἦν Ἀρταουάσδης ὁ Ἀρμένιος Ἀντώνιον ἐκείνου τοῦ πολέμου τὸ τέλος ἀφελόμενος. εἰ γὰρ οὓς ἀπήγαγεν ἐκ Μηδείας ἱππεῖς ἑξακισχιλίους καὶ μυρίους, παρῆσαν ἐσκευασμένοι παραπλησίως Πάρθοις, καὶ συνήθεις μάχεσθαι πρὸς αὐτοὺς, Ῥωμαίων μὲν τοὺς μαχομένους τρεπομένων, ἐκείνων δὲ τοὺς φεύγοντας αἱρούντων, οὐκ ἂν ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἡττωμένοις ἀναφέρειν καὶ ἀνατολμᾶν τοσαυτάκις. ἅπαντες οὖν ὀργῇ παρώξυνον ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τοῦ Ἀρμενίου τὸν Ἀντώνιον. ὁ δὲ λογισμῷ χρησάμενος, οὔτε ἐμέμψατο τὴν προδοσίαν, οὔτε ἀφεῖλε τῆς συνήθους φιλοφροσύνης καὶ τιμῆς πρὸς αὐτὸν, ἀσθενὴς τῷ στρατῷ καὶ ἄπορος γεγονώς. ὕστερον μέντοι πάλιν ἐμβαλὼν εἰς Ἀρμενίαν, καὶ πολλαῖς ὑποσχέσεσι καὶ προκλήσεσι πείσας αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς χεῖρας, συνέλαβε, καὶ δέσμιον καταγαγὼν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐθριάμβευσεν. ᾧ μάλιστα Ῥωμαίους ἐλύπησεν, ὡς τὰ καλὰ καὶ σεμνὰ τῆς πατρίδος Αἰγυπτίοις διὰ Κλεοπάτραν χαριζόμενος. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐπράχθη.

Τότε δὲ διὰ πολλοῦ χειμῶνος ἤδη καὶ νιφετῶν ἀπαύστων ἐπειγόμενος, ὀκτακισχιλίους ἀπέβαλε καθ᾽ ὁδόν. αὐτὸς δὲ καταβὰς ὀλιγοστὸς ἐπὶ θάλασσαν, ἐν χωρίῳ τινὶ μεταξὺ Βηρυτοῦ κειμένῳ καὶ Σιδῶνος, Λευκὴ κώμη καλεῖται, Κλεοπάτραν περιέμενε· καὶ βραδυνούσης ἀδημονῶν ἤλυε, ταχὺ μὲν εἰς τὸ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι διδοὺς ἑαυτόν, οὐ καρτερῶν δὲ κατακείμενος, ἀλλὰ μεταξὺ πινόντων ἀνιστάμενος καὶ ἀναπηδῶν πολλάκις, ἐπισκοπεῖν· ἕως ἐκείνη κατέπλευσεν, ἐσθῆτα πολλὴν καὶ χρήματα κομίζουσα τοῖς στρατιώταις

Qua maxime re constitit Armenium Artavasdem illius belli Antonium effectu fraudasse. Nam si quos ex Media abduxit, equitum sex & decem millia, adfuissent, pariter ac Parthi instructi, ac cum illis assueti pugnare, Romanis pugnantes pellentibus, illis in fugam effusos persequentibus, haud valuissent toties recolligere se profligati & denuo repetere pugnam. Quare Antonium omnes infesti ad vindicandum in Armenium concitabant. At ille consilio usus, neque proditionem exprobravit ei, neque de consueta in eum comitate & honore quicquam, quod infirmus ab exercitu & omnium rerum esset indigus, detraxit. Post tamen iterum Armeniam ingressus, multis pollicitationibus & invitationibus induxit Artavasdem ad congressum: ac tunc comprehendit eum, vinctumque deduxit Alexandriam, ubi de eo triumphavit. Qua potissimum re populum Romanum offendit, quod prima patriæ ornamenta in gratiam Cleopatræ deferret Ægyptiis. Cæterum hæc postmodum consequuta sunt.

Tunc vero per gravem jam hyemem & perpetuas nives citatum rapiens agmen, octo millia militum in via amisit. Paucis ipse comitatus descendit ad mare, atque in castello quodam inter Berytum Sidonemque posito (Leuce come appellatur) substitit, ut Cleopatram operiretur: cujus anxius mora languebat. Itaque conjecit se statim in vinum & crapulam: intolerans tamen tractus convivii exsurgebat inter pocula, ac crebro exiliens speculabatur, quoad illa est in portum delata. Tulit ea militibus magnam vim vestium

τιώταις. εἰσὶ δ' οἱ λέγοντες ὅτι τὴν μὲν ἐσθῆτα παρ' ἐκείνης λαβὼν, τὸ δ' ἀργύριον ἐκ τῶν ἰδίων διένειμεν, ὡς ἐκείνης διδούσης.

Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν Μήδων γίνεται διαφορὰ πρὸς Φραόρτην τὸν Μῆδον ἀρξαμένη μὲν, ὥς φασιν, ὑπὲρ τῶν Ῥωμαϊκῶν λαφύρων, ὑπόνοιαν δὲ τῷ Μήδῳ καὶ φόβον ἀφαιρέσεως τῆς ἀρχῆς παρασχοῦσα. διὸ καὶ πέμπων ἐκάλει τὸν Ἀντώνιον, ἐπαγγελλόμενος συμπολεμήσειν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως. γενόμενος οὖν ἐπ' ἐλπίδος μεγάλης ὁ Ἀντώνιος (ᾧ γὰρ ἐδόκει μόνῳ τοῦ κατεργάσασθαι Πάρθους ἀπολιπεῖν, ἱππέων πολλῶν καὶ τοξοτῶν ἐνδεὴς ἐλθὼν, τοῦτο ἑώρα προσγινόμενον αὐτῷ, χαριζομένῳ μᾶλλον ἢ δεομένῳ) παρεσκευάζετο δι' Ἀρμενίας αὖθις ἀναβαίνειν, καὶ συγγινόμενος τῷ Μήδῳ περὶ ποταμὸν Ἀράξην, οὕτω κινεῖν τὸν πόλεμον.

Ἐν δὲ Ῥώμῃ βουλομένης Ὀκταβίας πλεῦσαι πρὸς Ἀντώνιον, ἐπέτρεψε Καῖσαρ, ὡς οἱ πλείους λέγουσιν, οὐκ ἐκείνῃ χαριζόμενος, ἀλλ' ὅπως περιυβρισθεῖσα καὶ καταμεληθεῖσα, πρὸς τὸν πόλεμον αἰτίαν εὐπρεπῆ παράσχοι. γενομένη δὲ ἐν Ἀθήναις ἐδέξατο γράμματα παρὰ Ἀντωνίου κελεύοντος αὐτόθι προσμένειν, καὶ τὰ περὶ τὴν ἀνάβασιν δηλοῦντος. ἡ δὲ, καίπερ ἀχθομένη, καὶ νοοῦσα τὴν πρόφασιν, ὅμως ἔγραψε πυνθανομένη ποῦ κελεύει πεμφθῆναι τὰ κομιζόμενα πρὸς αὐτόν. ἐκόμιζε δὲ πολλὴν μὲν ἐσθῆτα στρατιωτικὴν, πολλὰ δὲ ὑποζύγια καὶ χρήματα, καὶ δῶρα τοῖς περὶ αὐτὸν ἡγεμόσι καὶ φίλοις· ἐκτὸς δὲ τούτων, ἐπιλέκτους στρατιώτας δισχιλίους, εἰς στρατηγικὰς σπείρας κεκοσμημένους ἐκπρεπέσι πανοπλίαις. ταῦτα Νίγερ τις Ἀν-

vestium & pecuniam. Sunt qui dictitant vestem Antonium ab illa sumptam, & pecuniam de suo, ut si illa dedisset, divisisse.

Jam regi Medorum dissensio cum Partho Phraorte intercessit: exorsa quidem, ut fama est, ex præda Romana, sed quæ in suspicionem Medum, & motum, ne regno spoliaretur, adduxit. Unde Antonium per legatos accersivit, eique auxilium ostendit copiarum suarum. Antonius igitur magna inflatus spe (nam quæ una res ad debellandos Parthos videbatur ei defuisse, quod minus ab equitatu & sagittariis firmus venisset, eam accedere sibi putabat, danti magis quam accipienti beneficium) paravit iterum per Armeniam pergere, conventoque ad Araxem amnem Modo, tum bellum movere.

Interea Romæ instituenti ad Antonium navigare Octaviæ annuit Cæsar, non, ut plerique tradunt, quo illi indulgeret; verum quo contumelia affecta despectaque colorem præberet bello movendo honestum. Ut venit Athenas, literæ redditæ ei ab Antonio sunt, quibus mandavit ibi ut præstolaretur, significans ei expeditionem suam. Illa quanquam id ægre tulit, & odorata est prætextum, quæsivit per literas tamen quo mitti vellet quæ attulerat ei. Attulerat autem multam vestem militarem, magnum numerum jumentorum, pecuniæ, & munerum ducibus amicisque ejus; insuper duo millia delectorum militum in cohortes prætorias insignibus armis exornatorum. Hæc Niger quidam

Ἀντωνίου φίλος ἀποσταλεὶς παρ' αὐτῆς ἔφραζε, καὶ προσετίθει τοὺς ἀξίους καὶ πρέποντας ἐπαίνους. αἰσθομένη δὲ ἡ Κλεοπάτρα τὴν Ὀκταβίαν ὁμόσε χωροῦσαν αὐτῇ, καὶ φοβηθεῖσα μὴ τοῦ τρόπου τῇ σεμνότητι καὶ τῇ Καίσαρος δυνάμει προσκτησαμένη τὸ καθ' ἡδονὴν ὁμιλεῖν καὶ θεραπεύειν Ἀντώνιον, ἄμαχος γένηται, καὶ κρατήσῃ παντάπασι τοῦ ἀνδρὸς, ἐρᾶν αὐτὴ προσεποιεῖτο τοῦ Ἀντωνίου, καὶ τὸ σῶμα λεπταῖς καθῄρει διαίταις· τὸ δὲ βλέμμα προσιόντος ἐκπεπληγμένον, ἀπερχομένου δὲ τηκόμενον καὶ ταπεινούμενον ὑπεφαίνετο. πραγματευομένη δὲ πολλάκις ὀφθῆναι δακρύουσα, ταχὺ τὰ δάκρυα ἀφῄρει καὶ ἀπέκρυπτεν, ὡς δὴ βουλομένη λανθάνειν ἐκεῖνον. ἐπράττετο δὲ ταῦτα μέλλοντος τοῦ ἀνδρὸς ἐκ Συρίας ἀναβαίνειν πρὸς τὸν Μῆδον. οἱ δὲ κόλακες σπουδάζοντες ὑπὲρ αὐτῆς, ἐλοιδόρουν τὸν Ἀντώνιον, ὡς σκληρὸν καὶ ἀπαθῆ καὶ περιαπολλύντα τὸ γύναιον, εἰς ἕνα καὶ μόνον ἐκεῖνον ἀνηρτημένον. Ὀκταβίαν μὲν γὰρ πραγμάτων ἕνεκα διὰ τὸν ἀδελφὸν συνελθεῖν, καὶ τὸ τῆς γαμετῆς ὄνομα καρποῦσθαι· Κλεοπάτραν δὲ, τοσούτων ἀνθρώπων βασιλεύουσαν, ἐρωμένην Ἀντωνίου καλεῖσθαι, καὶ τοὔνομα τοῦτο μὴ φεύγειν μηδ' ἀπαξιοῦν ἕως ὁρᾶν ἐκεῖνον ἔξεστι καὶ συζῆν· ἀπελαυνομένην δὲ τούτου μὴ περιβιώσεσθαι. τέλος δ' οὖν οὕτω τὸν ἄνθρωπον ἐξέτηξαν καὶ ἀπεθήλυναν, ὥστε δείσαντα μὴ Κλεοπάτρα προῆται τὸν βίον, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν, τὸν δὲ Μῆδον εἰς ὥραν ἔτους ἀναβαλέσθαι, καίπερ ἐν στάσει τῶν Παρθικῶν εἶναι λεγομένων. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτον ἀναβὰς αὖθις εἰς φιλίαν προσηγάγετο, καὶ λαβὼν ἑνὶ τῶν ἐκ Κλεοπάτρας υἱῶν γυναῖκα, μίαν αὐτοῦ τῶν θυγατέρων, ἔτι μικρὰν οὖσαν

dam Antonii amicus ab Octavia missus exposuit ei. Addidit meritas & convenientes laudes. At Cleopatra conferre secum pedem animadvertens Octaviam, veritaque ne cum gravitate morum & Cæsaris potentia placidam adjungens consuetudinem, & Antonii observantiam, insuperabilis esset, & penitus potiretur viro; deperire simulabat se Antonii amore, ac corpus tenui victu deducebat. Obtutus oculorum ejus adeunte illo obstupefactus, marcescens abeunte & dejectus simulabatur. Moliebatur subinde videri lacrymare, lacrymas vero quasi illum falsura cito detergebat & occultabat. Hæc agebantur parante illo profectionem ad Medum. Inservientes autem assentatores Cleopatræ increpabant Antonium, ut durum & ferreum, qui immerito perderet fœminam ex illo pendentem uno & solo. Octaviam enim rebus postulantibus fratris gratia junctam ei fuisse & nomine frui uxoris: Cleopatram vero, tam multorum reginam mortalium, pellicem Antonii nominari; neque eam hoc defugere vel dedignari nomen, quoad aspicere illum & una liceat vivere: quo si orbaretur, non ducturam ultra spiritum. In tantum denique molliverunt & effœminarunt hominem, ut verens ne mortem sibi conscisceret Cleopatra, Alexandriam regrederetur, Medumque in æstatis horam, quamvis nuntiarentur res Parthorum agitari seditione, rejiceret. Veruntamen rursus eo profectus adjunxit sibi hujus amicitiam, desponsaque uni ex Cleopatræ filiis una illius filiarum, admodum par-

οὖσαν, ἐγγυήσας ἐπανῆλθεν, ἤδη πρὸς τὸν ἐμφύλιον πόλεμον τετραμμένος.

Ὀκταβίαν δὲ Καῖσαρ ὑβρίσθαι δοκοῦσαν, ὡς ἐπανῆλθεν ἐξ Ἀθηνῶν, ἐκέλευσε καθ' ἑαυτὴν οἰκεῖν. ἡ δὲ οὐκ ἔφη τὸν οἶκον ἀπολείψειν τοῦ ἀνδρός· ἀλλὰ κἀκεῖνον αὐτὸν, εἰ μὴ δι' ἑτέρας αἰτίας ἔγνωκε πολεμεῖν Ἀντωνίῳ, παρεκάλει τὰ καθ' ἑαυτὴν ἐᾶν· ὡς οὐδὲ ἀκοῦσαι καλὸν, εἰ τῶν μεγίστων αὐτοκρατόρων ὁ μὲν δι' ἔρωτα γυναικὸς, ὁ δὲ διὰ ζηλοτυπίαν εἰς ἐμφύλιον πόλεμον Ῥωμαίους κατέστησε. ταῦτα δὲ λέγουσα, μᾶλλον ἐβεβαίου δι' ἔργων. καὶ γὰρ ᾤκει τὴν οἰκίαν, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος ἐκείνου, καὶ τῶν τέκνων οὐ μόνον τῶν ἐξ ἑαυτῆς ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ Φουλβίας γεγονότων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐπεμελεῖτο· καὶ τοὺς πεμπομένους ἐπὶ ἀρχάς τινας ἢ πράγματα τῶν Ἀντωνίου φίλων ὑποδεχομένη, συνέπραττεν ὧν παρὰ Καίσαρος δεηθεῖεν. ἄκουσα δὲ ἔβλαπτε διὰ τούτων Ἀντώνιον. ἐμισεῖτο γὰρ ἀδικῶν γυναῖκα τοιαύτην· ἐμισήθη δὲ καὶ διὰ τὴν διανέμησιν ἣν ἐποιήσατο τοῖς τέκνοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τραγικὴν καὶ ὑπερήφανον καὶ μισορώμαιον φανεῖσαν. ἐμπλήσας γὰρ ὄχλου τὸ γυμνάσιον, καὶ θέμενος ἐπὶ βήματος ἀργυροῦ δύο θρόνους χρυσοῦς, τὸν μὲν ἑαυτῷ, τὸν δὲ Κλεοπάτρᾳ, καὶ τοῖς παισὶν ἑτέρους ταπεινοτέρους· πρώτην μὲν ἀπέφηνε Κλεοπάτραν βασίλισσαν Αἰγύπτου καὶ Κύπρου, καὶ Λιβύης, καὶ κοίλης Συρίας, συμβασιλεύοντος αὐτῇ Καισαρίωνος, ὃς ἐκ Καίσαρος ἐδόκει τοῦ προτέρου γεγονέναι Κλεοπάτραν ἔγκυον καταλιπόντος. δεύτερον δὲ, τοὺς ἐξ αὐτοῦ καὶ Κλεοπάτρας υἱοὺς, βασιλεῖς βασιλέων ἀναγορεύσας,

parvula, reversus est, bello civili jam intentus.

Porro Octaviam, quæ ludibrio haberi est visa, ut redux ex Athenis fuit, in aliam domum per se habitaturam migrare jussit Cæsar. Sed negavit illa domum se viri relicturam. Oravit etiam eum, nisi aliis de causis sumere in Antonium decrevisset arma, ne moveretur rebus suis: nam & infame auditu fore, summorum imperatorum alterum ob mulieris amorem, ob æmulationem alterum bello civili populum Romanum implicuisse. Dicta rebus ipsis magis confirmavit: nam domi illius, ut si præsens sit, habitavit, & liberorum ejus non modo ex se, sed ex Fulvia quoque editorum, honestam & magnificam curam egit. Amicos item Antonii, qui ad honores petendos vel negotiorum causa mittebantur, excepit, fuitque iis præsto ad impetranda a Cæsare quæ postulabant. Enimvero hisce rebus offecit invita Antonio. Invidia namque flagrabat, quod talem fœminam violaret, nec minus ex partitione quam filiis suis Alexandriæ fecerat, quæ tragica, insolens, & nomini Romano habita est infesta. Congregata enim in gymnasium plebe, positisque pro tribunali argenteo soliis duobus aureis, sibi uno, altero Cleopatræ, & filiis, humilioribus aliis; primum reginam appellavit Cleopatram Ægypti, Cypri, Africæ, & Cœlesyriæ, collega regni Cæsarione, qui ex Cæsare dictatore gravidam relinquente Cleopatram existimabatur editus. Deinde suos & Cleopatræ filios reges regum appellavit,

ρώσας, Ἀλεξάνδρῳ μὲν Ἀρμενίαν ἀπένειμε καὶ Μηδίαν, καὶ τὰ Πάρθων, ὅταν ὑπαγάγηται· Πτολεμαίῳ δὲ, Φοινίκην καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν· ἅμα δὲ καὶ προήγαγε τῶν παίδων Ἀλέξανδρον μὲν ἐσθῆτι Μηδικῇ, τιάραν καὶ κίταριν ὀρθὴν ἐχούσῃ, Πτολεμαῖον δὲ κρηπῖσι καὶ χλαμύδι καὶ καυσίᾳ διαδηματοφόρῳ κεκοσμημένον. αὕτη γὰρ ἦν σκευὴ τῶν ἀπ' Ἀλεξάνδρου βασιλέων, ἐκείνη δὲ, Μήδων καὶ Ἀρμενίων. ἀσπασαμένων δὲ τῶν παίδων τοὺς γονεῖς, τὸν μὲν Ἀρμενίων φυλακὴ περιΐστατο, τὸν δὲ Μακεδόνων. Κλεοπάτρα μὲν γὰρ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον εἰς πλῆθος ἐξιοῦσα, στολὴν ἑτέραν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε, καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε.

Ταῦτα δὲ εἰς σύγκλητον ἐκφέρων Καῖσαρ καὶ πολλάκις ἐν τῷ δήμῳ κατηγορῶν, παρώξυνε τὸ πλῆθος ἐπ' Ἀντώνιον. ἔπεμψε δὲ καὶ Ἀντώνιος ἀντεγκαλῶν ἐκείνῳ. μέγιστα δ' ἦν ὧν ἐνεκάλει, πρῶτον μὲν, ὅτι Πομπηΐου Σικελίαν ἀφελόμενος, οὐκ ἔνειμε μέρος αὐτῷ τῆς νήσου· δεύτερον, ὅτι χρησάμενος ναῦς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀπεστέρησε. τρίτον, ὅτι τὸν συνάρχοντα Λέπιδον ἐκβαλὼν τῆς ἀρχῆς, καὶ ποιήσας ἄτιμον, αὐτὸς ἔχει στρατὸν καὶ χώραν, καὶ προσόδους τὰς ἐκείνῳ προσνεμηθείσας. ἐπὶ πᾶσιν, ὅτι τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις ἅπασαν ὀλίγου δεῖν Ἰταλίαν κατακεκληρούχηκε, μηδὲν λιπὼν τοῖς ἐκείνου. πρὸς ταῦτα Καῖσαρ ἀπελογεῖτο, Λέπιδον μὲν ὑβρίζοντα καταπαῦσαι τῆς ἀρχῆς· ἃ δὲ ἔσχηκε πολεμήσας, νεμήσεσθαι πρὸς Ἀντώνιον, ὅταν κἀκεῖνος Ἀρμενίαν πρὸς αὐτόν. τοῖς δὲ στρατιώταις Ἰταλίας μὴ μετεῖναι, Μηδίαν γὰρ ἔχειν καὶ Παρθίαν αὐτοὺς, ἃς προσεκτήσαντο Ῥωμαίοις καλῶς ἀγωνισάμενοι μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος. Ταῦτα

vit, & Alexandro Armeniam cum Media & Parthorum regno, quum ſubactum eſſet, attribuit: Ptolemæo Phœniciam, Syriam, Ciliciam. Simul pueros produxit, cultu Alexandrum Medico, tiara directa & cidari cultum: Ptolemæum crepidis, chlamyde & cauſia ornatum diademate redimita. Hic enim Alexandri ſucceſſorum cultus, ille Medorum erat & Armeniorum. Mox quum ſalutaſſent parentes pueri, hunc Macedones, illum Armenii ſtipavere. Nam Cleopatra quidem & tunc & alias in publicum progrediens, ſtolam Iſidis ſacram ſumebat, atque novæ Iſidis nomine reſponſa dabat populis.

Hæc in ſenatu Cæſar exponens, & crebro ad populum criminans, incendit plebem in Antonium. Contra miſit ad illum recriminandum Antonius. Maxima crimina fuerunt hæc: Primum, quod extortam Pompeio Siciliam non eſſet ſecum partitus. Alterum, quod commodato acceptas ab ſe non reſtituiſſet ſibi naves. Tertium, quod imperio collegæ abrogato Lepido, redditoque eo privato, ipſe exercitum, provinciam, vectigalia retineret illi attributa. Denique quod militibus ipſius agros Italiæ pene totius diviſiſſet, neque quicquam reliquiſſet ſuis. His reſpondit Cæſar, Lepidum ſe, quod impotenter uteretur imperio, in ordinem coegiſſe. Quæ bello quæſiſſet, participaturum ſe Antonio, ſimul atque ille ſibi Armeniam. Milites illius in ſortem non venire Italiæ, quod Mediam & Parthiam tenerent, quas Romano imperio ſtrenue cum imperatore ſuo prœliati adjunxiſſent.

Ταῦτα ἐν Ἀρμενίᾳ διατρίβων Ἀντώνιος ἤκουσε· καὶ Κανίδιον εὐθὺς ἐκέλευσεν ἑκκαίδεκα τέλη λαβόντα καταβαίνειν ἐπὶ θάλασσαν. αὐτὸς δὲ Κλεοπάτραν ἀναλαβὼν εἰς Ἔφεσον ἧκε. καὶ τὸ ναυτικὸν ἐκεῖ συνῄει πανταχόθεν, ὀκτακόσιαι σὺν ὁλκάσι νῆες, ὧν Κλεοπάτρα παρεῖχε διακοσίας, καὶ τάλαντα δισμύρια, καὶ τροφὴν τῷ στρατῷ παντὶ πρὸς τὸν πόλεμον. Ἀντώνιος δὲ πεισθεὶς ὑπὸ Δομιτίου καί τινων ἄλλων, ἐκέλευε Κλεοπάτραν πλεῖν ἐπ' Αἰγύπτου, κἀκεῖ καραδοκεῖν τὸν πόλεμον· ἡ δὲ φοβουμένη τὰς δι' Ὀκταβίας πάλιν αὐτοῦ διαλύσεις, ἔπεισε πολλοῖς Κανίδιον χρήμασιν Ἀντωνίῳ διαλεχθῆναι περὶ αὐτῆς, ὡς οὔτε δίκαιον ἀπελαύνεσθαι τοῦ πολέμου γυναῖκα συμβολὰς τηλικαύτας διδοῦσαν, οὔτε συμφέρον ἀθυμοτέρους ποιεῖν τοὺς Αἰγυπτίους, μέγα μέρος τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ὄντας· ἄλλως δὲ μηδὲ ὁρᾶν οὗτινος τῶν συστρατευόντων βασιλέων ἀπολείποιτο τῷ φρονεῖν Κλεοπάτρα, πολὺν μὲν χρόνον δι' αὐτῆς κυβερνῶσα βασιλείαν τοσαύτην, πολὺν δ' ἐκείνῳ συνοῦσαν, καὶ μανθάνουσαν χρῆσθαι πράγμασι μεγάλοις. ταῦτα (ἔδει γὰρ εἰς Καίσαρα πάντα περιελθεῖν) ἐνίκα· καὶ συνιουσῶν τῶν δυνάμεων, πλεύσαντες εἰς Σάμον ἐν εὐπαθείαις ἦσαν. ὥσπερ γὰρ βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις καὶ τετράρχαις, ἔθνεσί τε καὶ πόλεσι πάσαις ταῖς μεταξὺ Συρίας καὶ Μαιώτιδος καὶ Ἀρμενίας καὶ Λαυρίων προείρητο πέμπειν καὶ κομίζειν τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευάς, οὕτω πᾶσι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις ἐπάναγκες ἦν εἰς Σάμον ἀπαντᾶν· καὶ τῆς ἐν κύκλῳ σχεδὸν ἁπάσης οἰκουμένης περι-

Hæc in Armenia agens accepit Antonius. Extemplo igitur Canidium cum sedecim legionibus ad mare descendere imperavit. Ipse trahens secum Cleopatram concessit Ephesum, quo classis undique cogebatur navium annumeratis oneratis octingentarum, ex quibus ducentas Cleopatra & viginti millia talentorum commeatusque per bellum toti exercitui præbuit. Antonius Domitii & quorundam aliorum consilio præcepit Cleopatræ, ut in Ægyptum navigaret, atque exitum ibi maneret belli. At illa novam interprete Octavia timens reconciliationem, induxit ingenti mercede Canidium ut pro se apud Antonium ageret, demonstraretque ei, neque æquum esse summoveri bello mulierem quæ tantum conferret auxilii, neque ex usu ejus esse ut frangerentur ea re Ægyptiorum animi, qui virium navalium magnam partem efficerent: neque vero alioqui videre cui sociorum regum prudentia concederet Cleopatra, quæ tantum regnum tam diu gubernaverat sola, atque ex diutino ipsius usu magnas res didicerat tractare. Hæc (nempe in fatis erat ut reciderent cuncta ad Cæsarem) obtinuerunt, ac coactis copiis navigaverunt Samum, ubi genio indulsere. Ut enim regibus, dynastis, tetrarchis, gentibus, & civitatibus inter Syriam, Mæotin, Armeniam, & Lauria positis, indictum omnibus fuit ut mitterent deportarentque apparatum bellicum: ita erat injunctum cunctis theatralium & musicarum artium professoribus Samum occurrere. Ac quum universus pene circumcirca lamentis

&

περιθρηνουμένης καὶ περιστεναζομένης, μία νῆσος ἐφ' ἡμέρας πολλὰς κατηυλεῖτο καὶ κατεψάλλετο, πληρουμένων θεάτρων καὶ χορῶν ἀγωνιζομένων. συνέθυε δὲ καὶ πόλις πᾶσα βοῦν πέμπουσα, καὶ βασιλεῖς διημιλλῶντο ταῖς ὑποδοχαῖς καὶ δωρεαῖς πρὸς ἀλλήλους. ὥστε καὶ λόγος διήει, τίνες ἔσονται κρατήσαντες ἐν τοῖς ἐπινικίοις, οἱ τοῦ πολέμου τὰς παρασκευὰς οὕτω πολυτελῶς ἑορτάζοντες.

Γενόμενος δὲ ἀπὸ τούτων, τοῖς μὲν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις Πριήνην ἔδωκεν οἰκητήριον· αὐτὸς δὲ πλεύσας εἰς Ἀθήνας, πάλιν ἐν παιδιαῖς ἦν καὶ θεάτροις. ζηλοτυποῦσα δὲ Κλεοπάτρα τὰς Ὀκταβίας ἐν τῇ πόλει τιμὰς (ἠγαπήθη γὰρ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἡ Ὀκταβία μάλιστα) πολλαῖς ἀνελάμβανε φιλοτιμίαις τὸν δῆμον. οἱ δὲ τιμὰς αὐτοὶ ψηφισάμενοι, πρέσβεις ἔπεμψαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὸ ψήφισμα κομίζοντας, ὧν εἷς ἦν Ἀντώνιος, ὡς δὴ πολίτης Ἀθηναίων· καὶ δὴ καταστὰς ἐπ' αὐτῆς λόγον ὑπὲρ τῆς πόλεως διεξῆλθεν. εἰς δὲ Ῥώμην ἔπεμψε τοὺς Ὀκταβίαν ἐκ τῆς οἰκίας ἐκβαλοῦντας. ἀπελθεῖν δέ φασιν αὐτὴν, τὰ μὲν τέκνα πάντα Ἀντωνίου μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσαν, ἄνευ τοῦ πρεσβυτάτου τῶν ἐκ Φουλβίας (ἐκεῖνος γὰρ ἦν παρὰ τῷ πατρὶ) κλαίουσαν δὲ καὶ δυσφοροῦσαν, εἰ δόξει μία τῶν αἰτιῶν τοῦ πολέμου καὶ αὐτὴ γεγονέναι. Ῥωμαῖοι δὲ ᾤκτειρον οὐκ ἐκείνην ἀλλ' Ἀντώνιον, καὶ μᾶλλον οἱ Κλεοπάτραν ἑωρακότες, οὔτε κάλλει τῆς Ὀκταβίας οὔτε ὥρᾳ διαφέρουσαν.

Καῖσαρ δὲ τὸ τάχος καὶ τὸ μέγεθος τῆς παρασκευῆς ἀκούσας, ἐθορυβήθη μὴ

& gemitibus orbis creparet, una per multos dies insula tibiis & cantu personabat, ubi referta erant theatra certantibus choris. Jam ad sacrificium singulæ civitates boves mittebant, & certabant invicem conviviis & muneribus reges: ut sermonibus jactaretur, qui erunt in triumpho victores, quum belli tantis sumptibus celebrent apparatum?

His peractis sedes scenicis Prienen donavit. Hinc navigavit Athenas: ubi de integro effudit se in ludos & spectacula. Æmulatione autem Cleopatra Octaviæ honorum, quos ibi acceperat, (nam Octaviam Athenienses imprimis habebant charam) prosequuta est multis congiariis populum. Illi invicem decretis huic honoribus legatos domum ad plebiscitum ei deferendum miserunt, inter quos Antonius fuit, utpote civis Atheniensis. Et vero orationem apud eam habuit nomine civitatis. Jam Romam misit certos Octaviam qui domo sua pellerent. Exiisse memorant eam trahentem secum omnes Antonii liberos, præter natu maximum ex Fulvia genitorum: ille enim agebat apud parentem. Plorabat illa & lamentabatur, quod una ex belli causis ipsa quoque videretur. Populum vero Romanum miserebat non ita illius, ut Antonii, atque impensius eos qui Cleopatram viderant, neque forma Octaviæ neque ætatis flore præcellentem.

At Cæsar celeritate & mole Antonii apparatus nuntiata, trepidavit ne bellare illa æsta-

rumpentesque tumultum cierunt. Hostes obstupefacti petentes viderunt secundo vento Peloponnesum. Hic vero patefecit se Antonius nec ducis nec viri nec omnino suo duci consilio, sed (quod ludens quispiam dixit, amantis animam in alieno vivere corpore) raptus a fœmina est, ut si conglutinatus ei foret, unaque moveretur cum ea. Nam simul atque navem contemplatus est illius vela facientem, omnium oblitus, proditis & desertis illis qui pro ipso certabant atque animam profundebant, conscendit quinqueremem, Alexandro Syro & Scellio solis comitibus, sequutusque est illam perditam jam & perdituram insuper ipsum.

Illa percipiens eum venire, signum sustulit ex navi. Ita ad eam Antonius delatus & acceptus navi, neque aspexit illam neque aspectus est ab illa. Solitarius transiit in proram, atque ibi tacitus cogitabundusque consedit, ambabus manibus caput tenens. Interea Liburnicæ Cæsaris quæ insequebantur eum, in conspectu fuere. Antonius jusso obversam circumagi navem, cæteras repulit: Eurycles vero Lacon ferox institit, lanceam ex tabulatis navis minitabundus vibrans, tanquam illum petiturus. Consistente in prora Antonio, & quærente quisnam est hic, Antonium qui consectatur? Ego, inquit, Eurycles Lacharis filius, Cæsaris fortuna patris mei persequens necem. Fuerat Lachares ob latrocinii crimen ab Antonio securi percussus. Neque tamen irruptionem dedit in navem Antonii Eurycles: sed alteram prætoriam (duæ enim erant)

ἦσαν) τῷ χαλκώματι πατάξας περιερρόμβησε, καὶ ταύτην τε πλαγίαν περιπεσοῦσαν εἷλε, καὶ τῶν ἄλλων μίαν, ἐν ᾗ πολυτελεῖς σκευαὶ τῶν περὶ δίαιταν ἦσαν. ἀπαλλαγέντος δὲ τούτου, πάλιν ὁ Ἀντώνιος εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα καθεὶς ἑαυτόν, ἡσυχίαν ἦγε· καὶ τρεῖς ἡμέρας καθ᾽ ἑαυτὸν ἐν πρώρᾳ διαιτηθείς, εἴθ᾽ ὑπὸ ὀργῆς, εἴτε αἰδούμενος ἐκείνην, Ταινάρῳ προσέσχεν. ἐνταῦθα δὲ αὐτοὺς αἱ συνήθεις γυναῖκες πρῶτον μὲν εἰς λόγους ἀλλήλοις συνήγαγον, εἶτα συνδειπνεῖν καὶ συγκαθεύδειν ἔπεισαν. ἤδη δὲ καὶ τῶν στρογγύλων πλοίων οὐκ ὀλίγα, καὶ τῶν φίλων τινὲς ἐκ τῆς τροπῆς ἠθροίζοντο πρὸς αὐτούς, ἀγγέλλοντες ἀπολωλέναι τὸ ναυτικόν, οἴεσθαι δὲ τὸ πεζὸν συνεστάναι. Ἀντώνιος δὲ πρὸς μὲν Κανίδιον ἀγγέλους ἔπεμψεν, ἀναχωρεῖν διὰ Μακεδονίας εἰς Ἀσίαν τῷ στρατῷ κατὰ τάχος κελεύων, αὐτὸς δὲ μέλλων ἀπὸ Ταινάρου πρὸς τὴν Λιβύην διαίρειν, ὁλκάδα μίαν πολὺ μὲν νόμισμα, πολλοῦ δὲ ἀξίας ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ κατασκευὰς τῶν βασιλικῶν κομίζουσαν ἐξελόμενος, τοῖς φίλοις ἐπέδωκε, κοινῇ νείμασθαι καὶ σώζειν ἑαυτοὺς κελεύσας. ἀρνουμένους δὲ καὶ κλαίοντας εὐμενῶς πάνυ καὶ φιλοφρόνως παραμυθησάμενος καὶ δεηθείς, ἀπέστειλε γράψας πρὸς Θεόφιλον τὸν ἐν Κορίνθῳ διοικητήν, ὅπως ἀσφάλειαν ἐκπορίσῃ, καὶ ἀποκρύψῃ τοὺς ἄνδρας, ἄχρις ἂν ἱλάσασθαι Καίσαρα δυνηθῶσιν. οὗτος ἦν Θεόφιλος Ἱππάρχου πατὴρ τοῦ πλεῖστον παρὰ Ἀντωνίῳ δυνηθέντος, πρώτου δὲ πρὸς Καίσαρα τῶν ἀπελευθέρων μεταβαλομένου, καὶ κατοικήσαντος ὕστερον ἐν Κορίνθῳ.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ τὸν Ἀντώνιον. ἐν Ἀκτίῳ δὲ πολὺν ὁ στόλος ἀντισχὼν Καίσαρι

erant) rostro percussam contorsit, atque impactam obliquam cepit, simulque ex aliis unam, qua exquisita supellex portabatur. Ut hic abscessit, Antonius eadem componens se figura silentium egit. Postquam tres dies transegit in prora solus, seu ira percitus seu erubescens illam, appulit ad Tænarum. Ibi fœminæ familiares adduxerunt eos primum ad mutua colloquia, deinde ad convivia una ineunda & ad concubitum perpulere. Jam naves onerariæ quoque non paucæ & amici aliquot ex fuga ad eum confluxerunt, profligatam nuntiantes classem, sed terrestres copias arbitrari se constare. Ita Antonius nuntios ad Canidium misit, imperans ut propere per Macedoniam reciperet se cum exercitu in Asiam. A Tænaro in Africam transmissurus, navem unam onerariam magna pecuniæ vi, magni pretii etiam aureo & argenteo instrumento regio onustam selegit, donavitque amicis, jubens ut ea partirentur inter se & saluti suæ prospicerent. Abnuentes flentesque sane quam placide & humaniter consolatus, precatusque ut reciperent se, dimisit, scriptis ad Theophilum procuratorem suum Corinthi literis, ut securitatem expediret illis, absconderetque eos, quoad placare Cæsarem quivissent. Hic fuit Theophilus Hipparchi pater, ejus cujus fuit autoritas apud Antonium maxima, & primus ad Cæsarem ex libertis ejus defecit, ac domicilium suum post contulit Corinthum.

Hoc in statu res erant Antonii. Ad Actium quum classis Antonii diu fuisset Cæsari

Καίσαρι χρόνῳ, καὶ μέγιστα βλαβεῖς ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ὑψηλοῦ κατὰ πρῷραν ἱσταμένου, μόλις ὥρας δεκάτης ἀπεῖπε. καὶ νεκροὶ μὲν οὐ πλείους ἐγένοντο πεντακισχιλίων, ἑάλωσαν δὲ τριακόσιαι νῆες, ὡς αὐτὸς ἀνέγραψε Καῖσαρ. ᾔσθοντο δὲ οἱ πολλοὶ πεφευγότος Ἀντωνίου, καὶ τοῖς πυνθανομένοις τὸ πρῶτον ἄπιστος ἦν ὁ λόγος, εἰ δέκα καὶ ἐννέα τάγματα πεζῶν ἀηττήτων, καὶ δισχιλίους ἐπὶ μυρίοις ἱππεῖς ἀπολιπὼν οἴχεται, καθάπερ οὐ πολλάκις ἐπ' ἀμφότερα τῇ τύχῃ κεχρημένος, οὐδὲ μυρίων ἀγώνων καὶ πολέμων μεταβολαῖς ἐγγεγυμνασμένος. οἱ δὲ στρατιῶται καὶ πόθον τινὰ καὶ προσδοκίαν εἶχον, ὡς αὐτίκα ποθὲν ἐπιφανησομένου· καὶ τοσαύτην ἐπεδείξαντο πίστιν καὶ ἀρετήν, ὥστε καὶ τῆς φυγῆς αὐτοῦ φανερᾶς γενομένης, ἡμέρας ἑπτὰ συμμεῖναι, περιορῶντες ἀποπρεσβευόμενον αὐτοῖς Καίσαρα. τέλος δὲ τοῦ στρατηγοῦ Κανιδίου νύκτωρ ἀποδράντος, καὶ καταλιπόντος τὸ στρατόπεδον, γενόμενοι πάντων ἔρημοι, καὶ προδοθέντες ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, τῷ κρατοῦντι προσεχώρησαν. ἐκ τούτου Καῖσαρ μὲν ἐπ' Ἀθήνας ἔπλευσε, καὶ διαλλαγεὶς τοῖς Ἕλλησι, τὸν περιόντα σῖτον ἐκ τοῦ πολέμου διένειμε ταῖς πόλεσι πραττούσαις ἀθλίως, καὶ περικεκομμέναις χρημάτων, ἀνδραπόδων, ὑποζυγίων. ὁ γοῦν πρόπαππος ἡμῶν Νίκαρχος διηγεῖτο τοὺς πολίτας ἅπαντας ἀναγκάζεσθαι τοῖς ὤμοις καταφέρειν μέτρημα πυρῶν τεταγμένον ἐπὶ τὴν πρὸς Ἀντίκυραν θάλασσαν, ὑπὸ μαστίγων ἐπιταχυνομένους· καὶ μίαν μὲν οὕτω φορὰν ἐνεγκεῖν, τὴν δὲ δευτέραν ἤδη μεμετρημένοις καὶ μέλλουσιν αἴρεσθαι, νενικημένον Ἀντώνιον ἀγγελθῆναι, καὶ τοῦτο διασῶσαι τὴν πόλιν· εὐθὺς γὰρ τῶν Ἀντωνίου διοικητῶν καὶ στρατιωτῶν φυγόντων, διανείμασθαι τὸν σῖτον αὐτούς. Ἀν-

fari obluctata, atque graviſſime ab inſurgentibus in proram infeſtata fluctibus, tandem hora decima ſuccubuit, neque plus quinque millia cecidere. Naves captæ trecentæ, ut ipſe in commentariis tradidit Cæſar. Haud multi ſenſerant Antonii fugam: atque audientibus res primo viſa incredibilis, novendecim legionibus peditum integrorum adhuc & duodecim millibus equitum relictis capere eum fugam, quaſi non ſubinde ambigua uſus fortuna, neque ſexcentorum certaminum & bellorum fuiſſet vicibus verſatus. Milites ejus in deſiderio quoque & exſpectatione erant mox alicunde appariturum. Tantam autem præſtiterunt ei fidem & virtutem, ut & fuga ejus patefacta cohæſerint diebus ſeptem, miſſoſque ad ſe a Cæſare legatos repudiaverint. Denique ubi dux noctu profugit Canidius, & caſtra reliquit, ab omnibus derelicti, proditique a ducibus ſuis, aggregaverunt ſe ad victorem. Hinc navigavit Cæſar Athenas, ac Græcis placatus, civitatibus afflictis & exutis pecunia ſervitiiſque & jumentis, quod ſupererat ex bello frumentum diſtribuit. Commemorabat proavus noſter Nicarchus, cives noſtros modum præfinitum tritici omnes humeris deferre coactos ad vicinum Anticyræ mare, flagelliſque ad maturandum concitatos, atque unum onus ſic portaſſe, alterum menſum jam ſublaturis victum Antonium allatum fuiſſe, idque conſervaſſe civitatem. Extemplo enim procuratoribus & militibus Antonii fugam arripientibus, frumentum ipſos partitos.

Porro

Ἀντώνιος δὲ Λιβύης ἁψάμενος, καὶ Κλεοπάτραν εἰς Αἴγυπτον ἐκ Παραιτονίου προπέμψας, αὐτὸς ἀπέλαυεν ἐρημίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις ἀλύων καὶ πλανώμενος, Ἕλληνι μὲν Ἀριστοκράτει ῥητορικῷ, Ῥωμαίῳ δὲ Λουκιλίῳ. περὶ οὗ δι᾽ ἑτέρων γεγράφαμεν, ὡς ἐν Φιλίπποις ὑπὲρ τοῦ διαφυγεῖν Βροῦτον, αὐτὸς αὑτὸν, ὡς δὴ Βροῦτος ὢν, ἐνεχείρισε τοῖς διώκουσι· καὶ διασωθεὶς ὑπ᾽ Ἀντωνίου, διὰ τοῦτο πιστὸς αὐτῷ καὶ βέβαιος ἄχρι τῶν ἐσχάτων καιρῶν παρέμεινεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ἐν Λιβύῃ δύναμιν ὁ πεπιστευμένος ἀπέστησεν, ὁρμήσας ἑαυτὸν ἀνελεῖν, καὶ διακωλυθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, καὶ κομισθεὶς εἰς Ἀλεξάνδρειαν, εὗρε Κλεοπάτραν ἐπιτολμῶσαν ἔργῳ παραβόλῳ καὶ μεγάλῳ. τοῦ γὰρ εἴργοντος ἰσθμοῦ τὴν ἐρυθρὰν ἀπὸ τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον θαλάσσης, καὶ δοκοῦντος Ἀσίαν καὶ Λιβύην ὁρίζειν, ᾗ σφίγγεται μάλιστα τοῖς πελάγεσι, καὶ βραχύτερος εὖρός ἐστιν, τριακοσίων σταδίων ὄντων, ἐνεχείρισεν ἄρασα τὸν στόλον, ὑπερνεωλκῆσαι, καὶ καθεῖσα τὰς ναῦς εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον μετὰ χρημάτων πολλῶν καὶ δυνάμεως, ἔξω κατοικεῖν, ἀποφυγοῦσα δουλείαν καὶ πόλεμον. ἐπεὶ δὲ τὰς πρώτας ἀνελκομένας τῶν νεῶν οἱ περὶ τὴν Πέτραν Ἄραβες κατέκαυσαν, ἔτι δὲ Ἀντώνιος τὸν ἐν Ἀκτίῳ στρατὸν ᾤετο συμμένειν, ἐπαύσατο, καὶ τὰς ἐμβολὰς ἐφύλαττεν. Ἀντώνιος δὲ τὴν πόλιν ἐκλιπὼν καὶ τὰς μετὰ τῶν φίλων διατριβὰς, οἴκησιν ἔναλον κατεσκεύαζεν αὐτῷ περὶ τὴν Φάρον, εἰς τὴν θάλασσαν χῶμα προβαλών· καὶ διῆγεν αὐτόθι φυγὰς ἀνθρώπων, καὶ τὸν Τίμωνος ἀγαπᾶν καὶ ζηλοῦν βίον ἔφασκεν,

Porro Antonius in Africam delatus, præmiſſa in Ægyptum ex Parætonio Cleopatra, conjecit ſe penitus in ſolitudinem cum duobus amicis palans & vagans, Græco Ariſtocrate rhetore & Lucilio Romano: de quo alio loco ſcripſimus, acie Philippenſi, quo ſpatium haberet Brutus effugiendi, tradidiſſe ſeſe, ut ſi Brutus eſſet, inſequentibus; & quod conſervatus ab Antonio eſſet, fidum ei firmumque uſque ad extrema tempora permanſiſſe. Poſtquam præfectus copiis Africanis deſcivit ab eo, inſtitit ſibi manus inferre: verum interpellatus ab amicis, delatuſque Alexandriam, Cleopatram offendit opus aggreſſam audax & grande. Nempe iſthmum, qui mare rubrum dirimit ab Ægyptio, qui etiam diſtinguere Aſiam & Africam putatur, qua maxime ab utroque ſtringitur pelago & coarctatur, ut non plus trecentis ſtadiis pateat in latum, adorta eſt trajicere claſſem, demiſſiſque in ſinum Arabicum cum magna pecuniæ vi copiis & navibus ſedes quærere remotas, ſervitutem & bellum refugiens. Cæterum quia primas naves quæ ſubvehebantur, Arabes Petræi inflammaverunt, & Antonius exercitum Actiacum exiſtimavit adhuc integrum eſſe, deſtitit cœpto, atque oſtia Nili ſtationibus ſepſit. At Antonius relicta urbe & amicorum conſuetudine, domicilium ſibi in mari ad Pharum exſtruxit projecto in altum aggere, atque ibi extorris ab hominibus egit. Vitam ferebat ſe imitari & æmulari Timonis, quod res ſuæ eodem loco eſ-

σκεν, ὡς δὴ πεπονθὼς ὅμοια· καὶ γὰρ αὐτὸς ἀδικηθεὶς ὑπὸ φίλων καὶ ἀχαριστηθεὶς, διὰ τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπιστεῖν καὶ δυσχεραίνειν.

Ὁ δὲ Τίμων ἦν Ἀθηναῖος, ὃς καὶ γέγονεν ἡλικίᾳ μάλιστα κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὡς ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους καὶ Πλάτωνος δραμάτων λαβεῖν ἐστιν. κωμῳδεῖται γὰρ ἐν ἐκείνοις ὡς δυσμενὴς καὶ μισάνθρωπος· ἐκκλίνων δὲ καὶ διωθούμενος ἅπασαν ἔντευξιν, Ἀλκιβιάδην νέον ὄντα καὶ θρασὺν ἠσπάζετο καὶ κατεφίλει προθύμως. Ἀπημάντου δὲ θαυμάσαντος, καὶ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, φιλεῖν ἔφη τὸν νεανίσκον, εἰδὼς ὅτι πολλῶν Ἀθηναίοις κακῶν αἴτιος ἔσοιτο. τὸν δὲ Ἀπήμαντον μόνον, ὡς ὅμοιον αὐτῷ καὶ ζηλοῦντα τὴν δίαιταν, ἔστιν ὅτε προσίετο· καί ποτε τῆς τῶν χοῶν οὔσης ἑορτῆς, εἱστιῶντο καθ' αὑτοὺς οἱ δύο. τοῦ δ' Ἀπημάντου φήσαντος, Ὡς καλὸν, ὦ Τίμων, τὸ συμπόσιον ἡμῶν; Εἴγε σὺ, ἔφη, μὴ παρῆς. λέγεται δὲ, Ἀθηναίων ἐκκλησιαζόντων, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα ποιῆσαι σιωπὴν καὶ προσδοκίαν μεγάλην διὰ τὸ παράδοξον· εἶτα εἰπεῖν, Ἔστι μοι μικρὸν οἰκόπεδον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ συκῆ τις ἐν αὐτῷ πέφυκεν, ἐξ ἧς ἤδη συχνοὶ τῶν πολιτῶν ἀπήγξαντο. μέλλων οὖν οἰκοδομεῖν τὸν τόπον, ἐβουλήθην δημοσίᾳ προειπεῖν, ἵνα ἂν ἄρα τινὲς ἐθέλωσιν ὑμῶν, πρὶν ἐκκοπῆναι τὴν συκῆν, ἀπάγξωνται. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ καὶ ταφέντος Ἁλῆσι παρὰ τὴν θάλασσαν, ὤλισθε τὰ προὔχοντα τοῦ αἰγιαλοῦ· καὶ τὸ κῦμα περιελθὸν, ἄβατον καὶ ἀπροσπέλαστον ἀνθρώπῳ πεποίηκε τὸν τάφον. ἦν δ' ἐπιγεγραμμένον,

Ἐνθάδ'

essent. Quippe violatum se ab amicis suis, atque ingratitudinem eorum expertum, ideo omnibus diffidere & ab omnibus abhorrere hominibus.

Fuit Timon civis Atheniensis, vixitque circa bellum Peloponnesiacum, ut est colligere ex Aristophanis & Platonis comœdiis, in quibus perstringitur ut inimicus & osor generis humani. Hic quum declinaret & rejiceret omnium hominum congressum, Alcibiadem juvenem & audacem sedulo salutabat & exosculabatur. Stupente Apemanto causamque requirente, diligere ait se adolescentem, quod multorum eum populo Atheniensi malorum aliquando autorem sciret fore. Unum admittebat interim Apemantum, ut germanum sui & ejusdem vitæ sectatorem. Quum aliquando inferiarum solenne esset, convivabantur hi duo inter se soli, ac quum dixisset Apemantus, Quam est, Timon, egregium nostrum convivium! Siquidem tu, inquit, non adsis. Fertur in concione populi Atheniensis conscendisse suggestum, silentio autem & exspectatione propter rei novitatem magna facta, tandem dixisse, Est mihi exigua, Athenienses, area, in qua adolevit ficus, ex ea multi jam cives se suspendere: quia vero hunc locum statui inædificare, nolui prætermittere quin id publice prænuntiarem, quo, si quibus vestrum visum erit, priusquam exsecetur ficus, suspendat se. Defuncto illo & Halis juxta mare humato, abluit unda prætextum littus, ac circumfusa monumentum ejus reddidit hominibus inaccessum & invium. Id inscriptionem hanc habuit,

Hic

Ἐνθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι.
Τοὔνομα δ' οὐ πεύσοισθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸν ἔτι ζῶντα πεποιηκέναι λέγουσι, τὸ δὲ περιφερόμενον, Καλλιμάχειόν ἐστι,

Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ πάρελθε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

Ταῦτα μὲν περὶ Τίμωνος ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα. τῷ δὲ Ἀντωνίῳ Κανίδιός τε τῆς ἀποβολῆς τῶν ἐν Ἀκτίῳ δυνάμεων αὐτάγγελος ἦλθε, καὶ τὸν Ἰουδαῖον Ἡρώδην ἔχοντά τινα τάγματα καὶ σπείρας ἤκουσε Καίσαρι προσκεχωρηκέναι· καὶ τοὺς ἄλλους ὁμοίως δυνάστας ἀφίστασθαι, καὶ μηδὲν ἔτι συμμένειν τῶν ἐκτός. οὐ μὴν διετάραξέ τι τούτων αὐτόν, ἀλλ' ὥσπερ ἄσμενος τὸ ἐλπίζειν ἀποτεθειμένος, ἵνα καὶ τὸ φροντίζειν, τὴν μὲν ἔναλον ἐκείνην δίαιταν, ἣν Τιμώνειον ὠνόμαζεν, ἐξέλιπεν· ἀναληφθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας εἰς τὰ βασίλεια, πρὸς δεῖπνα καὶ πότους καὶ διανομὰς ἔτρεψε τὴν πόλιν, ἐγγράφων μὲν εἰς ἐφήβους τὸν Κλεοπάτρας παῖδα καὶ Καίσαρος, τὸ δὲ ἀπόρφυρον καὶ τέλειον ἱμάτιον Ἀντύλλῳ τῷ ἐκ Φουλβίας περιτιθείς· ἐφ' οἷς ἡμέρας πολλὰς συμπόσια καὶ κῶμοι καὶ θαλίαι τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατεῖχον. αὐτοὶ δὲ τὴν μὲν τῶν ἀμιμητοβίων ἐκείνην σύνοδον κατέλυσαν, ἑτέραν δὲ συνέταξαν, οὐδέν τι λειπομένην ἐκείνης ἁβρότητι καὶ τρυφαῖς καὶ πολυτελείαις, ἣν συναποθανουμένων ἐκάλουν. ἀπεγράφοντο γὰρ οἱ φίλοι συναποθανουμένους ἑαυτούς, καὶ διῆγον εὐπαθοῦντες ἐν δείπνων περιόδοις. Κλεοπάτρα δὲ φαρμά-

κων

Hic recubans abrupta anima infelice quiesco.
Nomen non quæras: mala pestis perde scelestos.

Atque hoc epigramma ab illo ferunt adhuc superstite factum. Illud vero quod circumfertur, est Callimachi,

Timon Misanthropus ego hic jaceo. Sed etiam hac tu
Transi, dira precans, ac modo prætereas.

Hactenus de Timone pauca de multis. At Antonio legionum Actiacarum amissarum ipse nuntium Canidius attulit. Mox Judæum Herodem cum aliquot legionibus & cohortibus accepit ad Cæsarem transiisse, & alios item defecisse dynastas, neque quicquam ultra foris manere in fide. Nihil eum horum tamen commovit, sed quasi libenter spem abjiceret, ut simul & curam, tabernaculum illud marinum, quod nominabat Timonium, reliquit: acceptusque a Cleopatra in regiam, convertit civitatem ad comessationes poculaque, & se ad donativa. Cleopatræ & Cæsaris filium inter ephebos ascripsit; togam puram & virilem Antyllo dedit suo ex Fulvia filio: quamobrem agitaverunt convivia per multos dies comessationesque & festum Alexandrini. Illi conventum istum inimitabiliter viventium dissolverunt, atque alium instituerunt nihilo deliciis, luxu, splendore, illo inferiorem, quem commorientium dixere: nam amici eorum qui volebant commori, nomina dabant, transigebantque tempus per voluptates in cœnarum orbibus. Porro Cleopatra varia gene-

ra

κων θανασίμων συνῆγε παντοδαπὰς δυνάμεις, ὧν ἑκάστης τὸ ἀνώδυνον ἐλέγχουσα, προὔβαλλε τοῖς ἐπὶ θανάτῳ φρουρουμένοις. ἐπεὶ δὲ ἑώρα τὰς μὲν ὠκυμόρους τὴν ὀξύτητα τοῦ θανάτου δι' ὀδύνης ἐπιφερούσας, τὰς δὲ πρᾳοτέρας τάχος οὐκ ἐχούσας, τῶν θηρίων ἀπεπειρᾶτο, θεωμένης αὐτῆς ἕτερον ἑτέρῳ προσφερόντων. ἐποίει δὲ καὶ τοῦτο καθ' ἡμέραν· καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι μόνον εὕρισκε τὸ δῆγμα τῆς ἀσπίδος ἄνευ σπασμοῦ καὶ στεναγμοῦ κάρον ὑπνώδη καὶ καταφορὰν ἐφελκόμενον, ἱδρῶτι μαλακῷ τοῦ προσώπου καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμαυρώσει παραλυομένων ῥᾳδίως, καὶ δυσχεραινόντων πρὸς τὰς ἐξεγέρσεις καὶ ἀνακλήσεις, ὥσπερ οἱ βαθέως καθεύδοντες.

Ἅμα δὲ καὶ πρὸς Καίσαρα πρέσβεις ἔπεμπον εἰς Ἀσίαν, ἡ μὲν αἰτουμένη τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς παισὶν ἀρχήν, ὁ δὲ ἀξιῶν Ἀθήνησιν, εἰ μὴ δοκοίη περὶ Αἴγυπτον, ἰδιώτης καταβιῶναι. φίλων δὲ ἀπορίᾳ καὶ ἀπιστίᾳ διὰ τὰς αὐτομολίας, ὁ τῶν παίδων διδάσκαλος ἐπέμφθη πρεσβεύων Εὐφρόνιος. καὶ γὰρ Ἀλέξας ὁ Λαοδικεὺς γνωρισθεὶς μὲν ἐν Ῥώμῃ διὰ Τιμαγένους, καὶ πλεῖστον Ἑλλήνων δυνηθείς, γενόμενος δὲ τῶν Κλεοπάτρας ἐπ' Ἀντώνιον ὀργάνων τὸν βιαιότατον, καὶ τῶν ὑπὲρ Ὀκταβίας ἱσταμένων ἐν αὐτῷ λογισμῶν ἀνατροπεύς, ἐπέμφθη μὲν Ἡρώδην τὸν βασιλέα τῆς μεταβολῆς ἐφέξων· αὐτοῦ δὲ καταμείνας, καὶ προδοὺς Ἀντώνιον, ἐτόλμησεν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν Καίσαρος Ἡρώδῃ πεποιθώς. ὤνησε δὲ αὐτὸν οὐδὲν Ἡρώδης, ἀλλ' εὐθὺς εἱρχθεὶς καὶ κομισθεὶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα δέσμιος, ἐκεῖ Καίσαρος κελεύσαντος ἀνῃρέθη.

τοι-

ta collegit venenorum lethalium: quorum singula ut periclitaretur, quod minimum doloris sensum inferret, obtulit rerum capitalium custodiis. Ut animadvertit quæ maxime lethalia essent, ea mortem cum dolore maturare, leniora defici celeritate, transiit ad experiendum bestias. Aspiciebat quum alia aliis admoveretur. Tractabat id quotidie, atque in omnibus pene unicum invenit aspidis morsum citra contractionem membrorum vel gemitum, gravem soporem & torporem inducere, cum faciei molli sudore & sensuum stupore facile elanguescentium, & ægre ferentium, sicut qui somno mersi alto sunt, expergefieri & excitari.

Simul ad Cæsarem legatos in Asiam misere. Petebat Cleopatra liberis suis regnum Ægypti: ille Athenis postulabat, si non daretur in Ægypto, ut privato liceret vitam agere. Amicorum ob transitiones penuria & diffidentia præceptor filiorum ejus Euphronius missus legatus est: nam Laodicensis Alexas, qui Timagenis opera Romæ innotuerat Antonio, & plurimum Græcorum polluerat, fueratque machinamentorum in Antonium Cleopatræ violentissimum, atque inhærentium animo ejus pro Octavia consiliorum expugnator, missus fuit ad retinendam Herodis regis transitionem. Cæterum restitit apud eum prodito Antonio, sustinuitque Herode fretus in Cæsaris venire conspectum. At nihil ei profuit Herodes: verum confestim vinctus atque in patriam suam in compedibus deportatus, ibique Cæsaris jussu necatus est.

τοιαύτην μὲν Ἀλέξας ἔτι ζῶντι δίκην Ἀντωνίῳ τῆς ἀπιστίας ἐξέτισε.

Καῖσαρ δὲ τοὺς μὲν ὑπὲρ Ἀντωνίου λόγους οὐκ ἠνέσχετο, Κλεοπάτραν δὲ ἀπεκρίνατο μηδενὸς ἁμαρτήσεσθαι τῶν ἐπιεικῶν, ἀνελοῦσαν Ἀντώνιον, ἢ ἐκβαλοῦσαν. συνέπεμψε δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ τινὰ τῶν ἀπελευθέρων, Θύρεον, οὐκ ἀνόητον ἄνθρωπον, οὐδὲ ἀπιθάνως ἂν ἀφ' ἡγεμόνος νέου διαλεχθέντα πρὸς γυναῖκα σοβαρὰν, καὶ θαυμαστὸν ὅσον ἐπὶ κάλλους φρονοῦσαν. οὗτος ἐντυγχάνων αὐτῇ μακρότερα τῶν ἄλλων, καὶ τιμώμενος διαφερόντως, ὑπόνοιαν τῷ Ἀντωνίῳ παρέσχε, καὶ συλλαβὼν αὐτὸν ἐμαστίγωσεν, εἶτα ἀφῆκε πρὸς Καίσαρα· γράψας ὡς ἐντρυφῶν καὶ περιφρονῶν παροξύνειεν αὐτὸν, εὐπαρόξυντον ὑπὸ κακῶν ὄντα. σὺ δὲ εἰ μὴ φέρεις τὸ πρᾶγμα, ἔφη, μετρίως, ἔχεις ἐμὸν ἀπελεύθερον Ἵππαρχον, τοῦτον κρεμάσας μαστίγωσον, ἵνα ἴσον ἔχωμεν. ἐκ τούτου Κλεοπάτρα μὲν ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑπονοίας, ἐθεράπευεν αὐτὸν περιττῶς· καὶ τὴν ἑαυτῆς γενέθλιον ταπεινῶς διαγαγοῦσα καὶ ταῖς τύχαις πρεπόντως, τὴν ἐκείνου πᾶσαν ὑπερβαλλομένη λαμπρότητα καὶ πολυτέλειαν ἑώρτασεν, ὥστε πολλοὺς τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον πένητας ἐλθόντας, ἀπελθεῖν πλουσίους. Καίσαρα δὲ Ἀγρίππας ἀνεκαλεῖτο πολλάκις ἀπὸ Ῥώμης γράφων, ὡς τῶν ἐκεῖ πραγμάτων τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ποθούντων.

Ἔσχεν οὖν ἀναβολὴν ὁ πόλεμος τότε· τοῦ δὲ χειμῶνος παρελθόντος, αὖθις ἐπῄει διὰ Συρίας, οἱ δὲ στρατηγοὶ διὰ Λιβύης. ἁλόντος δὲ Πηλουσίου, λόγος

Has Alexas vivo adhuc Antonio pependit perfidiæ pœnas.

Cæsar rejectis Antonii postulatis, Cleopatræ respondit nihil benignitatis ei, si sustulisset vel ejecisset Antonium, defuturum. Misit etiam una libertum suum Thyreum, hominem haud insulsum: qui oratione sua juvenis imperatoris nomine missus inflatam mulierem ac mire formæ causa tumidam posset movere. Hic prolixiore oratione quam alii cum ea agens, & supra modum honoratus ab ea, suspicionem movit Antonio. Itaque corripuit eum & flagellis cecidit, inde remisit ad Cæsarem, scribens insultatione & superbia illius se fuisse irritatum, qui esset ob ærumnas irritabilis. Id tu si fers, inquit, inique, habes libertum meum Hipparchum. Hunc suspensum flagellato, ut par feramus. Mox quo dilueret Cleopatra crimina & suspiciones illius, coluit eum mirifice, ac die suo natali summisse & pro præsenti fortuna acto, natalem illius summo splendore & magnificentia celebravit ut nihil supra; adeo ut multi ad cœnam invitati, qui accesserant inopes, opulenti discesserint. Porro Cæsarem literis ex urbe scriptis subinde revocavit Agrippa, rempub. significans ejus præsentiam postulare.

Unde habuit bellum in præsentia dilationem. Hyeme autem transacta movit iterum in Antonium per Syriam, & duces ejus per Africam. Pelusio capto, rumor

λόγος ἦν ἐνδοῦναι Σέλευκον οὐκ ἀκούσης τῆς Κλεοπάτρας. ἡ δὲ ἐκείνου μὲν γυναῖκα καὶ παῖδας Ἀντωνίῳ κτεῖναι παρεῖχεν· αὐτὴ δὲ θήκας ἔχουσα καὶ μνήματα κατεσκευασμένα περιττῶς εἴς τε κάλλος καὶ ὕψος, ἃ προσῳκοδόμησε τῷ ναῷ τῆς Ἴσιδος, ἐνταῦθα τῶν βασιλικῶν συνεφόρει τὰ πλείστης ἄξια σπουδῆς, χρυσόν, ἄργυρον, σμάραγδον, μαργαρίτην, ἔβενον, ἐλέφαντα, κινάμωμον· ἐπὶ πᾶσι δὲ δᾷδα πολλὴν καὶ στυππεῖον· ὥστε δείσαντα περὶ τῶν χρημάτων Καίσαρα, μὴ τραπομένη πρὸς ἀπόγνωσιν ἡ γυνὴ διαφθείρῃ καὶ καταφλέξῃ τὸν πλοῦτον, ἀεί τινας ἐλπίδας αὐτῇ φιλανθρώπους προσπέμπειν, ἅμα τῷ στρατῷ πορευόμενον ἐπὶ τὴν πόλιν. ἱδρυθέντος δὲ αὐτοῦ περὶ τὸν ἱππόδρομον, Ἀντώνιος ἐπεξελθὼν ἠγωνίσατο λαμπρῶς, καὶ τροπὴν τῶν Καίσαρος ἱππέων ἐποίησεν, καὶ κατεδίωξεν ἄχρι τοῦ στρατοπέδου. μεγαλυνόμενος δὲ τῇ νίκῃ, παρῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κλεοπάτραν κατεφίλησεν ἐν τοῖς ὅπλοις· καὶ τὸν ἠγωνισμένον προθυμότατα τῶν στρατιωτῶν συνέστησεν. ἡ δὲ ἀριστεῖον αὐτῷ θώρακα χρυσοῦν καὶ κράνος ἔδωκεν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὁ ἄνθρωπος λαβὼν ταῦτα, διὰ νυκτὸς ηὐτομόλησεν ὡς Καίσαρα.

Πάλιν δὲ Ἀντώνιος ἔπεμπε, Καίσαρα μονομαχῆσαι προκαλούμενος. ἀποκριναμένου δὲ ἐκείνου, πολλὰς ὁδοὺς Ἀντωνίῳ παρεῖναι θανάτου, συμφρονήσας ὅτι τοῦ διὰ μάχης οὐκ ἔστιν αὐτῷ βελτίων θάνατος, ἔγνω καὶ κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλασσαν ἐπιχειρεῖν. καὶ παρὰ δεῖπνον, ὡς λέγεται, τοὺς οἰκέτας ἐκέλευεν ὑπεγχεῖν καὶ προθυμότερον εὐωχεῖν αὐτόν. ἄδηλον γὰρ εἰ τοῦτο ποι-

ήσουσιν

mor fuit oppidum illud non invita Cleopatra fuisse Cæsari a Seleuco traditum. At Cleopatra dedidit Antonio ad supplicium uxorem illius & liberos. Illa vero conditoria habebat & monumenta eximio artificio & fastigio extructa, quæ Isidis templo adjecerat. Eo ex regiis thesauris pretiosissima quæque congessit, aurum, argentum, smaragdum, unionem, ebenum, ebur, cinamomum: postremo magnam vim tædarum & stuppæ. Unde metuens illis opibus Cæsar, ne eas despondens animum perderet illa & concremaret, ostendit ei assidue, dum cum exercitu ad urbem contendit, benignam spem. Ut consedit ad Hippodromum, erumpens infestus Antonius certavit strenue, atque equitatum Cæsaris profligavit, effusumque egit usque ad castra. Hac elatus victoria, ingressus est regiam, & Cleopatram in armis osculatus est: atque eum qui fortissime dimicaverat, commendavit illi. Cleopatra præmium ei auream loricam & galeam donavit. Iste vero his acceptis transiit nocte ad Cæsarem.

Porro provocavit denuo per nuntios Antonius Cæsarem, ut solus secum certaret: qui respondit, Vias Antonio multas patere ad interitum. Quare considerans non posse quam in prœlio mori se honestius, deliberavit simul terra Cæsarem marique adoriri: atque inter cœnandum, ut fertur, imperavit servis ut propinarent & exciperent epulis se liberalius: incertum esse idemne facturi po-

stridie

ήσουσιν ἄνεμον, ἢ δεσπόταις ἑτέροις ὑπηρετήσουσιν, αὐτὸς δὲ κείσεται σκελετὸς καὶ τὸ μηδὲν γενόμενος. τοὺς δὲ φίλους ἐπὶ τούτοις δακρύοντας ὁρῶν, ἔφη μὴ προάξειν ἐπὶ τὴν μάχην, ἐξ ἧς αὐτῷ θάνατον εὐκλεᾶ μᾶλλον ἢ σωτηρίαν ζητεῖν καὶ νίκην. ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ λέγεται, μεσούσης σχεδὸν, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ κατηφείᾳ τῆς πόλεως διὰ φόβον καὶ προσδοκίαν τοῦ μέλλοντος οὔσης, αἰφνίδιον ὀργάνων τε παντοδαπῶν ἐμμελεῖς φωνὰς ἀκουσθῆναι, καὶ βοὴν ὄχλου μετ' εὐασμῶν καὶ πηδήσεων σατυρικῶν, ὥσπερ θιάσου τινὸς οὐκ ἀθορύβου ἐξελαύνοντος. εἶναι δὲ τὴν ὁρμὴν ὁμοῦ τι διὰ τῆς πόλεως μέσης, ἐπὶ τὴν πύλην ἔξω τὴν τετραμμένην πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ ταύτῃ τὸν θόρυβον ἐκπεσεῖν πλεῖστον γενόμενον. ἐδόκει δὲ τοῖς ἀναλογιζομένοις τὸ σημεῖον ἀπολείπειν ὁ Θεὸς Ἀντώνιον, ᾧ μάλιστα συνεξομοιῶν καὶ συνοικειῶν ἑαυτὸν διετέλεσεν.

Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τὸν πεζὸν αὐτὸς ἐπὶ τῶν πρὸ τῆς πόλεως λόφων ἱδρύσας, ἐθεᾶτο τὰς ναῦς ἀνηγμένας, καὶ τὰς τῶν πολεμίων προσφερομένας καὶ περιμένων ἔργον τι παρ' ἐκείνων ἰδεῖν, ἡσύχαζεν. οἱ δὲ, ὡς ἐγγὺς ἐγένοντο, ταῖς κώπαις ἠσπάσαντο τοὺς Καίσαρος· ἐκείνων δὲ ἀντασπασαμένων μετεβάλλοντο, καὶ πάσαις ἅμα ταῖς ναυσὶν ὁ στόλος εἷς γενόμενος ἐπέπλει πρὸς τὴν πόλιν ἀντίπρωρος. τοῦτο Ἀντώνιος ἰδὼν, ἀπελείφθη μὲν εὐθὺς ὑπὸ τῶν ἱππέων μεταβαλλομένων· ἡττηθεὶς δὲ τοῖς πεζοῖς ἀνεχώρησεν εἰς τὴν πόλιν, ὑπὸ Κλεοπάτρας προδεδόσθαι βοῶν οἷς δι' ἐκείνην ἐπολέμησεν. ἡ δὲ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ φοβηθεῖσα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, εἰς τὸν τάφον κατέφυγε, καὶ τοὺς κατ-

αρ-

stridie essent, an aliis dominis ministraturi; ipse vero exstinctus jaceret & ad nihilum redactus. Amicos ob hæc quum cerneret illacrymari, non ducturum ait se ad pugnam, ex qua mortem gloriosam potius quam salutem & palmam speraret se quæsiturum. Circa noctis illius conticinium fama est, quum silentium & mœstitia ex metu & exspectatione eventus teneret civitatem, repente omnis generis organorum exauditam symphoniam, strepitumque turbæ cum clamore Bacchico & tripudiis Satyricis, velut sacris Liberis patris choro non sine ingenti tumultu erumpente: concessisse hanc turbam media ferme urbe ad portam quæ foras ad hostes ducebat, atque ea cum maxima esset evasisse. Visum est autem prodigium hoc reputantibus, a Deo quem præcipue effingere, & ad quem consueverat se accommodare, esse Antonium destitutum.

Simul atque diluxit, peditem ipse in tumulis pro urbe collocavit. Classem vero in altum provectam atque in hostem spectavit pergentem. Constitit ibi præstolans, ut successum ejus cerneret. Classici postquam remigio appropinquaverunt adversæ classi, salutaverunt Cæsaris milites. Quibus salutem reddentibus, desciverunt ad illos: atque ex omnibus navibus una effecta classis urbem infesta petiit. Dum id contemplatur Antonius, extemplo desertus est ab equitibus, qui transitionem fecere. Peditatu fuso, recepit se in urbem, proditum se a Cleopatra vociferans iis in quos illius causa sumpserat arma. Quæ quum iram ejus & desperationem formidaret, confugit ad monumentum, cata-

ractas-

καταρράκτας ἀφῆκε, κλείθροις καὶ μοχλοῖς καρτεροὺς ὄντας. πρὸς δ' Ἀντώνιον ἔπεμψε τοὺς ἀναγγελοῦντας ὅτι τέθνηκε. πιστεύσας δ' ἐκεῖνος καὶ εἰπὼν πρὸς αὑτόν, Τί ἔτι μέλλεις Ἀντώνιε; τὴν μόνην ἡ τύχη καὶ λοιπὴν ἀφῄρηκε τοῦ φιλοψυχεῖν πρόφασιν· εἰσῆλθεν εἰς τὸ δωμάτιον, καὶ τὸν θώρακα παραλύων καὶ διαστέλλων, Ὦ Κλεοπάτρα, εἶπεν, οὐκ ἄχθομαί σου στερούμενος· αὐτίκα γὰρ εἰς ταὐτὸν ἀφίξομαι· ἀλλ' ὅτι γυναικὸς ὁ τηλικοῦτος αὐτοκράτωρ εὐψυχίᾳ πεφώραμαι λειπόμενος. ἦν δέ τις οἰκέτης αὐτοῦ πιστὸς, Ἔρως ὄνομα. τοῦτον ἐκ πολλοῦ παρακεκληκὼς, εἰ δεήσειεν, ἀνελεῖν αὐτὸν, ἀπῄτει τὴν ὑπόσχεσιν. ὁ δὲ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἀνέσχετο μὲν ὡς παίσων ἐκεῖνον, ἀποστρέψας δὲ τὸ πρόσωπον ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. πεσόντος δ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας, ὁ Ἀντώνιος, Εὖγε, εἶπεν, ὦ Ἔρως· ὅτι μὴ δυνηθεὶς αὐτὸς, ἐμὲ ποιεῖν ὃ δεῖ διδάσκεις· καὶ παίσας διὰ τῆς κοιλίας ἑαυτὸν ἀφῆκεν εἰς τὸ κλινίδιον. ἦν δ' οὐκ εὐθυθάνατος ἡ πληγή. διὸ καὶ τῆς φορᾶς τοῦ αἵματος, ἐπεὶ κατεκλίθη, παυσαμένης ἀναλαβὼν, ἐδεῖτο τῶν παρόντων ἐπισφάττειν αὐτόν. οἱ δ' ἔφυγον ἐκ τοῦ δωματίου, βοῶντος καὶ σφαδάζοντος· ἄχρι οὗ παρὰ Κλεοπάτρας ἧκε Διομήδης ὁ γραμματεὺς, κομίζειν αὐτὸν ὡς ἐκείνην εἰς τὸν τάφον κελευσθείς.

Γνοὺς οὖν ὅτι ζῇ, προθύμως ἐκέλευσεν ἄρασθαι τοῖς ὑπηρέταις τὸ σῶμα, καὶ διὰ χειρῶν προσεκομίσθη ταῖς θύραις τοῦ οἰκήματος. ἡ δὲ Κλεοπάτρα τὰς μὲν θύρας οὐκ ἀνέῳξεν, ἐκ δὲ θυρίδων τινῶν φανεῖσα, σειρὰς καὶ καλώδια καθίει. καὶ τούτοις ἐναψάντων τὸν Ἀντώνιον,

ractasque demisit claustris & repagulis firmatas, ac misit ad Antonium nuntiatum defunctam se esse. Id credens ille, & secum loquutus, Quid ultra moraris Antoni? unicam fortuna & reliquam eripuit tibi trahendi spiritus causam: cubiculum ingreditur, laxansque & aperiens loricam, Non crucior, inquit, Cleopatra, quia te sum orbatus, (mox enim istuc tecum adero) sed quod tantus imperator superari animi celsitudine deprehensus sim a foemina. Erat servus ei fidus, Eros nomine: Hunc jampridem oraverat, si res postularet, ut interficeret ipsum. Tunc exegit promissa. Ille districtum ensem extulit quasi illum icturus: verum averso vultu interemit semetipsum. Quo ad pedes suos collapso, Antonius, Macte Eros, inquit, qui, quod non sustinuisti ipse facere, me quomodo faciendum sit doces. Ita ventrem vulnere confodiens in lectulum demittit se. Ictus non fuit is qui maturaret mortem. Unde cursu sanguinis, postquam decubuit, inhibito refocillatus, oravit assistentes ut se conficerent: illi vero ejecerunt se ex cubiculo, vociferante & discruciante se Antonio, dum Diomedes scriba venit a Cleopatra, jussus eum in monumentum ad illam deportare.

Quam ut cognovit vivere, servis imperavit ardenter, ut tollerent se, ac manibus ad januam aedificii est gestatus. Non reseravit Cleopatra fores, sed ex fenestris spectans restes & funiculos demisit: his annexum Antonium

νιον, ἀνεῖλκεν αὐτὴ καὶ δύο γυναῖκες, ἃς μόνας ἐδέξατο μετ' αὐτῆς εἰς τὸν τάφον. οὐδὲν ἐκείνου λέγουσιν οἰκτρότερον γενέσθαι οἱ παραγενόμενοι θέαμα. πεφυρμένος γὰρ αἵματι καὶ δυσθανατῶν εἵλκετο, τὰς χεῖρας ὀρέγων εἰς ἐκείνην καὶ παραιωρούμενος. οὐ γὰρ ἦν γυναιξὶ ῥᾴδιον τὸ ἔργον, ἀλλὰ μόλις ἡ Κλεοπάτρα ταῖν χεροῖν ἐμπεφυκυῖα καὶ κατατεινομένη τῷ προσώπῳ, τὸν δεσμὸν ἀνελάμβανεν, ἐπικελευομένων τῶν κάτωθεν αὐτῇ καὶ συναγωνιώντων. δεξαμένη δ' αὐτὸν οὕτως, καὶ κατακλίνασα, περιερρήξατο τοὺς πέπλους ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὰ στέρνα τυπτομένη καὶ σπαράττουσα ταῖς χερσὶ, καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ αἵματος ἀναματτομένη, δεσπότην ἐκάλει, καὶ ἄνδρα καὶ αὐτοκράτορα· καὶ μικροῦ δεῖν ἐπιλέληστο τῶν αὐτῆς κακῶν, οἴκτῳ τῶν ἐκείνου. καταπαύσας δὲ τὸν θρῆνον αὐτῆς Ἀντώνιος, ᾔτησεν οἶνον πιεῖν· εἴτε διψῶν, εἴτε συντομώτερον ἐλπίζων ἀπολυθήσεσθαι. πιὼν δὲ, παρῄνεσεν αὐτῇ τὰ μὲν ἑαυτῆς, ἂν ᾖ μὴ μετ' αἰσχύνης, σωτήρια τίθεσθαι, μάλιστα τῶν Καίσαρος ἑταίρων Προκληΐῳ πιστεύουσαν· αὐτὸν δὲ μὴ θρηνεῖν ἐπὶ ταῖς ὑστάταις μεταβολαῖς, ἀλλὰ μακαρίζειν ὧν ἔτυχε καλῶν, ἐπιφανέστατος ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ πλεῖστον ἰσχύσας, καὶ νῦν οὐκ ἀγεννῶς Ῥωμαῖος ὑπὸ Ῥωμαίου κρατηθείς.

Ὅσον δ' ἀπολείποντος αὐτοῦ, Προκλήϊος ἧκε παρὰ Καίσαρος. ἐπεὶ γὰρ ἑαυτὸν πατάξας ὁ Ἀντώνιος ᾤχετο πρὸς Κλεοπάτραν κομιζόμενος, Δερκεταῖός τις τῶν δορυφόρων, λαβὼν τὸ ἐγχειρίδιον αὐτοῦ καὶ ἀποκρύψας, ὑπεξῆλθε, καὶ

nium traxit in altum ipſa & duæ mulieres, quas in monumentum ſolas ſecum duxerat. Nihil aiunt fuiſſe illo ſpectaculo, qui adfuere, lamentabilius. Quippe ſanguine oppletus & animam agens trahebatur, manuſque verſus illam porrigebat, & annitebatur ſuſtollere ſe. Neque enim id mulieribus factu proclive erat: ſed magno labore Cleopatra manibus incumbens & prona facie apprehendit vinculum, excitantibus eam qui infra ſtabant, & ob vicem ejus anxiis. Ut eum hoc modo accepit & depoſuit in lectum, pepla eum lamentans dilaceravit, pectúſque ſuum percutiens & lanians manibus, cruoremque facie abſtergens, dominum, virum, imperatorem appellavit, ac ſuorum pene malorum eſt illius miſeratione oblita. Lenito Antonius ejus dolore, vini hauſtum popoſcit: vel quod ſitiret, vel quod celerius ita exſpiraturum ſe ſperaret. Poſtquam bibit, monuit eam ut rerum ſuarum, ſi abſque turpitudine liceret, conſuleret incolumitati, ac præcipue inter amicos Cæſaris fidem adjungeret Proculeio: ſe vero ob noviſſimam rerum converſionem ne lamentaretur; ſed gratularetur ob bona quæ fuerat conſequutus, quod omnium hominum fuiſſet clariſſimus, & plurimum potuiſſet, atque eo tempore non ignaviter eſſet Romanus a Romano ſuperatus.

Jam efflabat animam quum a Cæſare adfuit Proculeius. Quum enim ſemetipſe Antonius percuſſiſſet, & ferretur ad Cleopatram, Dercetæus quidam ejus ſatelles rapto Antonii pugione reconditoque ſubduxit ſe, cur-

καὶ δραμὼν πρὸς Καίσαρα, πρῶτος ἤγγειλε τὴν Ἀντωνίου τελευτὴν, καὶ τὸ ξίφος ἔδειξεν ᾑμαγμένον. ὁ δὲ ὡς ἤκουσεν, ἐνδοτέρω τῆς σκηνῆς ὑποστὰς, ἀπεδάκρυσεν ἄνδρα κηδεστὴν γενόμενον καὶ συνάρχοντα, καὶ πολλῶν ἀγώνων καὶ πραγμάτων κοινωνόν. εἶτα τὰς ἐπιστολὰς λαβὼν, καὶ τοὺς φίλους καλέσας, ἀνεγίνωσκεν ὡς εὐγνώμονα γράφοντος αὐτοῦ καὶ δίκαια, φορτικὸς ἦν καὶ ὑπερήφανος ἀεὶ περὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐκεῖνος. ἐκ δὲ τούτου τὸν Προκλήϊον ἔπεμψε κελεύσας, ἢν δύνηται, μάλιστα τῆς Κλεοπάτρας ζώσης κρατῆσαι. καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα πρὸς δόξαν ἡγεῖτο τοῦ θριάμβου καταγαγεῖν ἐκείνην. εἰς μὲν οὖν χεῖρας τῷ Προκληΐῳ συνελθεῖν οὐκ ἠθέλησεν· ἐγίνοντο δὲ λόγοι ἐν τῷ οἰκήματι, προσελθόντος ἔξωθεν αὐτοῦ κατὰ θύρας ἐπιπέδους, ἀποκεκλεισμένας μὲν ὀχυρῶς, φωνῇ δὲ δίεξοδον ἐχούσας. καὶ διελέχθησαν, ἡ μὲν αἰτουμένη τὴν βασιλείαν τοῖς παισὶ, ὁ δὲ θαῤῥεῖν καὶ πάντα πιστεύειν Καίσαρι κελεύων.

Ὡς δὲ κατιδὼν τὸν τόπον ἀπήγγειλε Καίσαρι, Γάλλος μὲν ἐπέμφθη πάλιν, ἐντευξόμενος αὐτῇ· καὶ παρὰ τὰς θύρας ἐλθὼν, ἐπίτηδες ἐμήκυνε τὸν λόγον. ἐν τούτῳ δὲ Προκλήϊος κλίμακος προστεθείσης, διὰ τῆς θυρίδος εἰσῆλθεν ᾗ τὸν Ἀντώνιον αἱ γυναῖκες ἐδέξαντο. καὶ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς εὐθὺς, αἷς ἡ Κλεοπάτρα παρειστήκει προσέχουσα τῷ Γάλλῳ, κατέβαινεν, ὑπηρέτας ἔχων δύο μετ' αὐτοῦ. τῶν δὲ συγκαθειργμένων τῇ Κλεοπάτρᾳ γυναικῶν τῆς ἑτέρας ἀνακραγούσης, Τάλαινα Κλεοπάτρα ζωγρῇ· μεταστραφεῖσα καὶ θεασαμένη τὸν Προκλήϊον, ὥρμησεν μὲν αὑτὴν πατάξαι· παρεζωσμένη γὰρ

currensque ad Cæsarem exitum Antonii primus nuntiavit ei, atque ensem ostendit cruentum. Ille accepto hoc nuntio in intimum secessit tabernaculum: ubi illacrimavit Antonio, affini quondam & collegæ suo, multorumque certaminum & rerum socio. Mox sumptis epistolis, accitisque amicis, recitavit eas, ut ostenderet ad lenia & æqua scripta sua quam ille semper respondisset importune & superbè. Inde Proculeium mittit, mandans ut maxime, si queat, Cleopatram redigat vivam in potestatem. Etenim timebat thesauris, & magnificum adornamentum ducebat triumphi, si illam adduxisset. Illa vero congredi ex propinquo abnuit cum Proculeio, sed colloquium cum eo ex illo ædificio habuit assistente foris ad positum in plano ostium, quod firmiter erat obseratum, ut admitti tamen vox posset. In colloquio illa regnum liberis suis petiit: alter bono animo ut esset hortatus est, & omnia permitteret Cæsari.

Ut locum contemplatus Cæsari renuntiavit, iterum missus est ad eam appellandam Gallus. Qui ut venit ad fores, produxit de industria sermonem. Interea Proculeius admotis scalis intravit per fenestram, qua exceperant mulieres Antonium, trahensque secum duos ministros descendit confestim ad ipsas fores, quibus assistebat attendens Gallum Cleopatra. Ubi una ex mulieribus, quæ incluserant se illic cum Cleopatra, exclamavit, Misera Cleopatra, viva in potestatem venis: convertens se cernensque Proculeium, institit seipsam ferire: nam sica erat

γὰρ ἐτύγχανε τῶν λῃστρικῶν ξιφιδίων· προσδραμὼν δὲ ταχὺ, καὶ περισχὼν αὐτὴν ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ὁ Προκλήϊος, Ἀδικεῖς, ἔφη, ὦ Κλεοπάτρα, σεαυτὴν καὶ Καίσαρα, μεγάλην ἀφαιρουμένη χρηστότητος ἐπίδειξιν αὐτοῦ, καὶ διαβάλλουσα τὸν πρᾳότατον ἡγεμόνων, ὡς ἄπιστον καὶ ἀδιάλλακτον. ἅμα δὲ καὶ τὸ ξίφος αὐτῆς παρείλετο, καὶ τὴν ἐσθῆτα, μὴ κρύπτοι τι φάρμακον, ἐξέσεισεν. ἐπέμφθη δὲ καὶ παρὰ Καίσαρος τῶν ἀπελευθέρων Ἐπαφρόδιτος, ᾧ προσετέτακτο ζῶσαν αὐτὴν φυλάττειν, ἰσχυρῶς ἐπιμελόμενον, τἆλλα πρὸς τὸ ῥᾷστον ἐνδιδόναι καὶ ἥδιστον.

Αὐτὸς δὲ Καῖσαρ εἰσήλαυνεν εἰς τὴν πόλιν Ἀρείῳ τῷ φιλοσόφῳ προσδιαλεγόμενος, καὶ τὴν δεξιὰν ἐνδεδωκώς· ἵνα εὐθὺς ἐν τοῖς πολίταις περίβλεπτος εἴη, καὶ θαυμάζοιτο τιμώμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ θεοπρεπῶς. εἰς δὲ τὸ γυμνάσιον εἰσελθὼν καὶ ἀναβὰς ἐπὶ βῆμά τι πεποιημένον, ἐκπεπληγμένων ὑπὸ δέους τῶν ἀνθρώπων, καὶ προσπιπτόντων, ἀναστῆναι κελεύσας, ἔφη πάσης αἰτίας τὸν δῆμον ἀφιέναι, πρῶτον μὲν, διὰ τὸν κτίστην Ἀλέξανδρον· δεύτερον δὲ, τῆς πόλεως θαυμάζων τὸ κάλλος, καὶ τὸ μέγεθος· τρίτον δὲ, Ἀρείῳ τῷ ἑταίρῳ χαριζόμενος. ταύτης δὴ τῆς τιμῆς ἔτυχεν Ἄρειος παρὰ Καίσαρος, καὶ τῶν ἄλλων ἐξῃτήσατο συχνούς· ὧν εἷς ἦν καὶ Φιλόστρατος, ἀνὴρ εἰπεῖν μὲν ἐξ ἐπιδρομῆς τῶν τότε σοφιστῶν ἱκανώτατος, εἰσποιῶν δὲ μὴ προσηκόντως ἑαυτὸν τῇ Ἀκαδημίᾳ. διὸ καὶ Καῖσαρ αὐτοῦ βδελυττόμενος τὸν τρόπον, οὐ προσίετο τὰς δεήσεις. ὁ δὲ πώγωνα πολιὸν καθεὶς, καὶ φαιὸν ἱμάτιον περιβαλλόμενος, ἐξόπισθεν Ἀρείῳ παρηκολούθει, τοῦτον ἀεὶ στίχον ἀναφθεγγόμενος,

Σο-

erat accincta. Cæterum accurrens propere & complexus eam ambabus manibus Proculeius, Injuriam facis, inquit, Cleopatra, & tibi & Cæsari: quæ magno documento eum clementiæ privas, & lenissimo imperatori notam inuris perfidiæ & sævitiæ non placandæ. Simul detrahit ei gladium, vestemque ejus, ne quid tegeret veneni, excutit. Missus etiam a Cæsare libertus ejus est Epaphroditus: cui imperatum, intentissima cura ut vivam custodiret, reliqua haberet quam lenissime & blandissime.

Cæsar urbem invectus est cum Ario philosopho colloquens, dextraque eum tenens, quo tam eximio honore ab ipso cultus, conspicuus civibus & suspiciendus esset. Ingressus gymnasium, conscenso tribunali, quod erectum erat, consternatos metu cives & humi se abjicientes exsurgere jussit, aitque populum se omni noxa liberare, primum Alexandri causa conditoris: deinde urbis tam pulchræ tamque spatiosæ spectaculo ductum, tertio amici gratia Arii. Hoc honore Cæsar Arium dignatus est, multosque precibus ejus condonavit alios: quorum fuit Philostratus unus, dicendi ex tempore illius ætatis sophistarum promptissimus, verum immerito inter Academiæ sectatores se recensebat. Quapropter execrans mores illius Cæsar, rejiciebat preces ejus. Ille barba cana promissa affectabatur atratus a tergo Arium, hunc versum semper repetens,

Sa-

Σοφοὶ σοφοὺς σώζουσιν, ἂν ὦσι σοφοί.

πυθόμενος δὲ Καῖσαρ, καὶ τοῦ φθόνου μᾶλλον Ἄρειον ἢ τοῦ δέους Φιλόστρατον ἀπαλλάξαι βουλόμενος ἀφῆκε.

Τῶν δὲ Ἀντωνίου παίδων, ὁ μὲν ἐκ Φουλβίας Ἄντυλλος ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ παιδαγωγοῦ παραδοθεὶς ἀπέθανε· καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῶν στρατιωτῶν ἀποτεμνόντων, ὁ παιδαγωγὸς ἀφελὼν ὃν ἐφόρει περὶ τῷ τραχήλῳ πολυτιμότατον λίθον, εἰς τὴν ζώνην κατέρραψεν· ἀρνησάμενος δὲ καὶ φωραθεὶς ἀνεσταυρώθη. τὰ δὲ Κλεοπάτρας παιδία φρουρούμενα μετὰ τῶν τρεφόντων ἐλευθέριον εἶχε δίαιταν. Καισαρίωνα δὲ τὸν ἐκ Καίσαρος εἶναι λεγόμενον ἡ μὲν μήτηρ ἐξέπεμψε μετὰ χρημάτων πολλῶν εἰς τὴν Ἰνδικὴν δι᾽ Αἰθιοπίας· ἕτερος δὲ παιδαγωγὸς ὅμοιος Θεοδώρῳ, Ῥόδων, ἀνέπεισεν ἐπανελθεῖν, ὡς Καίσαρος αὐτὸν ἐπὶ βασιλείαν καλοῦντος. βουλευομένου δὲ Καίσαρος, Ἄρειον εἰπεῖν λέγουσιν,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαισαρίη.

Τοῦτον μὲν οὖν ὕστερον ἀπέκτεινε μετὰ τὴν Κλεοπάτρας τελευτήν. Ἀντώνιον δὲ πολλῶν αἰτουμένων θάψαι καὶ βασιλέων καὶ στρατηγῶν, οὐκ ἀφείλετο Κλεοπάτρας τὸ σῶμα Καῖσαρ, ἀλλὰ ἐθάπτετο ταῖς ἐκείνης χερσὶ πολυτελῶς καὶ βασιλικῶς, πᾶσιν ὡς ἐβούλετο χρῆσθαι λαβούσης. ἐκ δὲ λύπης ἅμα τοσαύτης καὶ ὀδύνης (ἀνεφλέγμηνε γὰρ αὐτῆς τὰ στέρνα τυπτομένης καὶ ἥλκωτο) πυρετῶν ἐπιλαβόντων, ἠγάπησε τὴν πρόφασιν, ὡς ἀφεξομένη τροφῆς διὰ τοῦτο, καὶ παραλύσουσα τοῦ ζῆν ἀκωλύτως ἑαυτήν. ἦν δὲ ἰατρὸς αὐ-

Sapiens ſalus ſapienti erit, modo is ſapit.

Id ubi Cæſar audivit, ut Arium invidia magis, quam metu exſolveret Philoſtratum, ignovit homini.

Ex Antonii liberis Antyllus Fulvia natus, quem prodidit pædagogus Theodorus, interfectus eſt. Obtruncantibus eum militibus detraxit ei pædagogus quam collo gerebat, pretioſiſſimam gemmam, eamque inſuit zonæ ſuæ. Id inficiatus & compertus quum eſſet, in crucem eſt actus. Cleopatræ liberi cum nutritiis cuſtoditi & liberaliter habiti. Cæſarionem, qui ex Cæſare dictatore prognatus ferebatur, miſerat mater cum magna pecuniæ ſumma per Æthiopiam in Indiam. Hunc alter ſimilis Theodoro pædagogus Rhodon induxit ad regrediendum, tanquam vocaret eum Cæſar ad regnum. Deliberante de eo Cæſare perhibent Arium dixiſſe,

Cæſaris in multis nomen non expedit eſſe.

Eum igitur poſt ſub Cleopatræ mortem exſtinxit. Antonium multis regibus & ducibus petentibus funerare, non ademit corpus Cæſar Cleopatræ: ſed illius manibus eſt humatus ſplendide & regaliter, omniaque ei, quibus uti voluit, permiſſa. Ex tanto ſimul mœrore & dolore (nam pectus ejus ex verberibus inflammatum & exulceratum fuerat) febre correpta, id velamentum arripuit læta, quaſi ideo temperatura cibo & vitam libere poſitura. Medicum habebat fami-

αὐτῇ συνήθης, Ὄλυμπος, ᾧ φράσασα τἀληθὲς, ἐχρῆτο συμβούλῳ καὶ συνεργῷ τῆς καθαιρέσεως, ὡς αὐτὸς ὁ Ὄλυμπος εἴρηκεν, ἱστορίαν τινὰ τῶν πραγμάτων τούτων ἐκδεδωκώς· ὑπονοήσας δὲ Καῖσαρ, ἀπειλάς μέν τινας αὐτῇ καὶ φόβους περὶ τῶν τέκνων προσέβαλεν, οἷς ἐκείνη καθάπερ μηχανήμασιν ὑπερείπετο, καὶ παρεδίδου τὸ σῶμα θεραπεύειν καὶ τρέφειν τοῖς χρῄζουσιν.

Ἧκε δὲ καὶ αὐτὸς ἡμέρας ὀλίγας διαλιπὼν, ἐντευξόμενος αὐτῇ καὶ παρηγορήσων. ἡ δὲ ἔτυχε μὲν ἐν στιβάδι κατακειμένη ταπεινῶς· εἰσιόντι δ' αὐτῷ μονοχίτων ἀναπηδήσασα προσπίπτει, δεινῶς μὲν ἐξηγριωμένη κεφαλὴν καὶ πρόσωπον, ὑπότρομος δὲ τῇ φωνῇ, καὶ συντετηκυῖα ταῖς ὄψεσιν. ἦν δὲ πολλὰ καὶ τῆς περὶ τὸ στέρνον αἰκίας καταφανῆ· καὶ ὅλως οὐθὲν ἐδόκει τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἔχειν βέλτιον. ἡ μέντοι χάρις ἐκείνη καὶ τὸ τῆς ὥρας ἰταμὸν οὐ κατέσβεστο παντάπασιν, ἀλλὰ καίπερ οὕτως διακειμένη, ἔνδοθέν ποθεν ἐξέλαμπε καὶ συνεπεκφαίνετο τοῖς κινήμασι τοῦ προσώπου. κελεύσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος αὐτὴν κατακλιθῆναι, καὶ πλησίον αὐτοῦ καθίσαντος, ἥψατο μέν τινος δικαιολογίας, εἰς ἀνάγκην καὶ φόβον Ἀντωνίου τὰ πεπραγμένα τρεπούσης. ἐνισταμένου δὲ πρὸς ἕκαστον αὐτῇ τοῦ Καίσαρος, ἐξελεγχομένη ταχὺ πρὸς οἶκτον μεθηρμόσατο καὶ δέησιν, ὡς δή τις μάλιστα τοῦ ζῆν περιεχομένη. τέλος δὲ, τοῦ πλήθους τῶν χρημάτων ἀναγραφὴν ἔχουσα προσέδωκεν αὐτῷ· Σελεύκου δέ τινος τῶν ἐπιτρόπων ἐλέγχοντος ὡς ἔνια κρύπτουσαν καὶ διακλέπτουσαν, ἀναπηδήσασα, καὶ τῶν τριχῶν αὐτοῦ λαβομένη, πολλὰς ἐνεφόρει

ταῖς

familiarem Olympum, quem prodita ei veritate consiliarium & adjutorem ad tabem sibi inducendam adhibuit, ut ipse scriptum reliquit Olympus, qui edidit harum rerum historiam. Odoratus rem Cæsar, objecit ei minas & terrores de liberis: quibus illa sicut machinis expugnata est, permisitque corpus suum omnibus pro arbitrio curare & alere.

Venit etiam paucis diebus post ipse ad eam appellandam & consolandam. Jacebat forte illa in toro sordide. Quo ingresso, una velata tunica exiliit, abjecitque se ad pedes ejus, capite & facie mire fœdata, tremula voce atque oculis tabidis. Multæ quoque vibices in pectore ejus conspiciebantur. Brevi nihilo videbatur corpus ejus animo habere melius. At gratiæ illæ & formæ protervitas non erat semel exstincta: sed ex ea licet ita affecta elucebat intrinsecus aliquatenus, & cum vultus motibus effulgebat. Quum eam jussisset Cæsar decumbere, & juxta assedisset, attigit illa nonnullam excusationem, ea quæ facta essent in vim & metum Antonii deflectens: quam confutante in singulis Cæsare ac coarguente, divertit protinus ad misericordiam exposcendam & ad preces, quasi summopere concupisceret vivere. Postremo numeri thesauri breviarium, quod habebat, tradidit ei. Quum Seleucus, unus procuratorum, argueret eam quod reconderet & supprimeret nonnulla: exsiliens & in capillum hujus involans, multis

plagis

τοῦ προσώπου πληγάς. τοῦ δὲ Καίσαρος μειδιῶντος, καὶ καταπαύοντος αὐτὴν, ἀλλ᾽ οὐ δεινὸν, εἶπεν, ὦ Καῖσαρ, εἰ σὺ μὲν ἠξίωσας ἀφικέσθαι πρὸς ἐμὲ καὶ προσειπεῖν οὕτω πράττουσαν, οἱ δὲ δοῦλοί μου κατηγοροῦσιν, εἴ τι τῶν γυναικείων ἀπεθέμην οὐκ ἐμαυτῇ δήπουθεν ἡ τάλαινα κόσμον, ἀλλ᾽ ὅπως Ὀκταβίᾳ καὶ Λιβίᾳ τῇ σῇ μικρὰ δοῦσα, δι᾽ ἐκείνων ἵλεω σου τύχοιμι καὶ πρᾳοτέρου. τούτοις ὁ Καῖσαρ ἥδετο, παντάπασιν αὐτὴν φιλοψυχεῖν οἰόμενος. εἰπὼν οὖν ὅτι καὶ ταῦτα ἐπιτρέπει, καὶ τἄλλα πάσης ἐλπίδος αὐτῇ χρήσεται λαμπρότερον, ᾤχετο ἀπιὼν, ἐξηπατηκέναι μὲν οἰόμενος, ἐξηπατημένος δὲ μᾶλλον.

Ἦν δὲ Κορνήλιος Δολοβέλλας ἐπιφανὴς νεανίσκος ἐν τοῖς Καίσαρος ἑταίροις· οὗτος εἶχε πρὸς τὴν Κλεοπάτραν οὐκ ἀηδῶς, καὶ τότε χαριζόμενος αὐτῇ δεηθείσῃ κρύφα πέμψας ἐξήγγειλεν, ὡς αὐτὸς μὲν ὁ Καῖσαρ ἀναζεύγνυσι πεζῇ διὰ Συρίας, ἐκείνην δὲ μετὰ τῶν τέκνων ἀποστέλλειν εἰς τρίτην ἡμέραν ἔγνωκεν. ἡ δὲ ἀκούσασα ταῦτα, πρῶτον μὲν ἐδεήθη Καίσαρος, ὅπως αὐτὴν ἐάσῃ χοὰς ἐπενεγκεῖν Ἀντωνίῳ· καὶ συγχωρήσαντος, ἐπὶ τὸν τάφον κομισθεῖσα καὶ περιπεσοῦσα τῇ σορῷ μετὰ τῶν συνήθων γυναικῶν, Ὦ φίλε Ἀντώνιε, εἶπεν, ἔθαπτον μέν σε πρώην ἔτι χερσὶν ἐλευθέραις, σπένδω δὲ νῦν αἰχμάλωτος οὖσα, καὶ φρουρουμένη μήτε κοπετοῖς μήτε θρήνοις αἰκίσασθαι τὸ δοῦλον τοῦτο σῶμα, καὶ τηρούμενον ἐπὶ τοὺς κατὰ σοῦ θριάμβους. ἄλλας δὲ μὴ προσδέχου τιμὰς ἢ χοάς· ἀλλ᾽ αὗταί σοι τελευταῖαι, Κλεοπάτρας ἀγομένης. ζῶντας μὲν γὰρ ἡμᾶς οὐθὲν ἀλλήλων διέστησεν, κινδυνεύομεν δὲ τῷ θανάτῳ

plagis os ejus contudit. Subridente Cæsare atque illam reprimente, Nonne grave, inquit, Cæsar, est, quum tu invisere me hoc in statu & appellare sis dignatus, a servis me meis deferri, siquid reposui muliebre, non mihi sane miseræ mundum: sed quo pauca munera Octaviæ & Liviæ tuæ feram, ut placatum te per illas & clementiorem habeam? His gavisus est Cæsar, omnino illam existimans teneri cupiditate vitæ. Igitur Cæsar ubi ostendit & hæc ei concedere se, cæteraque supra omnem spem cum ea melius acturum, digressus decepisse arbitrabatur se eam: at magis deceptus ipse est.

Cornelius Dolabella erat nobilis juvenis inter Cæsaris amicos: hic Cleopatram benevolo respiciens animo, precanti tunc hoc dedit beneficii, ut per internuntium clam ei significaret Cæsarem ipsum pedibus decessurum per Syriam, ipsam vero cum liberis statuisse post triduum in Italiam mittere. Quo intellecto, primum Cæsarem oravit ut sibi inferias dare permitteret Antonio. Annuente illo, ubi ad monumentum est perlata, incumbens cum familiaribus mulieribus in tumulum, Nuper te, inquit, liberis adhuc manibus, chare Antoni, funeravi, nunc parento captiva & custodita, ne planctibus & lamentationibus suggillem servile hoc corpus, quod ad triumphum de te servatur. Alios honores vel justa ne exspectaveris, verum hæc tibi a Cleopatra, quæ abducitur, sunt novissima. Vivos nos nihil distraxit, nunc vero morte videmur com-

νάτῳ διαμείψασθαι τοὺς τόπους· σὺ μὲν ὁ Ῥωμαῖος, ἐνταῦθα κείμενος, ἐγὼ δ' ἡ δύστηνος, ἐν Ἰταλίᾳ, τοσοῦτο τῆς σῆς μεταλαβοῦσα χώρας μόνον. ἀλλ' εἰ δή τις τῶν ἐκεῖ Θεῶν ἀλκὴ καὶ δύναμις (οἱ γὰρ ἐνταῦθα προὔδωκαν ἡμᾶς) μὴ πρόῃ ζῶσαν τὴν σεαυτοῦ γυναῖκα, μηδ' ἐν ἐμοὶ περιίδῃς θριαμβευόμενον σεαυτὸν, ἀλλ' ἐνταῦθά με κρύψον μετὰ σεαυτοῦ καὶ συνθάψον, ὡς ἐμοὶ μυρίων κακῶν ὄντων, οὐδὲν οὕτω μέγα καὶ δεινόν ἐστιν, ὡς ὁ βραχὺς οὗτος χρόνος ὃν σοῦ χωρὶς ἔζηκα.

Τοιαῦτα ὀλοφυραμένη, καὶ στέψασα καὶ κατασπασαμένη τὴν σορὸν, ἐκέλευσεν αὐτῇ λουτρὸν γενέσθαι. λουσαμένη δὲ καὶ κατακλιθεῖσα λαμπρὸν ἄριστον ἠρίστα. καί τις ἧκεν ἀπ' ἀγροῦ κίστην τινὰ κομίζων· τῶν δὲ φυλάκων ὅ, τι φέροι πυνθανομένων, ἀνοίξας, καὶ ἀφελὼν τὰ θρία, σύκων περίπλεω τὸ ἀγγεῖον ἔδειξε. θαυμασάντων δὲ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, μειδιάσας παρεκάλει λαβεῖν· οἱ δὲ πιστεύσαντες ἐκέλευον εἰσενεγκεῖν. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἡ Κλεοπάτρα δέλτον ἔχουσα γεγραμμένην καὶ κατασεσημασμένην, ἀπέστειλε πρὸς Καίσαρα, καὶ τοὺς ἄλλους ἐκποδὼν ποιησαμένη, πλὴν τῶν δυοῖν ἐκείνων γυναικῶν, τὰς θύρας ἔκλεισε. Καῖσαρ δὲ λύσας τὴν δέλτον, ὡς ἐνέτυχε λιταῖς καὶ ὀλοφυρμοῖς δεομένης αὐτῆς σὺν Ἀντωνίῳ θάψαι, ταχὺ συνῆκε τὸ πεπραγμένον. καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸς ὥρμησε βοηθεῖν, ἔπειτα τοὺς σκεψομένους κατὰ τάχος ἔπεμψεν. ἐγεγόνει δὲ ὀξὺ τὸ πάθος. δρόμῳ γὰρ ἐλθόντες, καὶ τοὺς μὲν φυλάσσοντας οὐδὲν ᾐσθημένους καταλαβόντες, τὰς δὲ θύρας ἀνοίξαντες, εὗρον αὐτὴν τεθνηκυῖαν, ἐν χρυσῇ κατακειμένην κλίνῃ,

commutaturi loca: tu ut Romanus hic jaceas, infelix ego illic in Italia, hactenus modo patriae particeps tuae. At siquid istic numina valent & possunt, (nam nostrates nos Dii prodidere) noli deserere vivam tuam conjugem, neque in me permitte triumphum duci de te, sed hic me tecum abde & conde: nam mihi ex infinitis malis nihil tam grave vel acerbum est, quam breve hoc tempus quod te sine vixi.

His editis lamentis, postquam coronas & oscula tumulo tulit, praecepit sibi parari balneum. Lota accubuit & splendide est epulata. Tum cistam quidam rure veniens attulit. Percunctantibus quid ferret satellitibus, aperiens & auferens folia cophinum plenum ficorum ostendit. Mirantes speciem & magnitudinem arridens invitavit ut sumerent. Illi nihil suspicati, jusserunt ficos eum intro ferre. Sub prandium tabulas, quas scriptas & consignatas habebat, misit Cleopatra ad Caesarem: tum omnibus ejectis reliquis praeter duas illas foeminas, obdidit fores. Solutis tabulis Caesar ut obsecrationes & questus legit, precantis ut apud Antonium conderetur, intellexit illico quid gestum esset. Ac primum instituit illuc ipse accurrere, deinde spectatum propere misit quid rei esset: verum momento transactum cum illa fuerat. Nam cursu illuc profecti, & stationem nihil offendentes sensisse, reserata janua defunctam invenerunt, & in aureo jacentem lecto,

νην, κεκοσμημένην βασιλικῶς. τῶν δὲ γυναικῶν ἡ μὲν Εἰρὰς λεγομένη πρὸς τοῖς ποσὶν ἀπέθνησκεν, ἡ δὲ Χάρμιον, ἤδη σφαλλομένη καὶ καρηβαροῦσα, κατεκόσμει τὸ διάδημα περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. εἰπόντος δέ τινος ὀργῇ, Καλὰ ταῦτα Χάρμιον· Κάλλιστα μὲν οὖν, ἔφη, καὶ πρέποντα τῇ τοσούτων ἀπογόνῳ βασιλέων. πλέον δ' οὐδὲν εἶπεν, ἀλλ' αὐτοῦ παρὰ τὴν κλίνην ἔπεσε.

Dionysius autem tentandi causa misit primum ad Dionem seorsum legatos. Deinde quum dixisset ille, ut publice cum Syracusanis, qui liberi erant, agerent: lenia postulata tyranni legati proposuerunt, vectigalium remissionem pollicentis & militiæ vacationem per bella quæ ipsi comprobassent. Deriserunt hæc Syracusani. Dion vero respondit legatis, ne quid cum Syracusanis Dionysius ageret, nisi deponeret imperium. Id si deposuisset, quibus ei foret opus, & siquid posset ipse præterea, quod æquum foret, memorem se propinquitatis confecturum. Probavit ea Dionysius, ac legatos denuo misit, petens ut mitterentur in arcem aliquot Syracusani, quibuscum de rebus communibus ageret: partimque persuaderet iis, partim persuaderi sibi pateretur. Missi sunt certi ad eum quos probavit Dion. Jam magnus rumor ex arce ad Syracusanos deferebatur abiturum tyrannide Dionysium, idque sui magis quam Dionis gratia. Verum dolus erat & simulatio hæc tyranni, ac fraudulenta in Syra-

καὶ τῶν Συρακουσίων. τοὺς μὲν γὰρ ἐλθόντας πρὸς αὐτὸν ἐκ πόλεως συγκλείσας εἶχεν· τοὺς δὲ μισθοφόρους πρὸς ὄρθρον ἐμπλήσας ἀκράτου, δρόμῳ πρὸς τὸ περιτείχισμα τῶν Συρακουσίων ἀφῆκεν. γενομένης δὲ τῆς προσβολῆς ἀνελπίστου, καὶ τῶν βαρβάρων θράσει πολλῷ καὶ θορύβῳ καθαιρούντων τὸ διατείχισμα, καὶ τοῖς Συρακουσίοις ἐπιφερομένων, οὐδεὶς ἐτόλμα μένων ἀμύνεσθαι, πλὴν οἱ ξένοι τῶν Δίωνος· οἳ πρῶτον αἰσθόμενοι τὸν θόρυβον ἐξεβοήθησαν. οὐδ' οὗτοι δὲ τῆς βοηθείας τὸν τρόπον συνεφρόνουν, οὐδ' εἰσήκουον ὑπὸ κραυγῆς καὶ πλάνης τῶν φευγόντων Συρακουσίων, ἀναπεφυρμένων αὐτοῖς, καὶ διεκθεόντων· πρίν γε δὴ Δίων, ἐπεὶ λέγοντος οὐδεὶς κατήκουεν, ἔργῳ τὸ πρακτέον ὑφηγήσασθαι βουλόμενος, ἐμβάλλει πρῶτος εἰς τοὺς βαρβάρους, καὶ γίνεται περὶ αὐτὸν ὀξεῖα καὶ δεινὴ μάχη, γινωσκόμενον οὐχ ἧττον ὑπὸ τῶν πολεμίων ἢ τῶν φίλων. ὥρμησαν γὰρ ἅμα πάντες ἐμβοήσαντες. ὁ δ' ἦν μὲν ἤδη βαρύτερος δι' ἡλικίαν ἢ κατὰ τοιούτους ἀγῶνας, ἀλκῇ δὲ καὶ θυμῷ προσφερομένους ὑφιστάμενος καὶ ἀνακόπτων, τιτρώσκεται λόγχῃ τὴν χεῖρα, πρὸς δὲ τὰ ἄλλα βέλη καὶ τὰς ἐκ χειρὸς πληγὰς μόλις ὁ θώραξ ἤρκεσεν διὰ τῆς ἀσπίδος δόρασι πολλοῖς καὶ λόγχαις τυπτόμενος· ὧν κατακλασθέντων κατέπεσεν ὁ Δίων, εἶτα ἀναρπασθεὶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, ἐκείνοις μὲν ἡγεμόνα Τιμωνίδην ἐπέστησεν· αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν ἵππῳ περιελαύνων, τούς τε Συρακουσίους ἔπαυε φυγῆς, καὶ τῶν ξένων τοὺς φυλάττοντας τὴν Ἀχραδινὴν ἀναστήσας, ἐπῆγε τοῖς βαρβάροις ἀκμῆτας ἐκπεπονημένοις, καὶ προθύμους ἀπαυ-

cuſanos machinatio: ſiquidem vinxit cives qui fuerant ad ipſum miſſi, & mercenarios primo diluculo impletos mero immiſit magno impetu in murum quo Syracuſani clauſerant arcem. Quum inexſpectata fieret oppugnatio, barbarique magna ferocitate & ſtrepitu diſturbarent murum, atque in Syracuſanos incurrerent: nemo conſiſtere ad repellendos hoſtes ſuſtinuit præter Dionis externos milites. Qui ut primum ſenſerunt tumultum, accurrerunt ad ferendam opem. Cæterum ne hi quidem quemadmodum ſuccurrerent, expediebant, neque exaudiebant ob plangorem & diſcurſum fugientium Syracuſanorum ipſis permiſtorum, & per ipſos perrumpentium: donec Dion, quando audiebat nemo loquentem, facto volens quid agendum eſſet præcipere, princeps ſe in barbaros infert, editurque circa eum acris & vehemens pugna: quod non ſecus ab hoſtibus quam ab amicis cognoſceretur. Omnes enim ſublato clamore impreſſionem in eum dedere. Erat ob ætatem jam gravior quam pro talibus certaminibus Dion: ſed dum virtute & animo inferentes ſe ſubſiſtit & obtruncat, haſta vulneratur in manu. Adverſus cætera tela & ictus, qui comminus fuerunt inflicti, reſtitit ægre lorica ejus crebris jaculis & haſtis per clypeum percuſſa, quibus confractis concidit Dion. Is de medio a militibus ablatus, præfecit eis Timonidem. Ipſe equo urbem circumvectus & fugam repreſſit Syracuſanorum, & externos milites, quos Achradinæ pro præſidio ad eam tuendam impoſuerat, evocavit: integroſque & alacres in barbaros induxit defeſſos & fatiſcentes ad

ἀπαυδῶσιν ἤδη πρὸς τὴν πεῖραν. ἐλπίσαντες γὰρ ἅμα τῇ πρώτῃ ῥύμῃ τὴν πόλιν ἅπασαν ἐξ ἐπιδρομῆς καθέξειν, εἶτα παρὰ δόξαν ἐντυγχάνοντες ἀνδράσι πλήκταις καὶ μαχίμοις, ἀνεστέλλοντο πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ὡς ἐνέδωκαν, ἐπικειμένων τῶν Ἑλλήνων, τραπόμενοι κατεκλείσθησαν εἰς τὸ τεῖχος, ἑβδομήκοντα μὲν καὶ τέσσαρας ἀποκτείναντες τῶν μετὰ Δίωνος, ἑαυτῶν δὲ πολλοὺς ἀποβαλόντες.

Γενομένης δὲ λαμπρᾶς τῆς νίκης, οἱ μὲν Συρακούσιοι τοὺς ξένους ἑκατὸν μναῖς ἐστεφάνωσαν, οἱ δὲ ξένοι Δίωνα χρυσῷ στεφάνῳ. κήρυκες δὲ παρὰ τοῦ Διονυσίου κατέβαινον, ἐπιστολὰς πρὸς Δίωνα παρὰ τῶν οἰκείων γυναικῶν κομίζοντες. μία δ' ἦν ἔξωθεν ἐπιγεγραμμένη τῷ πατρὶ, παρ' Ἱππαρίνου· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τοῦ Δίωνος υἱῷ. καίτοι φησὶ Τίμαιος Ἀρεταῖον αὐτὸν ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἀρετῆς καλεῖσθαι. Τιμωνίδῃ δὲ μᾶλλον, ὡς οἴομαι, περί γε τούτων πιστευτέον, ἀνδρὶ φίλῳ καὶ συστρατιώτῃ Δίωνος. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι τοῖς Συρακουσίοις ἀνεγνώσθησαν ἐπιστολαὶ, πολλὰς ἱκεσίας καὶ δεήσεις ἔχουσαι παρὰ τῶν γυναικῶν· τὴν δὲ παρὰ τοῦ παιδὸς εἶναι δοκοῦσαν οὐκ ἐώντων φανερῶς λυθῆναι, βιασάμενος ὁ Δίων ἔλυσεν. ἦν δὲ παρὰ τοῦ Διονυσίου, τοῖς μὲν γράμμασι πρὸς τὸν Δίωνα, τοῖς δὲ πράγμασι πρὸς τοὺς Συρακουσίους διαλεγομένου· σχῆμα μὲν ἔχουσα δεήσεως καὶ δικαιολογίας, συγκειμένη δὲ πρὸς διαβολὴν τοῦ Δίωνος. ὑπομνήσεις τε γὰρ ἦσαν ὧν ὑπὲρ τῆς τυραννίδος ἔπραξε προθύμως, καὶ κατὰ τῶν φιλτάτων ἀπειλαὶ σωμάτων, ἀδελφῆς καὶ τέκνου καὶ γυναικὸς, ἐπισκήψεις τε δειναὶ μετ' ὀλοφυρμῶν· καὶ τὸ μάλιστα κινῆσαν αὐτὸν,

ad urgendum cœptum suum. Qui enim speraverant prima irruptione urbem totam se ex incursu occupaturos, ubi inde incurrerunt præter exspectationem in milites impigros & bellicosos, pedem retulerunt ad arcem. Quos inclinatos quum urgerent acrius Græci, fugati atque intra muros suos sunt redacti. Occiderunt ex Dionis militibus septuaginta quatuor: de suis magnum numerum desideravere.

Cujus causa victoriæ, quæ extitit insignis, Syracusani donaverunt externos milites centum minis, illi Dionem aurea corona. Jam caduceatores ab Dionysio aderant cum epistolis, quas ad Dionem scripserant fœminæ propinquæ. Una inscriptionem foris habebat, Patri ab Hipparino. Id nomen fuit Dionis filio, licet Aretæum illum dicat Timæus ex matris Aretes nomine nuncupatum: verum in his Timonidi sane, meo judicio, qui amicus Dionis & commilito fuit, est credendum. Cæteræ apud Syracusanos recitatæ epistolæ sunt, quæ multas obsecrationes precesque continebant mulierum: illam vero quam filii apparebat esse non permittentibus solvi publice Syracusanis, Dion invitis illis solvit. Dionysii erat, verbis quidem Dionem, sed re Syracusanos alloquentis. Habebat illa quidem precum & causationis speciem, sed erat ad invidia premendum composita Dionem. Commemorationes enim complectabatur eorum, quæ pro tyrannide gessisset strenue, minas adversus charissima pignora, sororem, filium, conjugem, miserasque admista lamentatione obtestationes: &, quod commovit eum maxime,

αὐτὸν, ἀξιοῦντος μὴ καθαιρεῖν ἀλλὰ παραλαμβάνειν τὴν τυραννίδα, μηδ' ἐλευθεροῦν μισοῦντας ἀνθρώπους καὶ μνησικακοῦντας, ἀλλ' αὐτὸν ἄρχειν, παρέχοντα τοῖς φίλοις καὶ οἰκείοις τὴν ἀσφάλειαν.

Ἀναγινωσκομένων δὲ τούτων, οὐχ, ὅπερ ἦν δίκαιον, εἰσῄει τοῖς Συρακουσίοις ἐκπλήττεσθαι τὴν ἀπάθειαν καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν τοῦ Δίωνος ὑπὲρ τῶν καλῶν καὶ δικαίων ἀπισχυριζομένου πρὸς τοιαύτας οἰκειότητας, ἀλλ' ὑποψίας καὶ φόβου λαβόντες ἀρχὴν, ὡς μεγάλης οὔσης ἀνάγκης ἐκείνῳ φείδεσθαι τοῦ τυράννου, πρὸς ἑτέρους ἤδη προστάτας ἀπέβλεπον· καὶ μάλιστα πυνθανόμενοι καταπλεῖν Ἡρακλείδην, ἀνεπτοήθησαν. ἦν δὲ τῶν φυγάδων Ἡρακλείδης, στρατηγικὸς μὲν ἄνθρωπος, καὶ γνώριμος ἀφ' ἡγεμονίας ἣν ἔσχε παρὰ τοῖς τυράννοις· οὐκ ἀραρὼς δὲ τὴν γνώμην, ἀλλὰ πρὸς πάντα κοῦφος, ἥκιστα δὲ βέβαιος ἐν κοινωνίᾳ πραγμάτων ἀρχὴν ἐχόντων καὶ δόξαν. οὗτος ἐν Πελοποννήσῳ πρὸς Δίωνα στασιάσας, ἔγνω καθ' αὐτὸν ἰδιόστολος πλεῖν ἐπὶ τὸν τύραννον, εἴς τε Συρακούσας ἀφικόμενος ἑπτὰ τριήρεσι καὶ τρισὶ πλοίοις, Διονύσιον μὲν αὖθις εὗρε περιτετειχισμένον, ἐπηρμένους δὲ τοὺς Συρακουσίους. εὐθὺς οὖν ὑπεδύετο τὴν τῶν πολλῶν χάριν, ἔχων μέν τι καὶ φύσει πιθανὸν καὶ κινητικὸν ὄχλου θεραπεύεσθαι ζητοῦντος· ὑπολαμβάνων δὲ καὶ μετάγων ῥᾷον αὐτοὺς, οἳ τὸ σεμνὸν τοῦ Δίωνος, ὡς βαρὺ καὶ δυσπολίτευτον, ἀπεστρέφοντο, διὰ τὴν γεγενημένην ἐκ τοῦ κρατεῖν ἄνεσιν καὶ θρασύτητα πρὸ τοῦ δῆμος εἶναι τὸ δημαγωγεῖσθαι θέλοντες.

Καὶ

xime, petebat ne everteret, sed susciperet tyrannidem: neque infestis ipsi hominibus & præteritarum injuriarum memoribus restitueret libertatem, verum acciperet ipse dominatum, præstaretque amicis & necessariis securitatem.

His recitatis non subiit, ut par erat, Syracusanis immotum animum & celsum obstupescere Dionis: qui pro honesto & virtute renitebatur adversus ejuscemodi necessitudines: sed suspicionis & formidinis inde sumentes exordium, quasi arctis vinculis ille constringeretur ad parcendum tyranno, verterunt jam ad alios duces, ac potissimum nuntiato advenire Heraclidem, gestiere. Erat inter exules Heraclides, scientiæ militaris peritus, atque ex præfectura quam sub tyrannis habuerat celebris, verum consilio instabili atque ad omnia mobili, minime vero in imperii & honoris societate firmus. Hic in Peloponneso a Dione dissentiens propria classe statuit movere in tyrannum. Qui ubi Syracusas septem triremibus & navigiis tribus appulit, Dionysium offendit iterum circumvallatum & sublatos animis Syracusanos. Mox igitur captavit multitudinis gratiam: qui quum natura vim haberet pelliciendi & mulcendi quærentem blandimenta plebem, extemplo subiit traduxitque ad se eos qui Dionis ut gravem & minime popularem aversabantur majestatem, malebantque se ob licentiam & ferociam ex victoria assumptam concionatorum agi obsequiis, ut fieri solet in populis liberis, antequam liberi essent.

Ac

Καὶ πρῶτον μὲν εἰς ἐκκλησίαν ἀφ' αὑτῶν συνδραμόντες, εἵλοντο τὸν Ἡρακλείδην ναύαρχον. ἐπεὶ δὲ Δίων παρελθὼν ᾐτιᾶτο τὴν ἐκείνῳ διδομένην ἀρχὴν, ἀφαίρεσιν εἶναι τῆς πρότερον αὐτῷ δεδομένης· οὐκ ἔτι γὰρ αὐτοκράτωρ μένειν, ἂν ἄλλος ἡγῆται τῶν κατὰ θάλασσαν· ἄκοντες οἱ Συρακούσιοι πάλιν ἀπεψηφίσαντο τὸν Ἡρακλείδην. γενομένων δὲ τούτων, μεταπεμψάμενος αὐτὸν ὁ Δίων οἴκαδε, καὶ μικρὰ μεμψάμενος, ὡς οὐ καλῶς οὐδὲ συμφερόντως ὑπὲρ δόξης στασιάζοντα πρὸς αὐτὸν ἐν καιρῷ ῥοπῆς ὀλίγης δεομένῳ πρὸς ἀπώλειαν, αὖθις ἐκκλησίαν αὐτὸς συναγαγὼν, ναύαρχον ἀπέδειξεν τὸν Ἡρακλείδην, καὶ τοῦ σώματος ἔπεισε φυλακὴν δοῦναι τοὺς πολίτας, ὥσπερ αὐτὸς εἶχεν. ὁ δὲ τῷ μὲν λόγῳ καὶ τῷ σχήματι τὸν Δίωνα θεραπεύων, καὶ χάριν ὁμολογῶν ἔχειν, παρηκολούθει ταπεινὸς, ὑπηρετῶν τὸ κελευόμενον· κρύφα δὲ τοὺς πολλοὺς καὶ νεωτεριστὰς διαφθείρων καὶ ὑποκινῶν, θορύβοις τὸν Δίωνα περιέβαλλεν, εἰς ἅπασαν ἀπορίαν καθιστάμενον. εἴτε γὰρ ἀφιέναι κελεύοι Διονύσιον ὑπόσπονδον ἐκ τῆς ἄκρας, διαβολὴν εἶχε φείδεσθαι καὶ περισώζειν ἐκεῖνον· εἴτε λυπεῖν μὴ βουλόμενος, ἐπὶ τῆς πολιορκίας ἡσυχάζοι, διατηρεῖν ἐδόκει τὸν πόλεμον, ὡς μᾶλλον ἄρχοι καὶ καταπλήττοιτο τοὺς πολίτας.

Ἦν δέ τις Σῶσις, ἄνθρωπος ἐκ πονηρίας καὶ θρασύτητος εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Συρακουσίοις, περιουσίαν ἡγούμενος ἐλευθερίας, τὸ μέχρι τοιούτων ἀνεῖσθαι τὴν παῤῥησίαν. οὗτος ἐπιβουλεύων Δίωνι, πρῶτον μὲν ἐκκλησίας οὔσης ἀναστὰς, πολλὰ τοὺς Συρακουσίους ἐλοιδόρησεν, εἰ μὴ συνιᾶσιν ὡς ἐμπλήκτου

καὶ

Ac primum ad concionem ultro concurrentes designaverunt Heraclidem navarchum: at postquam superveniens Dion datam illi præfecturam conquestus est prioris sibi datæ esse ademptionem, (neque enim liberum sibi imperium manere si alius classi præesset) inviti Syracusani abrogaverunt rursus Heraclidi imperium. Inde accersivit illum Dion ad se domum, ac modice cum eo expostulavit, quod non recte neque ordine de gloria secum articulo momentum quærente ad perniciem exiguum, moveret dissidium. Tum advocata ipse concione, navarchum creavit Heraclidem: corporisque custodes induxit cives ut illi darent, sicut ipse habebat. Ille verbis Dionem & in speciem observans, gratiasque profitens ei agere, demissus comitabatur eum, & imperata exequebatur; occulte vero multitudinem & novatores labefaciens solicitansque, implicavit tumultibus Dionem, ac reddidit omnino difficultatibus perplexum. Nam sive Dionysium fide publica censeret ex arce dimittendum, erat in obtrectatione, quod parcere & eripere illum studeret: sive offendere vitans populum, in obsidione persisteret, alere videbatur, quo imperaret diutius atque in terrore teneret cives, bellum.

Erat Sosis quidam, homo improbitate & audacia apud Syracusanos clarus, cumulum arbitrans libertatis eatenus laxari licentiam linguæ. Hic dum Dioni parat insidias, primum in concione surgens multa probra ingessit Syracusanis, qui non intelligerent vecordi se

&

καὶ μεθυούσης ἀπηλλαγμένοι τυραννίδος, ἐγρηγορότα καὶ νήφοντα δεσπότην εἰλήφασιν· ἔπειτα φανερὸν τοῦ Δίωνος ἐπιδείξας ἐχθρὸν αὐτὸν, τότε μὲν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπῆλθεν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ γυμνὸς ὤφθη διὰ τῆς πόλεως θέων, ἀνάπλεως αἵματος τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον, ὡς δή τινας φεύγων διώκοντας. ἐμβαλὼν δὲ τοιοῦτος εἰς τὴν ἀγορὰν, ἔλεγεν ὑπὸ τῶν ξένων τοῦ Δίωνος ἐπιβεβουλεῦσθαι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπεδείκνυεν τετρωμένην· καὶ πολλοὺς εἶχε τοὺς συναγανακτοῦντας καὶ συνισταμένους κατὰ τοῦ Δίωνος, ὡς δεινὰ καὶ τυραννικὰ πράττοντος, εἰ φόνοις καὶ κινδύνοις τῶν πολιτῶν ἀφαιρεῖται τὴν παῤῥησίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ, καίπερ ἀκρίτου καὶ ταραχώδους ἐκκλησίας γινομένης, παρελθὼν ὁ Δίων ἀπελογεῖτο, καὶ τὸν Σῶσιν ἀπέφαινεν τῶν Διονυσίου δορυφόρων ἑνὸς ἀδελφὸν ὄντα, καὶ δι' ἐκείνου πεπεισμένον στασιάσαι καὶ συνταράξαι τὴν πόλιν, οὐδεμιᾶς Διονυσίῳ σωτηρίας οὔσης, πλὴν τῆς ἐκείνων ἀπιστίας καὶ διαφορᾶς πρὸς αὐτούς. ἅμα δ' οἱ μὲν ἰατροὶ τοῦ Σώσιδος τὸ τραῦμα καταμανθάνοντες, εὕρισκον ἐξ ἐπιπολῆς μᾶλλον ἢ καταφορᾶς γεγενημένον. αἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ ξίφους πληγαὶ, μάλιστα τὸ μέσον ὑπὸ βάθους πιέζουσιν· τὸ δὲ τοῦ Σώσιδος λεπτὸν ἦν διόλου, καὶ πολλὰς εἶχεν ἀρχὰς, ὡς εἰκὸς ὑπ' ἀλγηδόνος ἀνιέντος, εἶτα αὖθις ἐπάγοντος. ἧκον δέ τινες τῶν γνωρίμων, ξυρὸν κομίζοντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ διηγούμενοι βαδίζουσιν αὐτοῖς καθ' ὁδὸν ἀπαντῆσαι τὸν Σῶσιν ᾑμαγμένον, καὶ λέγοντα φεύγειν τοὺς Δίωνος ξένους, ὡς ἀρτίως ὑπ' ἐκείνων τετρωμένος· εὐθὺς οὖν διώκοντες, ἄνθρωπον

& vinolenta explicatos tyrannide, vigilantem & sobrium dominum accepisse. Inde quum ita se hostem ex professo declarasset Dioni, in præsenti ex foro digressus est: postridie currens per urbem conspectus est nudus, capite & facie cruore fœdatis, quasi aliquos profugeret consectantes. Tali specie in forum se conjiciens, ab externis militibus Dionis docuit insidias sibi structas, & caput suum saucium ostendit. Multi vicem ejus dolebant, & cooriebantur in Dionem, frementes eum rem indignam & tyrannicam agere, qui cædibus & periculis extorqueret civibus liberam vocem. Quanquam autem confusa erat & turbulenta concio, perrexit eo tamen Dion ad se purgandum, Sosimque demonstravit unius Dionysii satellitum esse fratrem, atque per eum impulsum ut solicitaret & concitaret civitatem: quod nulla nisi in ipsorum adversus se diffidentia & dissensione mutua Dionysio reliqua salus esset. Simul medici Sosidis vulnus inspicientes, in superficie offenderunt potius quam vi altius adactum: quippe inflicta gladio vulnera semper sunt in medio profundiora; at Sosidis erat undequaque exile vulnus, & multa habebat initia, quod per dolorem, ut est verisimile, remisisset plagam, mox iterum repetisset. Jam aderant quidam illius familiares. Hi novaculam in concionem attulerunt, exposueruntque in via ipsis Sosim sanguinolentum occurrisse, ac refugere se jactantem Dionis mercenarios milites, a quibus modo esset percussus. Igitur confestim insequutos se neminem

θρωπον μὲν οὐδένα λαβεῖν, ὑπὸ πέτραν δὲ κοίλην κείμενον ἰδεῖν ξυρὸν, ὅθεν ἐκεῖνος ὤφθη προσερχόμενος.

Ἦν μὲν οὖν ἤδη μοχθηρὰ τὰ περὶ τὸν Σῶσιν· προσγινομένων δὲ τούτοις τοῖς ἐλέγχοις οἰκετῶν, καταμαρτυρούντων ὡς ἔτι νυκτὸς ἐξέλθοι μόνος ἔχων τὸ ξυρὸν, οἵ τε κατηγοροῦντες τοῦ Δίωνος ὑπεχώρησαν, ὅ,τε δῆμος καταψηφισάμενος θάνατον τοῦ Σώσιδος, διηλλάσσετο τῷ Δίωνι. τοὺς δὲ μισθοφόρους οὐδὲν ἧττον ἐν ὑποψίαις εἶχον, καὶ μάλιστα τῶν πλείστων ἀγώνων πρὸς τὸν τύραννον ἤδη γιγνομένων κατὰ θάλατταν. ἐπεὶ δὲ Φίλιστος ἧκεν ἐξ Ἰαπυγίας, ἔχων πολλὰς τριήρεις, Διονυσίῳ βοηθήσων, καὶ τῶν ξένων ὄντων ὁπλιτῶν οὐδεμίαν ἔτι χρῆσιν ἐνόμιζον εἶναι πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλὰ κἀκείνους ἐφ' ἑαυτοῖς ἔσεσθαι ναυταῖς οὖσι, καὶ τὸ κράτος ἐκ τῶν νεῶν κτωμένοις. ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπῆρεν εὐτυχία τις γενομένη κατὰ θάλασσαν, ἐν ᾗ νικήσαντες τὸν Φίλιστον, ὠμῶς καὶ βαρβαρικῶς αὐτῷ προσηνέχθησαν. Ἔφορος μὲν οὖν φησιν ὡς ἁλισκομένης τῆς νεὼς ἑαυτὸν ἀνέλοι· Τιμωνίδης δὲ πραττομέναις ἐξ ἀρχῆς ταῖς πράξεσι ταύταις μετὰ Δίωνος παραγενόμενος, καὶ γράφων πρὸς Σπεύσιππον τὸν φιλόσοφον, ἱστορεῖ ζῶντα ληφθῆναι τῆς τριήρους εἰς τὴν γῆν ἐκπεσούσης τὸν Φίλιστον. καὶ πρῶτον μὲν ἀποδύσαντας αὐτοῦ τὸν θώρακα τοὺς Συρακουσίους, καὶ γυμνὸν ἐπιδειξαμένους τὸ σῶμα, προπηλακίζειν, ὄντος ἤδη γέροντος· ἔπειτα τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, καὶ τοῖς παισὶ παραδοῦναι τὸ σῶμα, κελεύσαντας ἕλκειν διὰ τῆς Ἀχραδινῆς, καὶ καταβαλεῖν εἰς τὰς Λατομίας. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφυβρίζων ὁ Τίμαιος, ἐκ τοῦ σκέ-

λους

minem deprehendisse, sed repositam sub cavo saxo, unde pergentem illum viderant, animadvertisse novaculam.

Jam malo loco res erant Sosidis. Ut vero hisce indiciis accesserunt servi illius, testimonio eum prementes multa nocte novaculam tenentem egressum solum fuisse, abscesserunt accusatores Dionis. Populus Sosim rei capitalis damnavit, & Dioni est placatus: mercenarios milites nihilo tamen minus habuerunt suspectos, præsertim quod certamina pleraque adversus tyrannum jam mari fierent; maxime ubi cum magna classe Philistus ex Japygia suppetias Dionysio venit, & externorum illorum, qui pedites erant, nullus ultra ad bellum illud usus esse videbatur, immo vero illi quoque in sua fore tutela qui nautici essent & plus pollerent ex navibus. Multo etiam majores animos secunda quædam fortuna dedit eis ex pugna navali, qua victo Philisto immaniter & barbare cum eo egerunt. Ephorus quidem ait, dum navis ejus capitur, sibimet ipsum manus intulisse: Timonides vero, qui hisce rebus cum Dione interfuit ab initio, scribens ad Speusippum philosophum, tradit Philistum impacta in terram navi vivum in potestatem venisse: ac primum exuisse Syracusanos eum thorace, denudatoque illusisse jam seni, inde caput dempsisse, & corpus pueris tradidisse, ut per Achradinam traherent id, & præcipitarent in Latomias. Timæus augendæ contumeliæ causa addit, ex

claudo

λους φησὶ τοῦ χωλοῦ τὰ παιδάρια τὸ νεκρὸν ἐφαψάμενα τοῦ Φιλίστου, σύρειν διὰ τῆς πόλεως, χλευαζόμενον ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, ὁρώντων τοῦ σκέλους ἑλκόμενον τὸν εἰπόντα, μὴ δεῖν ἐκ τυραννίδος φεύγειν Διονύσιον ἵππῳ ταχεῖ χρώμενον, ἀλλὰ τοῦ σκέλους ἑλκόμενον. καίτοι τοῦτο Φίλιστος ὡς ὑφ' ἑτέρου λεχθὲν, οὐχ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Διονύσιον ἐξήγγελκεν.

Ἀλλὰ Τίμαιος οὐκ ἄδικον λαβὼν πρόφασιν, τὴν ὑπὲρ τῆς τυραννίδος τοῦ Φιλίστου σπουδὴν καὶ πίστιν, ἐμπίπλαται τῶν κατ' αὐτοῦ βλασφημιῶν, ᾧ τοὺς μὲν ἀδικηθέντας τότε συγγνωστόν ἐστιν ἴσως ἄχρι τῆς εἰς ἀναίσθητον ὀργῆς χαλεποὺς γενέσθαι· τοὺς δ' ὕστερον συγγράφοντας τὰ πεπραγμένα, καὶ τῷ μὲν βίῳ μὴ λυπηθέντας αὐτοῦ, τῷ δὲ λόγῳ χρωμένους, ἡ δόξα παραιτεῖται μὴ μεθ' ὕβρεως μηδὲ μετὰ βωμολοχίας ὀνειδίζειν τὰς συμφοράς. ὧν οὐδὲν ἀπέχει καὶ τὸν ἄριστον ἀνδρῶν ἐκ τύχης μεταχεῖν. οὐ μὴν οὐδ' Ἔφορος ὑγιαίνει τὸν Φίλιστον ἐγκωμιάζων, ὃς καίπερ ὢν δεινότατος ἀδίκοις πράγμασιν καὶ πονηροῖς ἤθεσιν εὐσχήμονας αἰτίας περιβαλεῖν, καὶ λόγους ἔχοντας κόσμον ἐξευρεῖν, αὐτὸς αὑτὸν οὐ δύναται πάντα μηχανώμενος ἐξελέσθαι τῆς γραφῆς, ὡς οὐ φιλοτυραννότατος ἀνθρώπων γένοιτο, καὶ μάλιστα πάντων ἀεὶ ζηλώσας καὶ θαυμάσας τρυφὴν καὶ δύναμιν καὶ πλούτους καὶ γάμους τοὺς τῶν τυράννων. ἀλλὰ γὰρ Φιλίστου μὲν ὁ μήτε τὰς πράξεις ἐπαινῶν, μήτε τὰς τύχας ὀνειδίζων, ἐμμελέστατος.

Μετὰ δὲ τὴν Φιλίστου τελευτὴν Διονύσιος ἔπεμπε πρὸς Δίωνα, τὴν μὲν ἀκρόπολιν ἐκείνῳ παραδιδοὺς, καὶ τὰ ὅπλα καὶ τοὺς μισθοφόρους, καὶ πέντε μηνῶν

claudo pede pueros Philisti cadaver religatum per urbem rapuisse, irridentibus iis qui contemplabantur crure trahi ab Syracusanis eum, qui non debere dixerat ex tyrannide Dionysium citato fugere equo, sed crure raptum: quamvis Philistus id ut ab alio dictum, non ab se ad Dionysium vulgaverit.

Verum Timæus non injusta oblata occasione, Philisti nempe in tyrannidem studio & fide, maledictis animo suo satisfacit. Qua in re tunc læsis danda venia sit quod usque ad crudelitatem in exanime corpus proruperint exercendam: at ab inferioribus harum rerum scriptoribus, quos nunquam ille in vita offendit, & qui ex eloquentia ejus capiunt fructum, postulat existimatio ipsorum ne per contumeliam & procacitatem objiciant ei calamitates in quas etiam optimus quisque facile incidat ex fortuna. Nec vero satis sobrius Ephorus est qui Philistum celebrat. Qui licet optime calleat turpes res & improbos mores honestis exornare coloribus, atque ad id orationes invenire decoras: non valet illum tamen, quum omnem lapidem moveat, eo explicare crimine, quin omnium hominum studiosissimus fuerit tyrannorum, & præter omnes semper sequutus sit atque admiratus luxuriam, potentiam, opes, & nuptias tyrannorum. Sed enim qui Philisti neque facta laudet neque exprobret fortunas, hic veram rationem tenet historici.

Post Philisti necem misit ad Dionem Dionysius tradere se velle ei arcem, arma, & mercenarios milites cum integro horum in men-

νῶν ἐντελῆ τούτοις μισθόν· αὐτὸς δ' ἀξιῶν ὑπόσπονδος εἰς Ἰταλίαν ἀπελθεῖν, κἀκεῖ κατοικῶν καρποῦσθαι τῆς Συρακουσίας τὸν καλούμενον Γύατα, πολλὴν καὶ ἀγαθὴν χώραν, ἀνήκουσαν ἀπὸ θαλάττης εἰς τὴν μεσόγειον. οὐ προσδεξαμένου δὲ τοῦ Δίωνος, ἀλλὰ δεῖσθαι τῶν Συρακουσίων κελεύσαντος, οἱ μὲν Συρακούσιοι ζῶντα λήψεσθαι τὸν Διονύσιον ἐλπίσαντες, ἀπήλασαν τοὺς πρέσβεις· ἐκεῖνος δὲ τὴν μὲν ἄκραν Ἀπολλοκράτει τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων παρέδωκεν, αὐτὸς δὲ πνεῦμα τηρήσας ἐπίφορον, καὶ τὰ τιμιώτατα τῶν σωμάτων καὶ τῶν χρημάτων ἐνθέμενος εἰς τὰς ναῦς, λαθὼν τὸν ναύαρχον Ἡρακλείδην, ἐξέπλευσεν. ὁ δὲ κακῶς ἀκούων, καὶ θορυβούμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, Ἵππωνά τινα τῶν δημαγωγῶν καθίησι προκαλεῖσθαι τὸν δῆμον ἐπὶ γῆς ἀναδασμὸν, ὡς ἐλευθερίας ἀρχὴν οὖσαν τὴν ἰσότητα, δουλείας δὲ, τὴν πενίαν τοῖς ἀκτήμοσιν. συνηγορῶν δὲ τούτῳ, καὶ τὸν Δίωνα καταστασιάζων ἐναντιούμενον, ἔπεισε τοὺς Συρακουσίους ταῦτα ψηφίσασθαι, καὶ τῶν ξένων τὸν μισθὸν ἀποστερεῖν, καὶ στρατηγοὺς ἑτέρους ἑλέσθαι τῆς ἐκείνου βαρύτητος ἀπαλλαγέντας. οἱ δ', ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀῤῥωστίας τῆς τυραννίδος, εὐθὺς ἐπιχειροῦντες ἐξανίστασθαι, καὶ πράττειν τὰ τῶν αὐτονομουμένων παρὰ καιρὸν, ἐσφάλλοντο μὲν αὐτοὶ ταῖς πράξεσιν, ἐμίσουν δὲ τὸν Δίωνα βουλόμενον, ὥσπερ ἰατρὸν, ἐν ἀκριβεῖ καὶ σωφρονούσῃ διαίτῃ κατασχεῖν τὴν πόλιν.

Ἐκκλησιάζουσι δ' αὐτοῖς ἐπὶ νέαις ἀρχαῖς, θέρους μεσοῦντος, ἐξαίσιοι βρονταὶ καὶ διοσημεῖαι πονηραὶ συνέβαινον ἐφ' ἡμέρας δεκαπέντε συνεχῶς, ἀνι-

menses quinque ſtipendio: ſibi vero poſtulavit ut abire in Italiam fide publica, atque ibi habitare, & retinere liceret in agro Syracuſano fructum, latam & fructuoſam regionem quam Gyata vocant, a mari pertingentem ad mediterranea. Quas conditiones quum non acciperet Dion, ſed rejiceret eum ad Syracuſanos, ut eos oraret: Syracuſani, qui vivum Dionyſium ſe ſperabant capturos, rejecerunt legatos. Ita illa arce Apollocrati majori filio tradita ventum ſecundum captavit, capitibuſque & rebus chariſſimis in naves impoſitis navarchum fallens Heraclidem abnavigavit. Qui quum male audiret & tumultu civium premeretur, Hipponem quendam ſummiſit concionatorem, qui ageret ad populum de agri partitione: quod libertatis æqualitas caput eſſet, & ſervitutis paupertas inopibus. Huic patrocinans & apud plebem Dioni invidiam conflans repugnanti, ſuaſit populo Syracuſano ut eam rogationem ſciſceret, utque ſtipendio fraudaret externum militum, atque moroſitate excuſſa Dionis alios crearet prætores. Populus autem ex tyrannide quaſi longo morbo protinus conatus attollere ſe, & agere intempeſtive more liberorum populorum, cum ipſe evertit res ſuas, tum oderat Dionem: qui inſtar medici in exquiſita & frugali victus ratione continere intendebat civitatem.

Concionem ad novos ſubrogandos magiſtratus habentibus, media æſtate, enormia tonitrua & tetra prodigia oblata ſunt, quæ dies perpetuos quindecim averterunt

ἀνιστᾶσαι τὸν δῆμον, ἀπὸ δεισιδαιμονίας κωλυόμενον ἑτέρους ἀποδεῖξαι στρατηγούς. ἐπεὶ δὲ φυλάξαντες εὐδίαν σταθερὰν οἱ δημαγωγοὶ, συνετέλουν τὰς ἀρχαιρεσίας, βοῦς ἁμαξεὺς οὐκ ἀήθης οὐδ' ἄπειρος ὄχλων, ἄλλως δέ πως τότε πρὸς τὸν ἐλαύνοντα θυμωθεὶς, καὶ φυγὼν ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ δρόμῳ πρὸς τὸ θέατρον ὥρμησεν· καὶ τὸν μὲν δῆμον εὐθὺς ἀνέστησεν καὶ διεσκέδασεν οὐδενὶ κόσμῳ φεύγοντα, τῆς δ' ἄλλης πόλεως ἐπέδραμε σκιρτῶν καὶ ταράττων ὅσον ὕστερον οἱ πολέμιοι κατέσχον. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα χαίρειν ἐάσαντες οἱ Συρακούσιοι, πέντε καὶ εἴκοσι στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν, ὧν εἷς ἦν Ἡρακλείδης· καὶ τοὺς ξένους ὑποπέμποντες κρύφα τοῦ Δίωνος ἀφίστασαν, καὶ μετεκάλουν πρὸς αὐτοὺς, ἐπαγγελλόμενοι καὶ τῆς πολιτείας ἰσομοιρίαν. οἱ δὲ ταῦτα μὲν οὐ προσεδέξαντο, τὸν δὲ Δίωνα πιστῶς καὶ προθύμως μετὰ τῶν ὅπλων ἀναλαβόντες καὶ συμφράξαντες, ὑπῆγον ἐκ τῆς πόλεως· ἀδικοῦντες μὲν οὐδένα, πολλὰ δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας εἰς ἀχαριστίαν καὶ μοχθηρίαν ὀνειδίζοντες. οἱ δὲ τῆς ὀλιγότητος αὐτῶν καὶ τοῦ μὴ προεπιχειρεῖν καταφρονήσαντες, καὶ γενόμενοι πολὺ πλείους ἐκείνων, ἐφώρμησαν, ὡς ῥᾳδίως ἐπικρατήσοντες ἐν τῇ πόλει, καὶ πάντας αὐτοὺς κατακλεύσοντες.

Ἐν τούτῳ δὲ γεγονὼς ἀνάγκης καὶ τύχης ὁ Δίων, ἢ μάχεσθαι τοῖς πολίταις, ἢ μετὰ τῶν ξένων ἀποθανεῖν, πολλὰ μὲν ἱκέτευσεν, ὀρέγων τὰς χεῖρας τοῖς Συρακουσίοις, καὶ τὴν ἀκρόπολιν περίπλεων πολεμίων οὖσαν ὑπερφαινομένων τὰ τείχη, καὶ τὰ γινόμενα καθορώντων ἐπιδεικνύμενος· ὡς δ' ἦν ἀπαραίτητος·

populum, & religione prohibuerunt alios prætores creare. Quum inde observata stabili serenitate peragerent concionatores comitia, bos quidam plaustrarius non insolens neque insuetus multitudinis, sed forte tunc in rectorem irritatus, jugum reliquit, concitatoque cursu contendit ad theatrum, populumque illico excitavit, atque effuse fugientem disjecit: inde in aliam civitatis partem, quantam post occupaverunt hostes, petulcus & evertens in quæ incidebat, incurrit. At nulla tamen horum habita Syracusani ratione, viginti quinque prætores creaverunt, in quibus fuit Heraclides. Mercenarios clam per internuntios ad deficiendum a Dione sollicitaverunt, atque ad se conati sunt trahere, promissa eis civitate. Quibus illi rejectis fideliter & alacriter Dionem in medio cum armis suis accipientes stipantesque, eduxerunt urbe. Neque violaverunt quenquam, sed ingratitudinem improbitatemque sæpius objectarunt obviis. Illi paucitatem eorum, & quod non fuissent adorti se priores, contemnentes, & quod multo ipsi essent quam hi plures, irruerunt in eos, facile rati intra mœnia se oppressuros eos, atque omnes contrucidaturos.

Eo necessitatis & fortunæ Dion deductus, ut aut dimicandum ei cum civibus, aut cum mercenariis esset occumbendum: multum obtestatus est Syracusanos, manus ad eos tendens, arcemque refertam monstrans hostibus: qui ex edito supra muros contemplabantur quæ gererentur. Ubi vero multitudinis

ρητος ἡ τῶν πολλῶν φορὰ, καὶ κατεῖχεν ὥσπερ ἐν πελάγει, τὸ τῶν δημαγωγῶν πνεῦμα τὴν πόλιν, ἐμβολῆς μὲν ἀποσχέσθαι τοῖς ξένοις προσέταξεν· ὅσον δ' ἐπιδραμόντων μετὰ βοῆς καὶ τοῖς ὅπλοις τιναξαμένων, οὐδεὶς ἔμεινε τῶν Συρακουσίων, ἀλλ' ᾤχοντο φεύγοντες ἀνὰ τὰς ἀγυιὰς οὐδενὸς ἐπιδιώκοντος. εὐθὺς γὰρ ἐπέστρεψεν ὁ Δίων τοὺς ξένους, καὶ προῆγεν εἰς Λεοντίνους. οἱ δ' ἄρχοντες τῶν Συρακουσίων, καταγέλαστοι γεγονότες ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν ζητοῦντες, αὖθις ὁπλίσαντες τοὺς πολίτας, ἐδίωκον τὸν Δίωνα. καὶ κατέλαβον μὲν ἐπὶ διαβάσει τινὸς ποταμοῦ, καὶ προσίππευσαν ἀψιμαχοῦντες· ὡς δ' ἑώρων οὐκ ἔτι πράως οὐδὲ πατρικῶς ὑπομένοντα τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ἀλλὰ θυμῷ τοὺς ξένους ἐπιστρέφοντα καὶ παραταττόμενον, αἰσχίονα φυγὴν τῆς προτέρας φυγόντες ὑπεχώρησαν εἰς τὴν πόλιν, οὐ πολλῶν ἀποθανόντων.

Δίωνα δὲ Λεοντῖνοι λαμπραῖς ἐδέχοντο τιμαῖς, καὶ τοὺς ξένους ἀπελάμβανον μισθοῖς καὶ πολιτείαις. πρὸς δὲ τοὺς Συρακουσίους ἐπρέσβευον, ἀξιοῦντες τὰ δίκαια τοῖς ξένοις ποιεῖν. οἱ δὲ πρέσβεις ἔπεμψαν κατηγορήσοντας Δίωνος. τῶν δὲ συμμάχων ἁπάντων εἰς Λεοντίνους ἀθροισθέντων, καὶ γενομένων λόγων ἐν αὐτοῖς, ἔδοξαν ἀδικεῖν οἱ Συρακούσιοι· τοῖς δὲ κριθεῖσιν ὑπὸ τῶν συμμάχων οὐκ ἐνέμενον, τρυφῶντες ἤδη καὶ μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τῷ μηδενὸς ἀκούειν, ἀλλὰ χρῆσθαι δουλεύουσιν καὶ φοβουμένοις τὸν δῆμον στρατηγοῖς.

Ἐκ τούτου καταπλέουσιν εἰς τὴν πόλιν παρὰ Διονυσίου τριήρεις, Νύψιον ἄγουσαι τὸν Νεαπολίτην, σῖτον καὶ χρήματα κομίζοντα τοῖς πολιορκουμένοις. γενο-

tudinis impetus nulla re valuit leniri, ſed tenuit, ſicut in pelago, concionatorum ventus civitatem: impreſſione imperavit mercenariis ut abſtinerent. At ubi hi tantum cum clamore incurrerunt, armiſque concrepuerunt, nemo Syracuſanorum conſtitit, ſed per vias ruerunt inſequente nemine in fugam. Siquidem revocavit actutum Dion mercenarios, movitque in Leontinos. Syracuſanorum vero prætores fœminis facti ridiculi, quo maculam illam eluerent, armatis denuo civibus inſequuti ſunt Dionem, eumque in fluminis cujuſdam tranſmiſſu occupaverunt, & advecti ſunt pugnam laceſſentes. Verum ut conſpexerunt non jam placide eum neque paterna lenitate inſolentiam ſuam ferentem, verum infeſtum mercenarios in ſe vertentem, aciemque inſtruentem: turpius quam ante tergis datis in urbem ſe non multis deſideratis recepere.

Dionem Leontini eximiis exceperunt honoribus, mercenarioſque ſtipendiis & civitate donavere. Ad hæc ad Syracuſanos miſerunt legatos, poſtulatum ut ſatisfacerent mercenariis. At illi certos legaverunt ad accuſandum Dionem. Conventu Leontinis habito omnium ſociorum, ac re apud eos diſceptata, Syracuſani viſi ſunt in culpa eſſe: cæterum judicato ab ſociis non ſteterunt, inſolentes jam & feroces ex eo quod nemini eſſent dicto audientes, ſed ancillantibus uterentur & populum formidantibus prætoribus.

Hinc invectæ ſunt in urbem miſſæ ab Dionyſio naves, cum Nypſio Neapolitano, qui annonam & ſtipendium ſupportabat obſeſſis. Com-

γινομένης δὲ ναυμαχίας, ἐνίκων μὲν οἱ Συρακούσιοι, καὶ τέσσαρας τῶν τυραννικῶν νεῶν ἔλαβον· ὑβρίσαντες δὲ τῇ νίκῃ, καὶ δι' ἀναρχίαν τὸ χαίρειν εἰς πότους καὶ συνουσίας μανικὰς τρέψαντες, οὕτω τῶν χρησίμων ἠμέλησαν, ὥστε τὴν ἀκρόπολιν ἔχειν δοκοῦντες ἤδη, καὶ τὴν πόλιν προσαπέβαλον. ὁ γὰρ Νύψιος ὁρῶν οὐδὲν ὑγιαῖνον ἐν τῇ πόλει μέρος, ἀλλὰ τὸν μὲν ὄχλον αὐλήμασι καὶ μέθαις εἰς νύκτα βαθεῖαν ἀφ' ἡμέρας κατεχόμενον, τοὺς δὲ στρατηγοὺς ἐπιτερπομένους τε τούτῳ τῷ πανηγυρισμῷ, καὶ προσάγειν ἀνάγκην μεθύουσιν ἀνθρώποις ὀκνοῦντας, ἄριστα τῷ καιρῷ χρησάμενος, ἐπεχείρησε τῷ τειχίσματι· καὶ κρατήσας καὶ διαθρύψας, ἀφῆκε τοὺς βαρβάρους, κελεύσας χρῆσθαι τοῖς προστυγχάνουσιν ὡς βούλονται καὶ δύνανται. ταχέως μὲν οὖν οἱ Συρακούσιοι τὸ κακὸν ᾔσθοντο, βραδέως δὲ καὶ χαλεπῶς συνεβοήθουν ἐκπεπληγμένοι. πόρθησις γὰρ ἦν τὰ γινόμενα τῆς πόλεως, τῶν μὲν ἀνδρῶν φονευομένων, τῶν δὲ τειχῶν κατασκαπτομένων, γυναικῶν δὲ καὶ παίδων ἀγομένων εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετ' οἰμωγῆς· ἀπεγνωκότων δὲ τὰ πράγματα τῶν στρατηγῶν, καὶ χρῆσθαι μὴ δυναμένων τοῖς πολίταις πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀναπεφυρμένους καὶ συμμεμιγμένους αὐτοῖς πανταχόθεν.

Οὕτω δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐχόντων, καὶ τοῦ κινδύνου πρὸς τὴν Ἀχραδινὴν πλησιάζοντος, εἰς ὃν μόνον ἦν καὶ λοιπὸν ἀπερείσασθαι τὴν ἐλπίδα, πάντες μὲν ἐφρόνουν, ἔλεγε δὲ οὐδείς, αἰσχυνόμενοι τὴν ἀχαριστίαν καὶ τὴν ἀβουλίαν τὴν πρὸς Δίωνα. πλήν γε δὴ τῆς ἀνάγκης ἐκβιαζομένης, παρὰ τῶν συμμάχων καὶ τῶν ἱππέων γίνεται φωνή, καλεῖν Δίωνα, καὶ μεταπέμπεσθαι τοὺς Πελοπον-

Commisso prœlio navali, victoria penes Syracusanos fuit, ceperuntque quatuor de tyrannicis navibus. Illi victoria utentes insolenter, & ex licentia lætitiam in pocula & insana convivia vertentes, adeo fuerunt rerum suarum incuriosi, ut quum arcem jam in potestate sua ducerent esse, amiserint insuper urbem. Nypsius enim nullam videns sanam urbis partem, sed tibiarum cantu poculisque noctem die continuantes, atque intempestivis hisce conviviis prætores applaudentes, dubitantesque vim adhibere vino gravatis hominibus: optime usus tempore, objectum murum est adortus. Quo expugnato & diruto immisit barbaros in urbem, præcepitque agerent cum obviis sicut possent & vellent. Senserunt protinus Syracusani malum, sed cunctanter perculsi & ignaviter succurrerunt. Vastatio enim illa erat civitatis: quum cæderentur viri, muri proruerentur, mulieres & pueri cum ejulatu in arcem raperentur, prætores haberent res pro deploratis: qui uti civibus contra hostes ubique cum iis confusos & commistos non valebant.

Quum in hoc statu res urbanæ essent, & pervenisset ad Achradinam periculum; in quo uno spem reponere reliquam liceret, omnes quidem intelligebant, sed proponebat, ingratitudinis rubore & temeritatis in Dionem admissæ, nemo. Verum necessitate tandem exprimente, vocem miserunt socii & equites, ut vocaretur Dion, & Peloponnesii

λοποννησίους ἐκ Λεοντίνων. ὡς δὲ πρῶτον ἠκούσθη καὶ ἀπετολμήθη τοῦτο, κραυγὴ καὶ χαρὰ καὶ δάκρυα τοὺς Συρακουσίους κατεῖχεν, εὐχομένους ἐπιφανῆναι τὸν ἄνδρα, καὶ ποθοῦντας τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ μεμνημένους τῆς παρὰ τὰ δεινὰ ῥώμης καὶ προθυμίας· ὡς οὐ μόνον αὐτὸς ἦν ἀνέκπληκτος, ἀλλὰ κἀκείνους παρεῖχε θαῤῥοῦντας, καὶ ἀδεῶς τοῖς πολεμίοις συμφερομένους. εὐθὺς οὖν ἐκπέμπουσι πρὸς αὐτὸν ἀπὸ μὲν τῶν συμμάχων, Ἀρχωνίδην καὶ Τελεσίδην, ἀπὸ δὲ τῶν ἱππέων, πέντε τοὺς περὶ Ἑλλάνικον. οὗτοι διελάσαντες τὴν ὁδὸν ἵπποις ἀπὸ ῥυτῆρος, ἧκον εἰς Λεοντίνους τῆς ἡμέρας ἤδη καταφερομένης. ἀποπηδήσαντες δὲ τῶν ἵππων, καὶ τῷ Δίωνι πρώτῳ προσπεσόντες δεδακρυμένοι, τὰς συμφορὰς τῶν Συρακουσίων ἔφραζον. ἤδη δὲ καὶ τῶν Λεοντίνων τινὲς ἀπήντων, καὶ τῶν Πελοποννησίων ἠθροίζοντο πρὸς τὸν Δίωνα πολλοὶ, τῇ σπουδῇ καὶ τῇ δεήσει τῶν ἀνδρῶν ὑπονοοῦντες εἶναί τι καινότερον. εὐθὺς οὖν ἡγεῖτο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῖς, καὶ συνδραμόντων προθύμως, οἱ περὶ τὸν Ἀρχωνίδην καὶ τὸν Ἑλλάνικον εἰσελθόντες ἐξήγγειλάν τε βραχέως τὸ μέγεθος τῶν κακῶν, καὶ παρεκάλουν τοὺς ξένους ἐπαμῦναι τοῖς Συρακουσίοις, τὸ μνησικακεῖν ἀφέντας, ὡς μείζονα δίκην δεδωκότων αὐτῶν, ἢ λαβεῖν ἂν οἱ κακῶς πεπονθότες ἠξίωσαν.

Παυσαμένων δὲ τούτων, σιγὴ μὲν εἶχεν πολλὴ τὸ θέατρον· ἀναστάντος δὲ τοῦ Δίωνος, καὶ λέγειν ἀρξαμένου, πολλὰ τῶν δακρύων ἐμπίπτοντα τὴν φωνὴν ἐπεῖχεν· οἱ δὲ ξένοι παρεκάλουν θαῤῥεῖν, καὶ συνήχθοντο. μικρὸν οὖν ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ πάθους ἑαυτὸν ὁ Δίων, Ἄνδρες, ἔφη, Πελοποννήσιοι καὶ σύμμαχοι,

nesii ex Leontinis accirentur. Quod ut primum est auditum, quum id proferre aliqui sustinuissent: clamor, gratulatio & lacrymæ Syracusanos occupaverunt, votum facientes ut appareret ille, & desiderantes conspectum ejus, memoresque ejus in periculis virtutis & alacritatis; non ipsum modo esse solere imperterritum, verum sibi quoque animum addere & fiduciam cum hostibus confligendi. Legant igitur extemplo ad eum ex sociis Archonidem & Telesidem, ex equitibus quinque cum Hellanico. Hi via effusis habenis percursa, in Leontinos præcipiti jam in vesperum die pervenere. Desilientes ex equis, atque ad Dionis pedes se primum lacrymabundi abjicientes, cladem exposuerunt ei Syracusanorum. Jam etiam Leontini aliqui accurrebant, & Peloponnesii ad Dionem frequentes conveniebant, ex festinatione & precibus legatorum aliquid esse novi conjicientes. Igitur duxit eos confestim ad concionem, omnibusque cito concurrentibus ingressi Archonides & Hellanicus cum suis, succincte magnitudinem cladis explicuerunt, oraveruntque mercenarios milites ut Syracusanis opem ferrent, injuriarum acceptarum memoria deposita: quod majores pœnas luissent quam ipsi repetere læsi voluissent.

Ubi hi dicendi finem fecere, totum theatrum erat silentio defixum. Surgenti Dioni & dicere exorso vis oborta lacrymarum inclusit vocem. At mercenarii, quamvis illius dolore premerentur, confirmaverunt eum. Ut igitur paululum se ex animi dolore Dion collegit, Vos ego, inquit, Peloponnesii & socii,

μαχοι, βουλευσομένους ὑμᾶς ἐνταῦθα περὶ ὑμῶν αὐτῶν συνήγαγον. ἐμοὶ δὲ περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύεσθαι καλῶς οὐκ ἔχει, Συρακουσῶν ἀπολλυμένων· ἀλλ᾽ εἰ σῶσαι μὴ δυναίμην, ἄπειμι τῷ πυρὶ καὶ τῷ πτώματι τῆς πατρίδος ἐνταφησόμενος. ὑμεῖς δὲ βουλόμενοι μὲν ἔτι καὶ νῦν βοηθεῖν τοῖς ἀβουλοτάτοις ἡμῖν καὶ δυστυχεστάτοις, ὑμέτερον ἔργον οὖσαν ὀρθοῦτε τὴν Συρακουσίων πόλιν· εἰ δὲ μεμφόμενοι Συρακουσίοις ὑπερόψεσθε, τῆς γε πρότερον ἀρετῆς καὶ προθυμίας περὶ ἐμὲ χάριν ἀξίαν κομίζοισθε παρὰ τῶν Θεῶν· μεμνημένοι Δίωνος, ὡς οὔθ᾽ ὑμᾶς ἀδικουμένους πρότερον, οὔθ᾽ ὕστερον τοὺς πολίτας δυστυχοῦντας ἐγκαταλιπόντος. ἔτι δ᾽ αὐτοῦ λέγοντος, οἱ μὲν ξένοι μετὰ κραυγῆς ἀνεπήδησαν, ἄγειν καὶ βοηθεῖν μετὰ τάχους κελεύοντες· οἱ δὲ πρέσβεις τῶν Συρακουσίων περιβαλόντες ἠσπάσαντο, πολλὰ μὲν ἐκείνῳ, πολλὰ δὲ τοῖς ξένοις ἀγαθὰ παρὰ τῶν Θεῶν εὐχόμενοι. καταστάντος δὲ τοῦ θορύβου παρήγγειλεν ὁ Δίων εὐθὺς ἀπιόντας παρασκευάζεσθαι, καὶ δειπνήσαντας ἥκειν μετὰ τῶν ὅπλων εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐγνωκὼς διὰ νυκτὸς βοηθεῖν.

Ἐν δὲ ταῖς Συρακούσαις τῶν Διονυσίου στρατηγῶν, ἄχρι μὲν ἦν ἡμέρα, πολλὰ κακὰ τὴν πόλιν ἐργασαμένων, γενομένης δὲ νυκτὸς ἀναχωρησάντων εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καί τινας ἐξ ἑαυτῶν ὀλίγους ἀποβαλόντων, ἀναθαρρήσαντες οἱ δημαγωγοὶ τῶν Συρακουσίων, καὶ τοὺς πολεμίους ἐλπίσαντες ἀτρεμήσειν ἐπὶ τοῖς διαπεπραγμένοις, παρεκάλουν τοὺς πολίτας αὖθις, ἐᾶν Δίωνα· κἂν προσίῃ μετὰ τῶν ξένων, μὴ δέχεσθαι, μηδὲ παραχωρεῖν τῆς ἀρετῆς ἐκείνοις, ὡς κρείττοσιν, ἀλλὰ σώζειν τὴν πόλιν καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς δι᾽

cii, huc ad deliberandum de vobis ipsis convocavi. Me quidem consulere de memet ipso non decet pereuntibus Syracusanis. Sed si servare eos nequeam, abibo ut in patriæ rogo & ruina sepeliar. Vos si etiam nunc inconsultissimis nobis & miserrimis statuistis subvenire, opus vestrum urbem Syracusanam erigite. Si vero Syracusanis infesti negligitis eos, Deos certe precor ut pristinæ virtuti & studio erga me vestro dignam referant gratiam, Dionis memoriam retinentibus, quod neque vos pridem violatos, nec modo afflictos reliquerit cives. Nondum finierat orationem, quum mercenarii sublato clamore exilierunt, hortantes duceret se illico, & suppetias ferret. Quos Syracusanorum legati complexi & osculati sunt, multa illi, multa externo militi a Diis fausta precantes. Sedato tumultu, edixit Dion ut abirent statim, instruerent se, ac cœnati illum ipsum in locum cum armis adessent, in animo habens nocte cum auxilio venire.

At Syracusis quum milites Dionysii dum dies duraret magna calamitate affecissent urbem, ac sub tenebras paucis de suis desideratis in arcem se recepissent, Syracusanorum concionatores recepto animo, sperantes perpetratis hostes acquieturos, cives ex integro incitaverunt ut omitterent Dionem. Quod si cum mercenariis accederet, ne reciperent eum, neque illis virtute ut præstantioribus concederent, verum urbem libertatemque tuerentur per

δι' ἑαυτῶν. πάλιν οὖν ἐπέμποντο πρὸς τὸν Δίωνα, παρὰ μὲν τῶν στρατηγῶν ἀποτρέποντες, παρὰ δὲ τῶν ἱππέων καὶ τῶν γνωρίμων πολιτῶν ἐπισπεύδοντες τὴν πορείαν. καὶ διὰ τοῦτο βραδέως ἅμα καὶ κατὰ σχολὴν πορευόμενος προσῄει. τῆς δὲ νυκτὸς προελθούσης, οἱ μὲν μισοῦντες τὸν Δίωνα κατεῖχον τὰς πύλας, ὡς ἀποκλείσοντες αὐτόν· ὁ δὲ Νύψιος ἐκ τῆς ἄκρας αὖθις πολλῷ προθυμοτέρους γεγονότας καὶ πλείονας ἐφιεὶς τοὺς μισθοφόρους, τὸ μὲν προτείχισμα πᾶν εὐθὺς κατέσκαπτε, τὴν δὲ πόλιν κατέτρεχεν καὶ διήρπαζεν. ἦν δὲ φόνος μὲν οὐκ ἔτι μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, ἁρπαγαὶ δ' ὀλίγαι, φθόρος δὲ πάντων πολύς. ἀπεγνωκότος γὰρ ἤδη τὰ πράγματα τοῦ Διονυσίου, καὶ τοὺς Συρακουσίους δεινῶς μεμισηκότος, ὥσπερ ἐνταφιάσαι τὴν τυραννίδα τῇ πόλει πίπτουσαν ἐβούλετο. καὶ τοῦ Δίωνος προκαταλαμβάνοντες τὴν βοήθειαν, ἐπὶ τὸν ὀξύτατον διὰ πυρὸς πάντων ὄλεθρον καὶ ἀφανισμὸν ἐχώρησαν, τὰ μὲν ἐγγὺς ἀπὸ χειρῶν δασὶ καὶ λαμπάσιν ὑποπιμπράντες, εἰς δὲ τὰ πρόσω διαπείροντες ἀπὸ τόξων πυρβόλους. φευγόντων δὲ τῶν Συρακουσίων, οἱ μὲν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐφονεύοντο καταλαμβανόμενοι· τὸ δὲ εἰς τὰς οἰκίας καταδυόμενον, αὖθις ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐξέπιπτε, πολλῶν ἤδη φλεγομένων καὶ καταφερομένων ἐπὶ τοὺς διαθέοντας.

Τοῦτο τὸ πάθος μάλιστα τὴν πόλιν ἀνέῳξε Δίωνι, πάντων συμφωνησάντων. ἔτυχε μὲν γὰρ οὐκ ἔτι σπουδῇ πορευόμενος, ὡς ἤκουσεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν κατακεκλεῖσθαι τοὺς πολεμίους. προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας, πρῶτον ἱππεῖς ἀπήντησαν αὐτῷ, τὴν δευτέραν κατάληψιν ἀπαγγέλλοντες· ἔπειτα καὶ τῶν ὑπεναντιου-

per se ipsi. Mittuntur igitur legati denuo ad Dionem a prætoribus ad deterrendum eum ne veniat, ab equitibus & nobilibus civibus, ut maturet iter. Qua de causa lente simul & segniter progrediebatur. Nocte adulta æmuli Dionis portas occupant ad eum excludendum. Nypsius vero iterum mercenariis militibus ex arce multo jam erectioribus & pluribus immissis, loricam muri protinus omnem disturbat, urbemque evastat & diripit. Cædes fit non virorum jam tantum sed mulierum quoque & puerorum: prædatio non multa, sed exitium omnium ingens. Nam deploratis rebus quum Syracusanos prosequeretur Dionysius atroci odio, ruentem tyrannidem intendit in ruinis urbis funerare. Milites autem auxilia anticipantes Dionis, ad perniciosissimam omnium per ignem perniciem & excidium accingunt se. In propinqua tædas & faces manibus ingerunt, in remota, tela ignita arcubus mittunt. Syracusani in fugam consternati, qui deprehenduntur in viis, cæduntur: qui in tecta abdunt se, expelluntur rursus ab igne, multis jam conflagrantibus ædificiis atque in discurrentes prolabentibus.

Hæc ærumna potissimum urbem omnium consensu patefecit Dioni. Siquidem non ultra incitato gradu pergebat, postquam conclusos in arcem hostes accepit. Die vero progrediente occurrerunt primi ei equites iterum captam urbem annuntiantes. Mox ex inimicis

ναυλισμένων ἔνιοι παρῆσαν, ἐπείγεσθαι δεόμενοι. συντείνοντος δὲ τοῦ κακοῦ μᾶλλον, Ἡρακλείδης τὸν ἀδελφὸν ἐξέπεμψεν, εἶτα Θεοδότην τὸν θεῖον, ἱκετεύων ἀρήγειν, ὡς μηδενὸς ἀντέχοντος τοῖς πολεμίοις, αὐτοῦ δὲ τετρωμένου, τῆς δὲ πόλεως μικρὸν ἀπεχούσης ἀνατετράφθαι καὶ καταπεπρῆσθαι. τούτων ἀγγελμάτων τῷ Δίωνι προσπεσόντων, ἔτι μὲν ἑξήκοντα σταδίους τῶν πυλῶν ἀπεῖχεν· φράσας δὲ τὸν κίνδυνον τοῖς ξένοις καὶ παρακελευσάμενος, οὐκ ἔτι βάδην ἦγεν ἀλλὰ δρόμῳ τὸ στράτευμα πρὸς τὴν πόλιν, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις ἀντιαζόντων, καὶ δεομένων ἐπείγεσθαι. χρησάμενος δὲ θαυμαστῷ τάχει καὶ προθυμίᾳ τῶν ξένων, εἰσέβαλε διὰ τῶν πυλῶν εἰς τὴν Ἑκατόμπεδον λεγομένην· καὶ τοὺς μὲν ἐλαφροὺς εὐθὺς ἀφῆκεν ἐλθεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους, ὡς ἰδοῦσι θαρσῆσαι τοῖς Συρακουσίοις ἐγγένοιτο· τοὺς δ' ὁπλίτας αὐτὸς συνέταττε, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ἐπιρρέοντας καὶ συνισταμένους, ὀρθίους λόχους ποιῶν, καὶ διαιρῶν τὰς ἡγεμονίας, ὅπως ὁμοῦ πολλαχόθεν ἅμα προσφέροιτο φοβερώτερον.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα παρασκευασάμενος, καὶ τοῖς Θεοῖς προσευξάμενος, ὤφθη διὰ τῆς πόλεως ἄγων ἐπὶ τοὺς πολεμίους, κραυγὴ καὶ χαρὰ καὶ πολὺς ἀλαλαγμὸς εὐχαῖς ὁμοῦ καὶ παρακλήσεσιν μεμιγμένος ἐγίνετο παρὰ τῶν Συρακουσίων· τὸν μὲν Δίωνα, σωτῆρα καὶ Θεὸν ἀποκαλούντων, τοὺς δὲ ξένους, ἀδελφοὺς καὶ πολίτας. οὐδεὶς δὲ φίλαυτος ἦν καὶ φιλόψυχος παρὰ τὸν τότε καιρὸν, ὃς οὐ μᾶλλον ὑπὲρ μόνου Δίωνος ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀγωνιῶν ἐφαίνετο, πρώτου πρὸς τὸν κίνδυνον πορευομένου δι' αἵματος καὶ πυρὸς καὶ νεκρῶν πολ-

micis nonnulli adfuerunt, ut maturaret orantes. Gliscente vehementius malo, misit Heraclides fratrem suum, inde patruum Theodotem, obsecratum ut ferret opem, neminem significans hostibus resistere, se vulneratum, urbem tantum non excisam & incendio haustam. His nuntiis sibi incussis aberat Dion adhuc a portis sexaginta stadia, demonstratoque periculo, mercenarios cohortatus, non jam sedato gradu, sed cursu rapuit ad urbem exercitum, alii atque aliis subinde occurrentibus, & ut adderent gradum rogantibus. Usus mirifica mercenariorum velocitate & promptitudine, per portam in Hecatompedon, quam vocant, ingressus est. Levem armaturam immisit confestim in hostes, quo spectantibus ipsos Syracusanis animos facerent. Interea gravem armaturam affluentesque cives & sibi aggregatos instruxit in aciem, profundos manipulos produxit, & diversos præfecit duces, quo simul multis locis incurreret terribilior.

Quibus perfectis ubi precatum Deos & per urbem conspexerunt ducentem in hostes, clamor, gratulatio & fremitus cum votis simul & adhortationibus confusus a Syracusanis editus est, Dionem servatorem & Deum appellantibus; mercenarios, fratres & cives. Nemo sese illo articulo adeo respiciebat, aut vitæ cupidus erat, qui non impensius de uno Dione quam de aliis omnibus anxius videretur: quum primus ad discrimen per sanguinem, per flammam, per cadaverum

πολλῶν κειμένων ἐν ταῖς πλατείαις. ἦν μὲν οὖν καὶ τὰ παρὰ τῶν πολεμίων φοβερὰ, παντάπασιν ἀπηγριωμένων, καὶ παρατεταγμένων παρὰ τὸ τείχισμα χαλεπὴν ἔχον καὶ δυσεκβίαστον τὴν πρόσοδον. ὁ δ' ἐκ τοῦ πυρὸς κίνδυνος ἐτάραττε μᾶλλον τοὺς ξένους, καὶ δύσεργον ἐποίει τὴν πορείαν. κύκλῳ γὰρ ἀπὸ τῆς φλογὸς περιελάμποντο, τὰς οἰκίας περινεμομένης· καὶ διὰ πυρὸς ἐπιβαίνοντες ἐρειπίοις, καὶ καταφερομένοις ἀπορρήγμασι μεγάλοις ἐπιτρέχοντες ἐπισφαλῶς, καὶ πολὺν ὁμοῦ καπνῷ διαπορευόμενοι κονιορτὸν, ἐπειρῶντο συνέχειν καὶ μὴ διασπᾶν τὴν τάξιν. ὡς δὲ προσέμιξαν τοῖς πολεμίοις, ἐν χερσὶ μὲν ὀλίγων πρὸς ὀλίγους ἐγίνετο μάχη, διὰ τὴν στενότητα καὶ τὴν ἀνωμαλίαν τοῦ τόπου· κραυγῇ δὲ καὶ προθυμίᾳ τῶν Συρακουσίων ἐπιρρωσάντων ἐβιάσθησαν οἱ περὶ τὸν Νύψιον. καὶ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἐγγὺς οὖσαν ἀναφυγὸν ἐσώζετο· τοὺς δ' ἐναπολειφθέντας ἔξω καὶ διασπαρέντας ᾕρουν οἱ ξένοι διώκοντες. ἀπόλαυσιν δὲ τῆς νίκης ἐν τῷ παραυτίκα, καὶ χαρὰν καὶ περιβολὰς ἔργῳ τηλικούτῳ πρεπούσας οὐ παρέσχεν ὁ καιρὸς, ἐπὶ τὰς οἰκίας τρεπομένων τῶν Συρακουσίων, καὶ τὸ πῦρ μόλις ἐν τῇ νυκτὶ κατασβεσάντων.

Ἡμέρα δ' ὡς ἦν, τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ὑπέμεινε δημαγωγῶν, ἀλλὰ καταγνόντες αὐτῶν ἔφυγον. Ἡρακλείδης δὲ καὶ Θεοδότης, αὐτοὶ κομίσαντες ἑαυτοὺς τῷ Δίωνι παρέδωκαν· ἀδικεῖν ὁμολογοῦντες, καὶ δεόμενοι βελτίονος ἐκείνου τυχεῖν ἢ γεγόνασιν αὐτοὶ περὶ ἐκεῖνον· πρέπειν δὲ Δίωνι, τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν ἀσύγκριτον ἔχοντι, καὶ πρὸς ὀργὴν κρείττονι φα-

νῆναι

verum acervos in viis jacentium pergeret. Erant vero etiam ab hostibus omnia horrenda, efferatis penitus & in acie stantibus apud murum, quo difficilis erat & arduus aditus. Jam periculum ab incendio mercenarios vehementius terrebat, ac salebrosum faciebat progressum. Quippe flamma ædificia depascente undique erant cincti: ignitisque ingredientes ruderibus, & per stragem magnam tectorum parietumque ingenti cum discrimine currentes, densumque & cum fumo conjunctum penetrantes pulverem, enitebantur retinere neque dissipare ordines. Ut ad hostem ventum est, propter loci angustias & iniquitatem pauci cum paucis manus conseruere. Cæterum clamore & alacritate excitantibus pugnantes Syracusanis, pulsus est Nypsius, ac plerique milites ejus in propinquam refugientes arcem evaserunt, relictos foris & palantes mercenarii insequuti occiderunt. Fructum autem in præsentia victoriæ, gratulationemque & complexus tali facto convenientes non permisit tempus capere; convertentibus se ad ædificia Syracusanis, atque ignem ægre per totam noctem extinguentibus.

Ubi diluxit, nemo concionatorum remansit in urbe, sed damnantes semet ipsi fugæ consuluerunt. Heraclides autem & Theodotes ultro dediderunt sese Dioni, culpam fatentes, orantesque eum ut benigniorem in ipsos præberet se quam in se fuissent ipsi. Decere Dionem virtute omni alia præditum incomparabili, iræ quoque impe-

rare

νικῆσαι τῶν ἠγνωμονηκότων, οἳ περὶ ᾗ πρότερον ἐστασίασαν πρὸς αὐτὸν, νῦν ἥκουσιν ἡττᾶσθαι τῆς ἀρετῆς ὁμολογοῦντες. ταῦτα τῶν περὶ τὸν Ἡρακλείδην δεομένων, οἱ μὲν φίλοι παρεκελεύοντο τῷ Δίωνι μὴ φείδεσθαι κακῶν καὶ βασκάνων ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοῖς στρατιώταις χαρίσασθαι τὸν Ἡρακλείδην, καὶ τοῦ πολιτεύματος ἐξελεῖν δημοκοπίαν, ἐπιμανὲς νόσημα, τυραννίδος οὐκ ἔλαττον. ὁ δὲ Δίων παραμυθούμενος αὐτοὺς, ἔλεγεν ὡς τοῖς μὲν ἄλλοις στρατηγοῖς πρὸς ὅπλα καὶ πόλεμον ἡ πλείστη τῆς ἀσκήσεως ἐστὶν, αὐτῷ δὲ πολὺν χρόνον ἐν Ἀκαδημίᾳ μεμελέτηται θυμοῦ περιεῖναι καὶ φθόνου καὶ φιλονεικίας πάσης· ὧν ἐπίδειξίς ἐστιν οὐχ ἡ πρὸς φίλους καὶ χρηστοὺς μετριότης, ἀλλ᾽ εἴ τις ἀδικούμενος, εὐπαραίτητος εἴη καὶ πρᾶος τοῖς ἁμαρτάνουσι· βούλεσθαι δὲ Ἡρακλείδου μὴ τοσοῦτον δυνάμει καὶ φρονήσει κρατῶν, ὅσον χρηστότητι καὶ δικαιοσύνῃ φανῆναι. τὸ γὰρ ἀληθῶς βέλτιον ἐν τούτοις. αἱ δὲ τοῦ πολέμου κατορθώσεις, εἰ καὶ ἀνθρώπων μηδένα, τήν γε τύχην διαμφισβητοῦσαν ἔχουσιν. εἰ δ᾽ Ἡρακλείδης ἄπιστος καὶ κακὸς διὰ φθόνον, οὔτι καὶ Δίωνα δεῖ θυμῷ διαφθεῖραι τὴν ἀρετήν; τὸ γὰρ ἀντιτιμωρεῖσθαι τοῦ προαδικεῖν νόμῳ δικαιότερον ὡρίσθαι, φύσει γινόμενον ἀπὸ μιᾶς ἀσθενείας. ἀνθρώπου δὲ κακίαν, εἰ καὶ χαλεπόν ἐστιν, οὐχ οὕτως ἄγριον εἶναι παντάπασι καὶ δύσκολον, ὥστε μὴ μεταβάλλειν χάριτι νικηθεῖσαν ὑπὸ τῶν πολλάκις εὖ ποιούντων.

Τοιούτοις χρησάμενος λογισμοῖς ὁ Δίων, ἀφῆκε τοὺς περὶ τὸν Ἡρακλείδην. τραπόμενος δὲ πρὸς τὸ διατείχισμα, τῶν Συρακουσίων ἕκαστον ἐκέλευσεν

rare adversus ingratos: qui de qua ante cum eo contendebant, nunc veniunt ut vinci se virtute fateantur. Hæc illis precantibus, monuerunt amici Dionem ne improbis & malignis hominibus parceret, sed Heraclidem permitteret militibus, atque e republica istam popularis gratiæ aucupationem exstirparet, morbum tyrannide non minus vesanum. Quos placans Dion demonstravit cæteros duces plurimum ponere meditationis in armis & bello, se vero longo tempore in Academia iram commentatum invidiamque & æmulationem omnem vincere. Ejus esse documentum non in amicos & bonos moderationem, verum si quis injuriam inferentibus placabilis, in peccantes sit lenis; Heraclidem velle se non tam opibus & prudentia quam clementia & justitia superare videri. Quippe veram in his esse præcellentiam: victorias bellicas etsi neminem mortalium, fortunam certe quæ partem earum vindicet, habere. Quod si infidus Heraclides, & ex livore improbus sit, ideone Dionem oportere ira virtutem labefacere? Nam repetere pœnas quam priorem inferre injuriam lege quidem justius definiri, quum tamen natura ab imbecillitate proficiscatur eadem. Hominis improbitatem, quamvis aspera sit, non usque adeo feram tamen omnino esse & morosam, quin frequentibus beneficiis sese invertat superatam.

His usus rationibus Dion, Heraclidem & Theodotem missos fecit. Inde ad reficiendum arci objectum murum conversus, Syracusanis impe-

consilio Brutus, primum justitiæ innixus, deinde mutationis spem subjiciens. Neque enim desperabat bonæ indolis virum ambitiosumque & gloriæ cupidum Antonium sublato de medio Cæsare allectum ab ipsis æmulatione virtutis ad patriam liberandam connixurum esse. Ita Antonium servavit Brutus. At ille eo in metu veste sumpta plebeia fugit. Bruti vero sodales ad Capitolium perrexerunt, sanguinolentis manibus nudos præferentes pugiones, civesque vocaverunt ad libertatem. Primum editi clamores sunt, & discursus fortuiti tale facinus consecuti majorem consciverunt tumultum. Cæterum ubi nulla præterea cædes neque direptio rei ullius ex tabernis consequuta est, multi ad eos in Capitolium fidenter ex patribus & popularibus ascendere. Ut frequentes coiere, Brutus orationem habuit ad populum blandam & consentaneam factis. Quibus eum collaudantibus, atque ut descenderent conclamantibus, fidenti animo ex Capitolio digressi sunt in forum. Cæteri confusi inter se sequebantur. Brutum frequentes principes circumfusi perquam magnifice deduxerunt ex arce, atque in rostris constituere. Conspectum Bruti plebs est reverita, quamvis collectitia, & ad turbam parata, deditque ei modeste & sedate audientiam. Exorso dicere Bruto silentium, dum diceret, omnes præbuere. Sed non fuisse omnibus factum illud gratum demonstraverunt: quod quum dicere Cinna & Cæsarem accusare cœpisset, in iram erumperent, & Cinnam lacerarent maledictis. Itaque repetierunt illi iterum Ca-

λιον ἀπελθεῖν. ἔνθα δὴ δεδιὼς πολιορκίαν ὁ Βροῦτος, ἀπέπεμπε τοὺς ἀρίστους τῶν συναναβάντων· οὐκ ἀξιῶν τῆς αἰτίας μὴ μετέχοντας αὐτοὺς συναποδύεσθαι τὸν κίνδυνον.

Οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς βουλῆς συνελθούσης εἰς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, Ἀντωνίου δὲ καὶ Πλάγκου καὶ Κικέρωνος εἰπόντων περὶ ἀμνηστίας καὶ ὁμονοίας, ἔδοξε μὴ μόνον ἄδειαν εἶναι τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γνώμην ὑπὲρ τιμῶν προθεῖναι τοὺς ὑπάτους. καὶ ταῦτ' ἐπιψηφισάμενοι διελύθησαν. Ἀντωνίου δὲ τὸν υἱὸν εἰς τὸ Καπιτώλιον ὁμηρεύσοντα πέμψαντος, κατῆλθον οἱ περὶ Βροῦτον· ἀσπασμοί τε καὶ δεξιώσεις ἐγίνοντο πάντων ἀναμιχθέντων. καὶ Κάσσιον μὲν Ἀντώνιος ἑστίᾳ παραλαβὼν, Βροῦτον δὲ Λέπιδος· τοὺς δ' ἄλλους, ὥς τις εἶχε πρὸς ἕκαστον ἢ συνηθείας ἢ φιλοφροσύνης. ἅμα δ' ἡμέρᾳ πάλιν συνελθόντες οἱ βουλευταὶ, πρῶτον μὲν Ἀντωνίῳ τιμὰς ἔδοσαν, ὡς καταπαύσαντι πολέμων ἐμφυλίων ἀρχήν· ἔπειτα τῶν περὶ Βροῦτον ἦσαν ἔπαινοι τῶν παρόντων, καὶ τέλος ἐπαρχιῶν διανομαί. Βρούτῳ μὲν γὰρ ἐψηφίσαντο Κρήτην, Κασσίῳ Λιβύην, Τρεβωνίῳ δὲ Ἀσίαν, καὶ Κίμβρῳ Βιθυνίαν, τῷ δ' ἑτέρῳ Βρούτῳ τὴν περὶ τὸν Ἠριδανὸν Γαλατίαν.

Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῶν Καίσαρος διαθηκῶν καὶ ταφῆς αὐτοῦ λόγων ἐμπεσόντων, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον ἀξιούντων τάς τε διαθήκας ἀναγνωσθῆναι, καὶ τοῦ σώματος ἐκφορὰν γενέσθαι μὴ κεκρυμμένην μηδ' ἄτιμον, ὡς μὴ καὶ τοῦτο παροξύνῃ τὸν δῆμον· Κάσσιος μὲν ἰσχυρῶς ἀντέλεγεν, εἶξεν δὲ Βροῦτος καὶ συνεχώρησεν, δεύτερον ἁμαρτεῖν τοῦτο δόξας. καὶ γὰρ Ἀντωνίου φεισάμενος,

Capitolium. Hic metuens Brutus obsidionem, remisit optimos quosque, qui ipsos fuerant prosequuti: nolens eos qui facti fuissent exsortes, subire secum periculum.

At senatus postridie in ædem Telluris coactus, quum Antonius, Plancus, & Cicero de præteritorum oblivione & concordia verba fecissent, non modo illis decrevit impunitatem, sed & ut consules de illorum honoribus referrent. His decretis dimissus est senatus: ac quum filium suum Antonius in Capitolium misisset obsidem, Brutus cum sociis descendit, salutationesque & complexus omnium promiscue sunt consequuti. Invitavit Antonius Cassium ad cœnam, Brutum Lepidus, & alios, ut cuique cum illis aut familiaritas erat aut benevolentia. Postquam illuxit, senatus rursus convenit. Primo gratias egit Antonio quod initium belli civilis sopivisset: inde Brutus & ejus consortes laudibus præsentes sunt celebrati, & provinciæ denique eis assignatæ. Decreverunt Bruto Cretam, Africam Cassio, Trebonio Asiam, Cimbro Bithyniam, Decio Bruto Galliam circumpadanam.

Hinc quum de Cæsaris testamento & funere mentio facta esset, & postularet ut testamentum recitaretur Antonius, atque ut corpus non occulte neque ignominiose efferretur, ne populus inde magis exasperaretur: repugnavit Cassius acriter, verum cessit Brutus atque id permisit: qua in re iterum visus est titubasse. Etenim in parcendo Antonio non caruit

μένος, αἰτίαν ἔσχεν ἐπιτειχίσας τῇ συνωμοσίᾳ βαρὺν καὶ δύσμαχον πολέμιον· καὶ τὰ περὶ τὴν ταφὴν ὃν Ἀντώνιος ἠξίου τρόπον ἐάσας γενέσθαι, τοῦ παντὸς σφαλῆναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἐν ταῖς διαθήκαις δεδομένων κατ' ἄνδρα Ῥωμαίοις πᾶσι δραχμῶν ἑβδομήκοντα πέντε, καὶ τῷ δήμῳ τῶν πέραν τοῦ ποταμοῦ κήπων ἀπολελειμμένων, οὗ νῦν ἐστι Τύχης ἱερὸν, εὔνοια θαυμαστὴ καὶ πόθος αὐτοῦ τοὺς πολίτας εἷλεν· ἔπειτα τοῦ σώματος εἰς τὴν ἀγορὰν κομισθέντος, Ἀντώνιος ἔπαινον, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ, διεξελθὼν, καὶ τὰ πλήθη κινούμενα πρὸς τὸν λόγον ὁρῶν, εἰς οἶκτον μετέβαλε, καὶ τὴν ἐσθῆτα λαβὼν τὴν Καίσαρος ᾑμαγμένην, ἀνέπτυξεν ἐπιδεικνύμενος τὰς διακοπὰς, καὶ τῶν τραυμάτων τὸ πλῆθος. ἦν οὖν ἰδεῖν οὐδὲν ἔτι κόσμῳ γινόμενον· ἀλλ' οἱ μὲν ἐβόων τοὺς ἀνδροφόνους ἀναιρεῖν· οἱ δ', ὥσπερ ἐπὶ Κλωδίου τοῦ δημαγωγοῦ πρότερον, ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τὰ βάθρα καὶ τὰς τραπέζας ἀνασπῶντες, καὶ συγκομίζοντες εἰς ταυτὸ, παμμεγέθη πυρὰν ἔνησαν· καὶ τὸν νεκρὸν ἐπιθέντες ἐν μέσῳ πολλῶν μὲν ἱερῶν, πολλῶν δ' ἀσύλων καὶ ἀβεβήλων τόπων καθηγίαζον. ὡς δὲ τὸ πῦρ ἐξέλαμψεν, ἀλλαχόθεν ἄλλος προσφερόμενοι, καὶ δαλοὺς ἀνασπῶντες ἡμιφλέκτους, διέθεον ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν ἀνῃρηκότων αὐτὸν, ὡς ἐμπρήσοντες. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν εὖ πεφραγμένοι πρότερον, ἀπεκρούσαντο τὸν κίνδυνον· ἦν δέ τις Κίννας, ποιητικὸς ἀνὴρ, οὐδὲν τῆς αἰτίας μετέχων, ἀλλὰ καὶ φίλος Καίσαρος γεγονώς· οὗτος ὄναρ ᾤετο καλούμενος ὑπὸ Καίσαρος ἐπὶ δεῖπνον, ἀρνεῖσθαι· τὸν δὲ λιπαρεῖν καὶ βιάζεσθαι· τέλος δ' ἄγειν λαβόμενον τῆς χειρὸς εἰς ἀχανῆ τόπον καὶ σκοτεινόν· αὐτὸν δ' ἄκοντα καὶ τεθαμβη-

culpa, quod hostem conjuratis objecerit gravem & expugnatu difficilem: jam quum funus, quomodo volebat Antonius, duci permitteret, in totum offendisse visus est. Primum enim, quia populo Romano viritim trecenos sestertios legavit, & publice hortos trans Tyberim, ubi nunc ædes Fortunæ est: ingens favor & desiderium ejus cepit cives. Deinde funere in forum delato, laudavit eum de more Antonius. Qui quum moveri oratione sua cerneret populum, flexit ad commiserationem, correptamque Cæsaris vestem cruore oppletam explicavit, & ut dilacerata esset vulnerum multitudine ostendit. Ibi videres nihil jam geri composite: sed alii interficiendos homicidas vociferabantur: pars, ut Clodio plebis concitatori factum fuerat ante, subsellia & mensas ex officinis corripientes & coacervantes, grandem pyram succenderunt, impositumque in rogum cadaver in medio frequentium locorum sacrorum, frequentium etiam inviolatorum atque intactorum combussere. Ut flamma eluxit, accurrentes alius aliunde & titiones arripientes semiustos, ad tecta discurrerunt interfectorum Cæsaris inflammanda. Verum illi obsepti ante periculum propulsaverunt. Cinna vero quidam poeta ab illa causa prorsus alienus, immo etiam Cæsaris amicus, in somno viderat ad cœnam se a Cæsare vocari, sed renuere se: illum autem obtestari & urgere, manu denique prehensum ducere in locum vastum & obscurum: invitum vero se paventem

θαμβημένον ἕπεσθαι. ταύτην ἰδόντι τὴν ὄψιν αὐτῷ συνέβη πυρέττειν διὰ νυκτός· ὅμως δ' ἕωθεν ἐκκομιζομένου τοῦ σώματος, αἰδούμενος μὴ παρεῖναι, προῆλθεν εἰς τὸν ὄχλον ἤδη διαγριαινόμενον. ὀφθεὶς δὲ, καὶ δόξας οὐχ ὅσπερ ἦν Κίννας ὀφθῆναι, ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ Καίσαρα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔναγχος λοιδορήσας, διεσπάσθη.

Τοῦτο τὸ πάθος μάλιστα, μετά γε τὴν Ἀντωνίου μεταβολὴν, δείσαντες οἱ περὶ Βροῦτον, ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως· καὶ διέτριβον ἐν Ἀντίῳ τὸ πρῶτον, ὡς, ὅταν παρακμάσῃ καὶ παρανθῇ τὸ τῆς ὀργῆς, αὖθις εἰς Ῥώμην κατιόντες. ὃ ῥαδίως ἔσεσθαι προσεδόκων, ἐν πλήθεσι φορᾶς ἀσταθμήτου καὶ ταχείας φερομένοις· καὶ τὴν σύγκλητον εὔνουν ἔχοντες, ἣ τοὺς Κίνναν διασπασαμένους χαίρειν ἐάσασα, τοὺς ἐπὶ τὰς οἰκίας τὰς ἐκείνων ἐπελθόντας ἀνεζήτει καὶ συνελάμβανεν. ἤδη δὲ καὶ ὁ δῆμος ἀχθόμενος, Ἀντωνίου σχεδὸν εἰς μοναρχίαν καθισταμένου, Βροῦτον ἐπόθει, καὶ προσεδοκᾶτο τὰς θέας ἄξειν παρὼν αὐτὸς ἃς ὤφειλε στρατηγῶν παρασχεῖν. αἰσθόμενος δὲ πολλοὺς τῶν ὑπὸ Καίσαρος ἐστρατευμένων, καὶ γῆν καὶ πόλεις παρ' ἐκείνου λαβόντων, ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ κατ' ὀλίγους παρεισρέοντας εἰς τὴν πόλιν, οὐκ ἐθάρρησεν ἐλθεῖν· ἀλλ' ὁ δῆμος ἐθεᾶτο, μὴ παρόντος ἐκείνου, τὰς θέας ἀφειδῶς πάνυ χορηγουμένας καὶ περιττῶς. θηρία τε γὰρ πάμπολλα συνεωνημένος, ἐκέλευσεν μηδὲν ἀποδόσθαι μηδ' ὑπολιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι καταχρήσασθαι. καὶ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν αὐτὸς εἰς Νέαν πόλιν καταβὰς ἐνέτυχε πλείστοις· περὶ δὲ Κανουτίου τινὸς εὐημεροῦντος ἐν τοῖς θεάτροις ἔγραφε πρὸς

τοὺς

tem sequi. Hac ei oblata specie febri nocte est correptus. Quum tamen funus mane duceretur, verecundans non adesse, processit in turbam jam efferatam. Quem ut conspexerunt, arbitrati non eum qui erat, sed esse illum qui nuper Cæsarem in concione laceraverat convitiis, discerpsere.

Hoc potissimum facto, secundum Antonii quidem mutationem conjurati perculsi urbe excesserunt. Hæserunt primum Antii: ut simul atque elanguisset & deferbuisset ira populi, redirent ad urbem. Quod facile futurum exspectabant in multitudine inconstanti & volucri incitata impetu, quum studiosum sui haberent senatum: qui connivens iis qui Cinnam dilaceraverant, illos qui conjuratorum ædes fuerant aggressi, requisivit & corripuit. Jam populus quoque, Antonium occupare propemodum tyrannidem ægre ferens, desiderabat Brutum, exspectabatque ludos, quos facere prætor debebat, præsentem editurum. Verum quod intellexisset hic frequentes Cæsaris veteranos, qui agros & colonias ab illo acceperant, insidias sibi moliri, & irrepere exiguis globis in urbem, dubitavit venire: populus tamen absente illo spectacula magnifice & effuse exhibita frequentavit. Ferarum enim magnos greges comparaverat. Harum præcepit ut nihil distraheretur vel reservaretur, sed exhiberentur omnes. Scenicos ipse Neapolim profectus plerosque convenit. De Canutio quodam qui in spectaculis placebat, scripsit ad

ami-

τοὺς φίλους, ὅπως πείσαντες αὐτὸν εἰσαγάγωσιν. Ἕλληνα γὰρ οὐδένα βιασθῆναι προσῆκεν. ἔγραψε δὲ καὶ Κικέρωνι, πάντως παρατυχεῖν ταῖς θέαις δεόμενος.

Ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει τῶν πραγμάτων ὄντων, ἑτέρα γίνεται μεταβολὴ, τοῦ νέου Καίσαρος ἐπελθόντος. οὗτος ἦν μὲν ἐξ ἀδελφιδῆς Καίσαρος, γράμματι δὲ παῖς ὑπ' αὐτοῦ καὶ κληρονόμος ἀπολελειμμένος. ἐν δ' Ἀπολλωνίᾳ διέτριβεν ὅτε Καῖσαρ ἀνῃρέθη, σχολάζων περὶ λόγους, κἀκεῖνον ἐπὶ Πάρθους ἐλαύνειν εὐθὺς ἐγνωκότα προσμένων. ἅμα δὲ τῷ πυθέσθαι τὸ πάθος, ἦλθεν εἰς Ῥώμην· καὶ δημαγωγίας ἀρχὴν τοὔνομα Καίσαρος θέμενος ἑαυτῷ, καὶ διανέμων τὸ καταλειφθὲν ἀργύριον τοῖς πολίταις, Ἀντώνιόν τε κατεστασίασε, καὶ χρήματα διαδοὺς, συνίστη καὶ συνῆγε πολλοὺς τῶν ὑπὸ Καίσαρι στρατευομένων. ἐπεὶ δὲ Κικέρων τῷ πρὸς Ἀντώνιον μίσει τὰ Καίσαρος ἔπραττε, τούτῳ μὲν ὁ Βροῦτος ἐπέπληττεν ἰσχυρῶς, γράφων ὡς οὐ δεσπότην βαρύνοιτο Κικέρων, ἀλλὰ μισοῦντα δεσπότην φοβοῖτο, καὶ πολιτεύοιτο δουλείας αἵρεσιν φιλανθρώπου, γράφων καὶ λέγων ὡς χρηστός ἐστι Καῖσαρ. οἱ δὲ πρόγονοι, φησὶν, ἡμῶν οὐδὲ πρᾴους δεσπότας ὑπέμενον. αὐτῷ δ' εἰς τοῦτο καιροῦ μήτε πολεμεῖν βεβαίως δεδόχθαι, μήτε ἡσυχάζειν· ἀλλ' ἓν μόνον εἶναι βεβουλευμένον, τὸ μὴ δουλεύειν· θαυμάζειν δὲ Κικέρωνα, εἰ πόλεμον μὲν ἐμφύλιον καὶ κινδυνώδη δέδοικεν, αἰσχρὰν δὲ καὶ ἄδοξον εἰρήνην οὐ φοβεῖται· τὸν δ' Ἀντώνιον ἐκβαλεῖν τῆς τυραννίδος μισθὸν αἰτεῖ τὸ Καίσαρα καταστῆσαι τύραννον.

Ἐν μὲν οὖν ταῖς πρώταις ἐπιστολαῖς τοιοῦτος ὁ Βροῦτος· ἤδη δὲ τῶν μὲν ὡς Καί-

amicos agerent cum eo, ut in scenam eum inducerent. Nam Græcum vi adducere, nemini jus erat. Scripsit & Ciceroni, orans ne prætermitteret quin interesset ludis.

Hoc rerum statu alia vicissitudo fit Cæsaris Octavii adventu. Hic sororis Cæsaris nepos erat, quem tabulis filium & hæredem nuncupaverat. Is Apolloniæ, quum Cæsar est interfectus, vacabat literis, atque illum expeditionem in Parthos molientem opperiebatur. Simul atque accepit illius necem, contulit se Romam: atque ad favoris popularis auspicium conciliandi sumpto Cæsaris nomine, pecuniaque legata in cives distributa, Antonium factione sua pressit, & multos Cæsaris veteranos largitione decuriavit contraxitque. Quia vero provectus odio Antonii Cicero studebat Cæsari, objurgavit eum acriter Brutus, non dominum gravari Ciceronem, sed infestum formidare dominum, atque id agere ut in servitute sit leni, qui Octavium scribat & dicat esse lenem. Atqui majores nostri, inquit, ne clementes quidem dominos tulerunt. Sibi hactenus neque bellum gerere plane certum esse neque quiescere, sed habere deliberatum unum, non servire. Mirari se Ciceronem, qui bellum civile ut periculosum timeat, turpem & fœdam pacem non horreat: Antonii autem tyrannide ejecti mercedem postulet, ut Cæsarem constituat tyrannum.

Atque primæ quidem Bruti epistolæ hujuscemodi fuere argumenti. Quum autem jam alii ad

Καίσαρα, τῶν δ' εἰς Ἀντώνιον διϊσαμένων, ὠνίων δὲ τῶν στρατοπέδων, ὥσπερ ὑπὸ κήρυκι, προστιθεμένων τῷ πλέον διδόντι, παντάπασι καταγνοὺς τῶν πραγμάτων, ἔγνω καταλιπεῖν Ἰταλίαν, καὶ πεζῇ διὰ Λουκανίας εἰς Ἐλέαν ἐπὶ θάλασσαν ἧκεν. ὅθεν ἡ Πορκία μέλλουσα πάλιν εἰς Ῥώμην ἀποτρέπεσθαι, λανθάνειν μὲν ἐπειρᾶτο περιπαθῶς ἔχουσα· γραφὴ δέ τις αὐτὴν προὔδωκε, τἆλλα γενναίαν οὖσαν. ἦν γὰρ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν διάθεσις, προπεμπόμενος Ἕκτωρ ὑπὸ Ἀνδρομάχης, κομιζομένης παρ' αὐτοῦ τὸ παιδίον, ἐκείνῳ δὲ προσβλεπούσης. ταῦτα θεωμένην τὴν Πορκίαν ἡ τοῦ πάθους εἰκὼν ἐξέτηξεν εἰς δάκρυα· καὶ πολλάκις φοιτῶσα τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν. Ἀκιλίου δέ τινος τῶν Βρούτου φίλων τὰ πρὸς Ἕκτορα τῆς Ἀνδρομάχης ἔπη διελθόντος,

Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ,
Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης,

μειδιάσας ὁ Βροῦτος, Ἀλλ' οὐκ ἐμοί γ', εἶπεν, πρὸς Πορκίαν ἔπεισι φάναι τὰ τοῦ Ἕκτορος,

Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε.

σώματος γὰρ ἀπολείπεται φύσει τῶν ἴσων ἀνδραγαθημάτων, γνώμῃ δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀριστεύσει. ταῦτα μὲν ὁ τῆς Πορκίας υἱὸς ἱστόρηκε Βύβλος.

Ἀναχθεὶς δ' ὁ Βροῦτος ἐκεῖθεν ἐπ' Ἀθηνῶν ἔπλει. δεξαμένου δὲ τοῦ δήμου προθύμως αὐτὸν εὐφημίαις καὶ ψηφίσμασι, διῃτᾶτο μὲν παρὰ ξένῳ τινί Θεο-

ad Octavii partes, alii ad Antonii discederent, atque exercitus venales tanquam sub hasta pluris licitanti addicerent se: desperata semel republica Italiam statuit relinquere, ac per Lucaniam pedestri itinere Eleam ad mare venit. Inde Romam Porcia reditura, comprimere nitebatur animi dolorem: verum fortem alioquin pictura quædam detexit. Ea argumentum Græcum continebat, quemadmodum prosequuta sit Hectorem Andromache, & receperit ab eo filium suum, oculis autem fuerit in illum defixa. Hanc Porciæ spectanti expressit sui affectus imago lacrymas, & crebro in dies ad eam commeans flebat. Quum vero Acilius quidam Bruti amicus, Andromaches ad Hectorem verba recensuisset,

Ast, Hector, pater es mihi tu, venerandaque mater,
Tu frater mihi, tu florens ætate maritus,

subridens Brutus, Atqui mihi, inquit, non venit in mentem ad Porciam Hectoris versus fari,

Tu præscribe tuis telas & pensa puellis.

Nam corporis quidem ejus indoles paria ac nos facta non assequitur, animo vero æque strenue pugnat pro patria. Hæc Porciæ filius Bibulus memoriæ prodidit.

At Brutus inde solvit, & Athenas profectus est. Eum populus Atheniensis propenso animo festisque vocibus & decretis excepit. Diversatus est apud hospitem quendam suum, audiens Theo-

Θεομνήστου δ' ἀκροώμενος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, καὶ Κρατίππου τοῦ Περιπατητικοῦ, καὶ συμφιλοσοφῶν, ἐδόκει παντάπασιν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν. ἔπραττε δὲ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἀνυπόπτως. καὶ γὰρ εἰς Μακεδονίαν ἔπεμψεν Ἡρόστρατον, οἰκειούμενος τοὺς ἐπὶ τῶν ἐκεῖ στρατοπέδων, καὶ τοὺς σχολάζοντας ἀπὸ Ῥώμης ἐν ἄστει νέους ἀνελάμβανεν καὶ συνεῖχεν. ὧν ἦν καὶ Κικέρωνος υἱός, ὃν ἐπαινεῖ διαφερόντως, καί φησιν, εἴτ' ἐγρήγορεν, εἴτ' ἐνυπνιάζεται, θαυμάζειν οὕτω γενναῖον ὄντα καὶ μισοτύραννον. ἀρξάμενος δὲ τῶν πραγμάτων ἀναφανδὸν ἅπτεσθαι, καὶ πυθόμενος πλοῖα Ῥωμαϊκὰ μεστὰ χρημάτων ἐξ Ἀσίας προσφέρεσθαι, καὶ στρατηγὸν ἐπιπλεῖν, ἄνδρα χαρίεντα καὶ γνώριμον, ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ Κάρυστον· ἐντυχὼν δὲ καὶ πείσας, καὶ παραλαβὼν τὰ πλοῖα, λαμπροτέραν ὑποδοχὴν ἐποιεῖτο. καὶ γὰρ ἦν ἡμέρα καθ' ἣν ἐγεγόνει πρῶτον ὁ Βροῦτος. ὡς οὖν ἐλθόντες εἰς τὸ πίνειν, ἐπιχύσεις ἐποιοῦντο νίκης τε Βρούτου καὶ Ῥωμαίων ἐλευθερίας, ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ῥῶσαι βουλόμενος, ᾔτησε ποτήριον μεῖζον· καὶ λαβὼν, ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως ἀνεφώνησε τὸν στίχον τοῦτον,

Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἱστοροῦσιν, ὅτε τὴν τελευταίαν ἐν Φιλίπποις μαχούμενος ἐξῄει μάχην, σύνθημα παρ' αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις Ἀπόλλωνα δοθῆναι. διὸ καὶ τῆς συμφορᾶς τίθενται σημεῖον ἐκείνην τὴν ἀναφώνησιν.

Ἐκ τούτου πεντήκοντα μὲν αὐτῷ μυριάδας Ἀντίστιος, ἀφ' ὧν ἦγε καὶ αὐτὸς εἰς Ἰταλίαν χρημάτων, δίδωσιν. ὅσοι δὲ περὶ Θεσσαλίαν ἔτι τῆς Πομ-

Theomneſtum quendam Academicum & Cratippum Peripateticum, unaque cum his vacans literis, omnino feriari videbatur & otiari. Verum in occulto parabat bellum: nam in Macedoniam Heroſtratum ad conciliandos eos qui præerant ibi exercitibus miſit, & adoleſcentes Romanos qui Athenis operam dabant literis fovebat, ſibique adjungebat: in quibus erat Ciceronis filius, quem laudibus in cœlum fert, aitque, ſive vigilet ſive dormiat, mirari ſe illum adeo fortem juvenem & tyrannis infeſtum. Exorſus ex profeſſo rebus admovere manus, quum accepiſſet navigia Romana argento onuſta dirigere Athenas curſum ex Aſia, & prætorem iis navibus advehi, probum virum & ſibi familiarem, occurrit ei circa Caryſtum. Hunc ubi convenit, & ad tradenda ſibi induxit navigia, ſplendidius epulum paravit. Erat enim Bruti natalis. Poſtquam ad compotationes ventum eſt, & libamina cœperunt pro Bruti victoria & populi Romani libertate facere: quo magis eos corroboraret, grandius popoſcit poculum. Eo accepto, hunc verſum temere neque ulla ductus occaſione alta voce pronuntiavit,

Sed me Latoides fatumque immite peremit.

Adhæc ſcribunt, quum ad noviſſimam in Philippis committendam pugnam procederet, ſignum militibus eum dediſſe Apollinem. Unde exclamationem illam pro cladis omine habent.

Inde vicies ſeſtertium Antiſtius ex illa pecunia quam portabat in Italiam, impertit. Quotquot etiam tum per Theſſaliam ex militibus Pom-

Πομπηΐῳ στρατιᾶς ἐπλανῶντο, συνέρρεον ἀσμένως πρὸς αὐτόν· ἱππεῖς τε πεντακοσίους ἀφείλετο Κίννα πρὸς Δολοβέλλαν ἄγοντος εἰς Ἀσίαν. ἐπιπλεύσας τε Δημητριάδι, πολλῶν ὅπλων ἐξαγομένων πρὸς Ἀντώνιον, ἃ Καίσαρος τοῦ προτέρου κελεύσαντος ἐπὶ τὸν Παρθικὸν ἐποιήθη πόλεμον, ἐκράτησεν. Ὀρτησίου δὲ τοῦ στρατηγοῦ παραδόντος αὐτῷ Μακεδονίαν, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ βασιλέων καὶ δυναστῶν συνισταμένων καὶ προστιθεμένων, ἀγγέλλεται Γάϊος ὁ Ἀντωνίου ἀδελφὸς ἐξ Ἰταλίας διαβεβηκὼς, καὶ βαδίζειν εὐθὺς ἐπὶ τὰς δυνάμεις, ἃς ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ Ἀπολλωνίᾳ Γαβίνιος συνεῖχεν. βουλόμενος οὖν φθάσαι καὶ προλαβεῖν ὁ Βροῦτος, ἐξαίφνης ἀναστήσας τοὺς σὺν αὐτῷ, διὰ χωρίων χαλεπῶν νιφόμενος ἐπορεύετο· καὶ πολὺ προῆλθεν τοὺς κομίζοντας τὸ ἄριστον. ἐγγὺς οὖν Ἐπιδάμνου γενόμενος, διὰ κόπον καὶ ψύχος ἐβουλιμίασεν. συμπίπτει δὲ μάλιστα τὸ πάθος χιόνος οὔσης πονοῦσι καὶ κτήνεσι καὶ ἀνθρώποις· εἴτε τοῦ θερμοῦ διὰ περίψυξιν καὶ πύκνωσιν, ὅταν ἐντὸς ἅπαν καθειρχθῇ, τὴν τροφὴν ἀθρόως ἀναλίσκοντος· εἴτε δριμεῖα καὶ λεπτὴ τῆς χιόνος διαλυομένης ἰοῦσα πνοὴ τέμνει τὸ σῶμα, καὶ διαφθείρει τὸ θερμὸν ἔξω αὐτοῦ θύραζε διασπειρόμενον. τὰς γὰρ ἐφιδρώσεις παρέχειν δοκεῖ τὸ θερμὸν, ἀπαντῶντι τῷ ψυχρῷ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν σβεννύμενον. ὑπὲρ ὧν ἐν ἑτέροις μᾶλλον ἠπόρηται.

Λειποθυμοῦντος δὲ τοῦ Βρούτου, καὶ μηδενὸς ἔχοντος ἐν τῷ στρατοπέδῳ μηδὲν ἐδώδιμον, ἠναγκάσθησαν οἱ περὶ αὐτὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους καταφυγεῖν· καὶ ταῖς πύ-

Pompeianis palabantur, libenti animo confluxerunt ad eum. Equites insuper quingentos Cinnæ, quos in Asiam ducebat ad Dolabellam, ademit. Hinc Demetriadem profectus, magnam armorum vim Cæsaris dictatoris jussu ad bellum Parthicum paratorum, quæ deportabantur ad Antonium, in suam redegit potestatem. Accepta a prætore Hortensio Macedonia, circumjectisque regibus & dynastis conspirantibus, atque ei associantibus se, adfertur Caium M. Antonii fratrem trajecisse ex Italia, atque e vestigio pergere ad copias quas Dyrrhachii & Apolloniæ Gabinius habebat. Igitur eum prævertere cupiens Brutus, & occupare illas copias, repente vasis conclamatis iter fecit per loca aspera & multam nivem, longeque præcurrit eos qui prandium suum ferebant. Ut prope Dyrrhachium venit, est ex labore & algore bulimia, id est, vehementi esurie, correptus. Quod mali apprehendit fere & pecudes & homines, quum per nivem fatigantur: vel quod calor ob corpus frigore astrictum & condensatum, ubi coactus intro omnis est, alimentum statim consumat: vel quod emissus halitus a nive fusa acris & tenuis penetret corpus, & calorem ex eo foras dispersum dissolvat. Quippe sudores efficere calor videtur occursu in superficie frigoris extinctus: de quibus alio loco disputavimus latius.

Quia vero Brutus animo deficiebatur, neque ullus in exercitu quicquam habebat cibarii, necesse fuit ministris ejus ad hostes confugere, atque ad portam pergentes

πύλαις προσελθόντες, ἄρτον ᾔτουν τοὺς φύλακας. οἱ δὲ διακούσαντες τὸ σύμπτωμα τοῦ Βρούτου, παρῆσαν αὐτοὶ καὶ σιτία καὶ ποτὰ κομίζοντες. ἀνθ' ὧν ὁ Βροῦτος, ὡς τὴν πόλιν παρέλαβεν, οὐ μόνον τούτοις ἀλλὰ καὶ πᾶσι διὰ τούτους φιλανθρώπως ἐχρήσατο. Γάϊος δ' Ἀντώνιος Ἀπολλωνίᾳ προσβαλὼν, ἐκεῖ τοὺς ἐγγὺς ὄντας ἐκάλει στρατιώτας. ἐπεὶ δ' οὗτοί τε πρὸς Βροῦτον ᾤχοντο, καὶ τοὺς Ἀπολλωνιάτας ᾔσθετο τὰ Βρούτου φρονοῦντας, ἐκλιπὼν τὴν πόλιν εἰς Βουθρωτὸν ἐβάδιζεν. καὶ πρῶτον μὲν ἀπόλλυσι τρεῖς σπείρας καθ' ὁδὸν ὑπὸ Βρούτου κατακοπείσας· ἔπειτα τοὺς περὶ τὴν Βυλλίδα τόπους προκαταληφθέντας ἐπιχειρῶν ἐκβιάζεσθαι, καὶ μάχην συνάψας Κικέρωνι, νικᾶται. τούτῳ γὰρ ὁ Βροῦτος ἐχρῆτο στρατηγῷ, καὶ πολλὰ δι' αὐτοῦ κατώρθωσε. λαβὼν δὲ τὸν Γάϊον ἐν χωρίοις ἑλώδεσι μακρὰν διεσπασμένον, οὐκ εἴασεν ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ περιίππευσε, φείδεσθαι κελεύων, ὡς μετὰ μικρὸν ἰδίων ἐσομένων. ὃ καὶ συνέβη. παρέδοσαν γὰρ ἑαυτοὺς καὶ τὸν στρατηγὸν, ὥστε μεγάλην ἤδη περὶ τὸν Βροῦτον δύναμιν εἶναι. χρόνον μὲν οὖν πολὺν ἐν τιμῇ τὸν Γάϊον ἦγε, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς οὐκ ἀφῄρει, καίπερ, ὥς φασιν, ἄλλων τε πολλῶν καὶ Κικέρωνος ἀπὸ Ῥώμης γραφόντων καὶ κελευόντων ἀναιρεῖν. ἀρξάμενον δὲ κρύφα τοῖς ἡγεμόσι διαλέγεσθαι, καὶ ποιήσαντα νεωτερισμὸν, ἐνθέμενος εἰς ναῦν ἐφύλαττεν. τῶν δὲ διαφθαρέντων στρατιωτῶν εἰς Ἀπολλωνίαν ἀποστάντων, καὶ καλούντων ἐκεῖ τὸν Βροῦτον, οὐκ ἔφη τοῦτο πάτριον εἶναι Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἐκείνους πρὸς τὸν ἄρχοντα χρῆναι βαδίζοντας αὐτοὺς παραιτεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ὀργήν. ἐλθοῦσι δὲ καὶ δεομένοις συγγνώμην ἔδωκεν.

Μέλ-

tes panem petierunt a statione. Qui audito Bruti incommodo accurrerunt ipsi, cibumque & potum attulerunt. Pro quo beneficio Brutus, ubi deditum est ei oppidum, non in hos modo, sed horum etiam causa clementem præbuit se in omnes. At C. Antonius Apolloniam profectus accivit eo propinquos milites: verum quum & hi conferrent se ad Brutum, & Apolloniatas odoratus est cum Bruto sentire, eo relicto oppido Buthrotum contendit. Ibi primum tres cohortes amittit in itinere a Bruto concisas. Deinde quum loca circa Byllidem tentaret a Bruto insessa expugnare, prœlio cum Cicerone conserto fusus est. Siquidem utebatur hoc duce Brutus, multaque ductu ejus gessit prospere. Quum vero Caium occupasset locis palustribus procul a recepta distractum, non permisit suis in illius milites incurrere: sed circumvectus imperavit ut parcerent iis, quod mox futuri sui essent. Quod evenit: nam & se & ducem dedidere. Itaque magnum jam exercitum habuit Brutus. Caium diu honorifice habuit, neque ademit ei magistratus insignia: quamvis multi, uti dictitant, e Roma, & Cicero, scriberent monerentque ut interficeret eum. Cæterum ubi occulte duces appellare, moliri cœpit seditionem, navi impositum habuit in custodia. Milites corrupti quum Apolloniam secessissent, & Brutum eo accirent: negavit id moris esse Romani, sed illis ad ducem eundum esse, & veniam petendam delictorum. Quibus quum venissent deprecantibus ignovit.

Pa-

Μέλλοντι δ' αὐτῷ διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἧκεν ἀγγελία περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ μεταβολῆς. ὁ γὰρ νέος Καῖσαρ ηὐξήθη μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπ' Ἀντώνιον· ἐκβαλὼν δὲ τῆς Ἰταλίας ἐκεῖνον, αὐτὸς ἤδη φοβερὸς ἦν, ὑπατείαν τε μνώμενος παρὰ νόμον, καὶ στρατεύματα τρέφων μεγάλα, τῆς πόλεως οὐδὲν δεομένης. ὁρῶν δὲ καὶ ταῦτα τὴν βουλὴν βαρυνομένην, καὶ πρὸς τὸν Βροῦτον ἀφορῶσαν ἔξω, καὶ ψηφιζομένην ἐκείνῳ καὶ βεβαιοῦσαν τὰς ἐπαρχίας, ἔδεισεν. καὶ τὸν μὲν Ἀντώνιον πέμπων εἰς φιλίαν προὐκαλεῖτο, τὰς δὲ δυνάμεις τῇ πόλει περιστήσας, ὑπατείαν ἔλαβεν οὔπω πάνυ μειράκιον ὤν, ἀλλ' εἰκοστὸν ἄγων ἔτος, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. εὐθὺς δὲ δίκας φόνου κατὰ τῶν περὶ τὸν Βροῦτον εἰσῆγεν, ὡς ἄνδρα πρῶτον ἐν ἀρχαῖς ταῖς μεγίσταις ἀνῃρηκότων ἄκριτον· καὶ κατήγορον ἐπέστησε, Βρούτῳ μὲν, Λεύκιον Κορνιφίκιον, Κασσίῳ δὲ Μάρκον Ἀγρίππαν. ὠφλίσκανον οὖν τὰς δίκας ἐρήμας, ἀναγκαζομένων φέρειν ψῆφον τῶν δικαστῶν. λέγεται δὲ, τοῦ κήρυκος, ὥσπερ εἰώθει, ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν Βροῦτον ἐπὶ τὴν δίκην καλοῦντος, τὸ μὲν πλῆθος ἐπιδήλως στενάξαι, τοὺς δ' ἀρίστους κύψαντας εἰς γῆν ἡσυχίαν ἄγειν· Πόπλιον δὲ Σιλίκιον ὀφθῆναι δακρύσαντα, καὶ διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ὀλίγον ὕστερον ἕνα τῶν προγεγραμμένων ἐπὶ θανάτῳ γενέσθαι. μετὰ ταῦτα διαλλαγέντες οἱ τρεῖς, Καῖσαρ, Ἀντώνιος, Λέπιδος, διενείμαντο τὰς ἐπαρχίας, σφαγάς τε καὶ προγραφὰς ἀνδρῶν διακοσίων ἐποίησαν, ἐν οἷς καὶ Κικέρων ἀπέθανεν.

Τούτων οὖν εἰς Μακεδονίαν ἀπαγγελθέντων, ἐκβιασθεὶς ὁ Βροῦτος ἔγραψεν Ὁρτη-

Paranti in Asiam transire nuntiatum est de rebus Romæ mutatis. Siquidem Octavius Cæsar evectus adversus Antonium a senatu erat. Quo Italia pulso, erat ipse jam terrori, quod contra leges ambiret consulatum, atque ingentes exercitus, quum id reipublicæ opus non esset, aleret. Hæc ille senatum ægre ferre animadvertens, & foras Brutum respicere, illique decernere & confirmare provincias, timere cœpit. Ita Antonium per legatos invitavit ad reconciliationem, circumfusoque urbi exercitu consulatum accepit vix dum adolescens & vigesimum annum agens, ut in commentariis ipse retulit: mox judicium capitale Bruto & sociis ejus dictavit, quod principem virum in summis positum magistratibus inauditum trucidassent. Accusatorem apposuit Bruto L. Cornificium, Cassio M. Agrippam. Indicta causa, coactis sententiam ferre judicibus, damnati sunt. Fama est, quum præco de more citaret Brutum ex rostris ad causam dicendam, plebem non obscure ingemuisse, optimates dejecto in terram capite conticuisse, P. Silicio lacrymas manasse, atque hac de causa inter proscriptos mox fuisse relatum. Hinc triumviri in gratiam reducti, Cæsar, Antonius, Lepidus, provincias partiti sunt, cædesque fecerunt, & ducenos, inter quos Cicero quoque est obtruncatus, proscripsere.

His in Macedoniam perlatis, expugnatus Brutus Hortensio scripsit ut interficeret C. An-

Ὀρτησίῳ κτεῖναι Γάϊον Ἀντώνιον, ὡς δὴ Βρούτῳ τε καὶ Κικέρωνι τιμωρῶν, τῷ μὲν ὄντι φίλῳ, τῷ δὲ καὶ κατὰ γένος προσήκοντι. διὰ ταῦθ' ὕστερον Ἀντώνιος Ὀρτήσιον ἐν Φιλίπποις λαβὼν, τῷ μνήματι τοῦ ἀδελφοῦ προσέσφαξεν. Βροῦτος δὲ τῆς Κικέρωνος τελευτῆς τῇ αἰτίᾳ φησὶν αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τῷ πάθει συναλγεῖν· ἐγκαλεῖν δὲ τοῖς ἐπὶ Ῥώμης φίλοις. δουλεύειν γὰρ αὐτῶν αἰτίᾳ μᾶλλον ἢ τῶν τυραννούντων, καὶ καρτερεῖν ὁρῶντας καὶ παρόντας ἃ μηδ' ἀκούειν αὐτοῖς ἀνεκτὸν ἦν. περαιώσας δὲ τὸν στρατὸν εἰς Ἀσίαν ἤδη λαμπρὸν ὄντα, ναυτικὸν μὲν ἐξηρτύετο στόλον ἐν Βιθυνίᾳ καὶ περὶ Κύζικον· πεζῇ δ' αὐτὸς ἐπιὼν καθίστατο τὰς πόλεις, καὶ τοῖς δυνάσταις ἐχρημάτιζε, καὶ πρὸς Κάσσιον ἔπεμπεν εἰς Συρίαν ἀπ' Αἰγύπτου μετακαλῶν. οὐ γὰρ ἀρχὴν κτωμένους αὐτοὺς, ἀλλ' ἐλευθεροῦντας τὴν πατρίδα, τὴν δύναμιν ᾗ καταλύσουσι τοὺς τυράννους συνάγοντας πλανᾶσθαι· δεῖν οὖν μεμνημένους καὶ φυλάττοντας τὴν ὑπόθεσιν, μὴ μακρὰν ἀπηρτῆσθαι τῆς Ἰταλίας, ἀλλ' ἐκεῖσε σπεύδειν, καὶ βοηθεῖν τοῖς πολίταις. ὑπακούσαντος δὲ τοῦ Κασσίου, καὶ καταβαίνοντος, ἀπήντα· καὶ περὶ Σμύρναν ἀλλήλοις ἐνετύγχανον, ἀφ' οὗ πρῶτον ἐν Πειραιεῖ χωρισθέντες ὥρμησαν, ὁ μὲν εἰς Συρίαν, ὁ δὲ εἰς Μακεδονίαν. ἦν οὖν ἡδονή τε μεγάλη καὶ θάρσος αὐτοῖς ἐκ τῆς παρούσης ἑκατέρῳ δυνάμεως. ὁρμήσαντες γὰρ ἐκ τῆς Ἰταλίας ὅμοια φυγάδων τοῖς ἀτιμοτάτοις, ἀχρήματοι καὶ ἄνοπλοι, μὴ ναῦν ἐνήρη, μὴ στρατιώτην ἕνα, μὴ πόλιν ἔχοντες, οὐ πολλοῦ πάνυ χρόνου διαγενομένου συνῆλθον εἰς ταυτὸ, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ καὶ ἵπποις καὶ χρήμασιν ἀξιόμαχοι διαγωνίσασθαι περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὄντες.

Ἐβού-

Antonium, quo Decio Bruto & Ciceroni parentaret: quorum amicus hic, ille genere ei erat propinquus. Quamobrem Hortensium postea Antonius acie Philippensi captum interfecit ad fratris monumentum. Brutus autem fati Ciceronis causa magis erubescere ait se quam dolere calamitatem: increpitare se urbanos amicos, quod ipsorum culpa potius quam tyrannorum servirent, videreque sustinerent atque assistere iis quæ esse ipsis deberent auditu intoleranda. Exercitu jam deportato in Asiam magnifico, navales copias in Bithynia & apud Cyzicum paravit. Pedestri itinere profectus civitates composuit, dynastas audivit, & in Syriam misit ad Cassium, revocans eum ex Ægypto. Non enim ipsos quo imperium sibi ipsis pararent, sed ut in libertatem vindicarent patriam, ad cogendas copias quibus opprimerent tyrannos vagari. Debere igitur hujus rei memores, & institutum suum sequentes, non longe se ab Italia abducere: verum illuc properare ad succurrendum civibus. Obtemperanti Cassio & redeunti processit obviam. Convenerunt ad Smyrnam, postquam primo in Piræeo distracti alter in Syriam, alter in Macedoniam perrexit. Igitur magna eos voluptas & fiducia ex præsentibus utriusque viribus incessit. Nam quum ex Italia abjectissimorum exulum modo fuissent profecti inopes atque inermes; quibus nulla instructa navis, non unus miles, non oppidum erat: haud multo interposito spatio coierunt classe, peditatu, equitatu, stipendio instructi, ut satis virium haberent ad decertandum de Romano imperio.

Parem

Ἐβούλετο μὲν οὖν ἴσον ἔχειν τιμῆς καὶ παρέχειν ὁ Κάσσιος· ἔφθανεν δ' ὁ Βροῦτος, ὡς τὰ πολλὰ φοιτῶν πρὸς αὐτὸν, ἡλικίᾳ τε προὔχοντα, καὶ σώματι πονεῖν ὁμοίως μὴ δυναμένῳ χρώμενον. ἦν δὲ δόξα Κάσσιον μὲν εἶναι δεινὸν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ὀργῇ δὲ τραχὺν, καὶ φόβῳ μᾶλλον ἄρχοντα· πρὸς δὲ τοὺς συνήθεις ὑγρότερον τῷ γελοίῳ, καὶ φιλοσκώπτην. Βροῦτον δὲ λέγουσι δι' ἀρετὴν φιλεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν, ἐρᾶσθαι δ' ὑπὸ τῶν φίλων, θαυμάζεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀρίστων, μισεῖσθαι δὲ μηδ' ὑπὸ τῶν πολεμίων· ὅτι πρᾷος ὁ ἀνὴρ διαφερόντως, καὶ μεγαλόφρων, καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ ἡδονὴν καὶ πλεονεξίαν ἀπαθὴς, ὄρθιον δὲ τὴν γνώμην καὶ ἄκαμπτον ἐστῶσαν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου διαφυλάττων. καὶ μέγιστον ὑπῆρχεν αὐτῷ πρὸς εὔνοιαν καὶ δόξαν ἡ τῆς προαιρέσεως πίστις. οὔτε γὰρ ἐκεῖνος ὁ μέγας Πομπήϊος, εἰ Καίσαρα καθεῖλεν, ἠλπίζετο βεβαίως προήσεσθαι τοῖς νόμοις τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἀεὶ τὰ πράγματα καθέξειν, ὑπατείας ὀνόματι καὶ δικτατωρείας, ἤ τινος ἄλλης μαλακωτέρας ἀρχῆς παραμυθούμενος τὸν δῆμον. Κάσσιον δὲ τοῦτον σφοδρὸν ἄνδρα καὶ θυμοειδῆ, καὶ πολλαχοῦ πρὸς τὸ κερδαλέον ἐκφερόμενον τοῦ δικαίου, παντὸς μᾶλλον ᾤοντο πολεμεῖν καὶ πλανᾶσθαι καὶ κινδυνεύειν, αὑτῷ τινα δυναστείαν κατασκευαζόμενον, οὐκ ἐλευθερίαν τοῖς πολίταις. τὰ μὲν γὰρ ἔτι τούτων πρεσβύτερα, Κίνναι, καὶ Μάριοι, καὶ Κάρβωνες, ἆθλον ἐν μέσῳ καὶ λείαν προθέμενοι τὴν πατρίδα μόνον οὐχὶ ῥητῶς ὑπὲρ τυραννίδος ἐπολέμησαν. Βρούτου δὲ λέγουσιν μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς προσβάλλειν τοιαύτην μεταβολήν· ἀλλ' Ἀντωνίου γε καὶ πολλοὺς ἀκοῦσαι λέγοντος, ὡς μόνον οἴοι-

το

Parem volebat Cassius honorem habere & tribuere Bruto, verum prævenit eum Brutus, plerumque ad eum ventitans: quod & ætate ille superior esset, & corpore minus ad laborem ferendum comparatus. Habebatur Cassius rei bellicæ peritus, sed ira asper, & per metum magis velle imperare: apud familiares ad risum pronior & jocosior. Brutum vero virtutis causa ferunt vulgo charum, amicis dilectum fuisse, admirationi optimo cuique, odio venisse ne hostibus quidem: quod mire lenis esset vir, magnanimus, adversus iram, voluptatem, avaritiam immotus, & rectam sententiam atque inflexibilem retineret pro honesto, & justitia. Maximum ei ad benevolentiam & laudem, quod proposito ejus haberetur fides, fuit momentum. Neque enim Magnus ille Pompeius, si Cæsarem obtrivisset, sperabatur omnino summam potestatem legibus redditurus: sed perpetuo imperium consulis aut dictatoris aut cujuspiam alterius nomine magistratus civilioris, qui populo esset gratior, retenturus. Hunc vero Cassium violentum virum & iracundum, & subinde a recto ad utile evectum, omnino arbitrabantur bellum gerere & circumcursitare, & discrimina subire potius ad quærendam sibi potentiam, quam civibus libertatem. Nam qui his etiam superiores fuerunt, Cinnæ, Marii, Carbones, posuerunt in medio patriam pro præmio & præda, ac pene ex professo belligerarunt de tyrannide. At Bruto perhibent ne hostes quidem eam objectasse varietatem: immo ex Antonio etiam multos audivisse, quum diceret solum

se

τὸ Βροῦτον ἐπιθέσθαι Καίσαρι, προσαχθέντα τῇ λαμπρότητι καὶ τῷ φαινομένῳ καλῷ τῆς πράξεως, τοὺς δ' ἄλλους ἐπὶ τὸν ἄνδρα συστῆναι μισοῦντας καὶ φθονοῦντας. ὅθεν Βροῦτος οὐ τῇ δυνάμει τοσοῦτον ὅσον τῇ ἀρετῇ δῆλός ἐστιν ἐξ ὧν γράφει πεποιθώς. γράφει δὲ πρὸς Ἀττικὸν ἤδη τῷ κινδύνῳ πλησιάζων, ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς τύχης εἶναι τὰ καθ' αὐτόν· ἢ γὰρ νικήσας, ἐλευθερώσειν τὸν Ῥωμαίων δῆμον, ἢ δουλείας ἀποθανὼν ἀπαλλαγήσεσθαι· καὶ τῶν ἄλλων ἀσφαλῶς αὐτοῖς καὶ βεβαίως ἐχόντων, ἕν τ' ἄδηλον εἶναι πότερον βιώσονται μετ' ἐλευθερίας ἢ τεθνήξονται. Μάρκον δ' Ἀντώνιον ἀξίαν φησὶ τῆς ἀνοίας διδόναι δίκην, ὃς ἐν Βρούτοις καὶ Κασσίοις καὶ Κάτωσι συναριθμεῖσθαι δυνάμενος, προσθήκην ἑαυτὸν Ὀκταβίῳ δέδωκεν· κἂν μὴ νῦν ἡττηθῇ μετ' ἐκείνου, μικρὸν ὕστερον ἐκείνῳ μαχεῖται. ταῦτα μὲν οὖν ἀποθεσπίσαι καλῶς πρὸς τὸ μέλλον ἔοικεν.

Ἐν δὲ τῇ Σμύρνῃ τότε τῶν χρημάτων, ἃ πολλὰ συνειλόχει Κάσσιος, ἠξίου μεταλαβεῖν· τὰ γὰρ ὄντα καταναλωκέναι, ναυπηγούμενος στόλον τοσοῦτον ᾧ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοῖς ἕξουσι τὴν ἐντὸς θάλασσαν. οὐκ εἴων μὲν οὖν τὸν Κάσσιον οἱ φίλοι διδόναι, λέγοντες ὡς οὐ δίκαιον, ἃ σὺ φειδόμενος διαφυλάττεις, καὶ φθόνῳ συνάγεις, ἐκεῖνον λαβόντα δημαγωγεῖν καὶ χαρίζεσθαι τοῖς στρατιώταις. οὐ μὴν ἀλλ' ἔδωκεν αὐτῷ τρίτον μέρος ἁπάντων. καὶ πάλιν διαστάντες ἐπὶ τὰς προσηκούσας ἑκατέρῳ πράξεις, Κάσσιος μὲν ἑλὼν Ῥόδον, οὐκ ἐπιεικῶς ἐχρῆτο τοῖς πράγμασι· καὶ ταῦτα, περὶ τὴν εἴσοδον τοῖς προσαγορεύουσιν αὐτὸν βασιλέα καὶ κύριον ἀποκρινάμενος, Οὔτε βασι-

se putare Brutum adortum Cæsarem facti splendore & opinato bono adductum, alios in illum conspirasse odio provectos & invidia. Unde Brutum non tam viribus quam virtute fretum fuisse liquet ex scriptis ejus. Scribit enim ad Atticum discrimini jam vicinus, in statu fortunæ res suas pulcherrimo esse: nam aut victorem liberaturum se populum Romanum, aut cadentem servitute exsolutum iri. Quum essent autem certa ipsis alia atque firma, hoc tantum obscurum esse, in libertate essent victuri an occubituri. M. Antonium vero meritas dementiæ ait pœnas persolvere: qui quum inter Brutos, Cassios, & Catones censeri potuisset, accessionem sese dedisset Octavio: & ut tunc non fuerit cum illo superatus, brevi post digladiaturum cum eo. Hoc illum recte in futurum apparet vaticinatum.

Porro Smyrnæ tunc partem ferre pecuniæ, cujus magnam vim coegerat Cassius, postulavit. Se quicquid habuisset impendisse ostendit in parandam classem, qua totum internum mare essent in potestate sua habituri. Sed ne daret Cassius obsistebant amici ejus, negantes æquum esse ut quæ ipse parcendo servaret, & conflaret cum invidia, ea ille in milites largitionibus demulcendos effunderet. Attamen impertivit ei tertiam partem omnium: iterumque ad sua uterque munera digressi. Cassius Rhodo capta durius in eam civitatem consuluit, idque quum in ingressu regem ipsum & dominum appellantibus respondisset, Neque rex

βασιλεὺς, οὔτε κύριος, τοῦ δὲ κυρίου καὶ βασιλέως φονεὺς καὶ κολαστής. Βροῦτος δὲ Λυκίους ᾔτει χρήματα καὶ στρατόν. ἐπεὶ δὲ Ναυκράτης ὁ δημαγωγὸς ἀνέπεισε τὰς πόλεις ἀφίστασθαι, καὶ λόφους τινὰς ὡς εἴρξοντες παρόδου τὸν Βροῦτον κατελάβοντο, πρῶτον μὲν ἀριστοποιουμένοις αὐτοῖς ἔπεμψεν ἱππεῖς, ὑφ' ὧν ἑξακόσιοι διεφθάρησαν· ἔπειτα τὰ χωρία καὶ πολίχνας λαμβάνων, ἀπέλυεν ἄνευ λύτρων ἅπαντας, ὡς προσαξόμενος εὐνοίᾳ τὸ ἔθνος. οἱ δ' ἦσαν αὐθάδεις, ἃ μὲν ἐβλάπτοντο, πρὸς ὀργὴν τιθέμενοι, τῆς δ' ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας καταφρονοῦντες· ἄχρι οὗ συνελάσας εἰς Ξάνθον αὐτῶν τοὺς μαχιμωτάτους ἐπολιόρκει. τοῦ δὲ ποταμοῦ παρὰ τὴν πόλιν παραρρέοντος, ὑπονηχόμενοι διεδίδρασκον. ἡλίσκοντο δὲ δικτύων διὰ πόρου καθιεμένων εἰς βυθὸν, ὧν τὰ ἄκρα κώδωσι προσηρτημένοις διεσήμαινεν εὐθὺς τὸν ἐνσχεθέντα. μηχαναῖς δέ τισι τῶν Ξανθίων νύκτωρ ἐπιδραμόντων, καὶ πῦρ ἐμβαλόντων, ὡς ἀπεκλείσθησαν αἰσθομένων τῶν Ῥωμαίων πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ πνεῦμα λαμπρὸν ἀνερρίπιζεν ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις τὴν φλόγα τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν ἀντιλαμβανομένην, δείσας ὁ Βροῦτος ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἐκέλευσε κατασβεννύναι καὶ βοηθεῖν.

Τοὺς δὲ Λυκίους δεινή τις ἐξαίφνης πρὸς ἀπόνοιαν ὁρμὴ καὶ λόγου κρείσσων κατέσχεν, ἣν ἄν τις ἔρωτι θανάτου μάλιστα προσεικάσειεν· οἵ γε μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν, ἐλεύθεροί τε καὶ δοῦλοι, καὶ πᾶσα ἡλικία, τοὺς μὲν πολεμίους πρὸς τὴν φλόγα βοηθοῦντας ἀπὸ τῶν τειχῶν ἔβαλλον, αὐτοὶ δὲ κάλαμον καὶ ξύλα καὶ πᾶν ὑπέκκαυμα προσφέροντες, ἦγον ἐπὶ τὴν πόλιν τὸ πῦρ, ὀρέ-

rex ſum neque dominus, ſed domini & regis interfector & perſecutor. Brutus a Lyciis pecuniam & milites popoſcit. Verum quod Naucrates concionator civitates ad defectionem impuliſſet, & tumulos aliquot illi ad excludendum tranſitu Brutum inſediſſent: primo immiſit in prandentes eos equitatum, a quo interfecti ſexcenti ſunt. Inde captis arcibus & ignobilibus oppidis, omnes, ut gentem conciliaret benevolentia, ſine pretio dimiſit. Illi autem præfracti ob damna quidem accepta infenſi fuere, clementiam vero & humanitatem ejus deſpexere: quoad coactos intra muros Xanthi bellicoſiſſimos quoſque eorum obſedit. Amnis urbem præterfluit. Hunc ſub aqua tranantes fugam capiebant. Verum excepti retibus fuerunt tranſverſo alveo in profundum demiſſis, quorum in ſummo tintinnabula appenſa illico irretitum nunciabant. Xanthii autem machinas quaſdam adorti nocte ſunt, ignemque eis ingeſſerunt: ſed rejecti ſunt re ab Romanis animadverſa ad muros. Ventus vero acrior in pinnas muri concitavit flammam, quæ proxima comprehendit ædificia. Hic timens urbi Brutus, imperavit militibus ut ignem extinguerent & opem ferrent urbi.

At Lycios ingens ſubito invaſit & incredibilis ad deſperationem ardor, quem maxime mortis deſiderio compares. Nam cum pueris & mulieribus liberi & ſervi omnis ætatis hoſtes petebant ex muris eos qui ad reprimendum ſuccurrebant incendium. Ipſi arundinem, materiam, & omne igni aptum fomentum ingerentes trahebant in urbem flammam, ei-

ὀρέγοντες αὐτῷ πᾶσαν ὕλην, καὶ πάντα τρόπον ἐξερεθίζοντες καὶ συνεκτρέφοντες. ὡς δ' ἡ φλὸξ ῥυεῖσα, καὶ διαζώσασα πανταχόθεν τὴν πόλιν, διέλαμψε πολλή, περιπαθῶν ἐπὶ τοῖς γινομένοις ὁ Βροῦτος, ἔξωθεν παρίππευε, προθυμούμενος βοηθεῖν, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγων τοῖς Ξανθίοις ἐδεῖτο φείδεσθαι καὶ σώζειν τὴν πόλιν, οὐδενὸς αὐτῷ προσέχοντος, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἑαυτοὺς ἀπολλύντων, οὐ μόνον ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ μετὰ κραυγῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ τὰ μὲν εἰς τὸ πῦρ ἥλλετο, τὰ δ' ἄνωθεν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐξετραχηλίαζεν αὐτά, τὰ δὲ τοῖς ξίφεσιν τῶν πατέρων ὑπέβαλλε τὰς σφαγὰς γυμνοῦντα καὶ κελεύοντα παίειν. ὤφθη δὲ τῆς πόλεως διαφθαρείσης γυνὴ κρεμαμένη μὲν ἐξ ἀγχόνης, παιδίον δὲ νεκρὸν ἐξηρτημένη τοῦ τραχήλου, λαμπάδι δὲ καιομένῃ τὴν οἰκίαν ὑφάπτουσα. καὶ τοῦ θεάματος τραγικοῦ φανέντος, ἰδεῖν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν ὁ Βροῦτος, ἐδάκρυσεν δὲ ἀκούσας· καὶ γέρας ἐκήρυξε τῶν στρατιωτῶν ὅστις ἂν δυνηθῇ Λύκιον ἄνδρα περισῶσαι. φασὶ δὲ μόνους ἑκατὸν πεντήκοντα γενέσθαι τοὺς μὴ διαφυγόντας τὸ σωθῆναι. Ξάνθιοι μὲν οὖν διὰ πολλῶν χρόνων ὥσπερ εἱμαρμένην περίοδον διαφθορᾶς ἀποδιδόντες, τὴν τῶν προγόνων ἀνενεώσαντο τῇ τόλμῃ τύχην. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν πόλιν ὁμοίως ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατακαύσαντες ἑαυτοὺς διέφθειραν.

Βροῦτος δὲ τὴν Παταρέων πόλιν ὁρῶν ἀπισχυριζομένην πρὸς αὐτόν, ὤκνει μὲν ἐπιχειρεῖν, καὶ διηπορεῖτο, τὴν αὐτὴν δεδιὼς ἀπόνοιαν· ἔχων δὲ γυναῖκας αὐτῶν αἰχμαλώτους, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων. αἱ δ' ἀνδρῶν τε καὶ

πατέρων

eique quamvis materiam subjiciebant, atque eam omnibus modis excitabant augebantque. Postquam diffusa flamma & urbem undique amplexa ingens eluxit, anxius ea re Brutus circumvectus foris muros est ad opitulandum alacris, manusque ad Xanthios porrigens precabatur, urbi ut parcerent eamque conservarent. Verum nemo auscultabat ei, immo perdebant omnibus modis semetipsi: non viri modo & fœminæ, sed parvi etiam pueri cum vociferatione & ululatu partim insiliebant in ignem, partim superne præcipitabant sese ex muro, pars parentum gladiis nudos offerebant jugulos, hortabanturque ad hauriendum eos. Conspecta est urbe absumpta dependens ex laqueo mulier, quæ mortuum puerum ex collo suspensum haberet, & ardenti face inflammaret domum. Quod quum spectaculum appareret tragicum, non sustinuit id Brutus contemplari: sed ubi nunciatum ei est, illacrymavit, præmiumque pronuntiavit militibus, quisquis hominem Lycium servasset. Centum quinquaginta duntaxat memorant fuisse qui non refugere salutem. Ita Xanthii longo intervallo quasi fatalem exitii gyrum edentes, majorum suorum calamitatem audacia renovarunt. Siquidem illi quoque urbe pari modo bello Persico incensa peremerunt semetipsi.

At Brutus Patarensium urbem sibi cernens reluctari, dubitabat eam oppugnare, ac perplexus hærebat paris metu vecordiæ. Cæterum quum fœminas eorum captivas teneret, has missas fecit sine pretio. Quæ ubi viris &

parentibus

πατέρων ἐπιφανῶν οὖσαι, διηγούμεναι τὸν Βροῦτον ὡς ἀνὴρ εἴη σωφρονέστατος καὶ δικαιότατος, ἔπεισαν εἶξαι καὶ παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἐκ δὲ τούτου καὶ πάντες οἱ λοιποὶ προσεχώρησαν, ἐπιτρέψαντες ἑαυτοὺς ἐκείνῳ, τυχόντες δὲ χρηστοῦ καὶ παρ' ἐλπίδας εὐγνώμονος· ὅς γε, Κασσίου Ῥοδίους ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀναγκάσαντος ἰδίᾳ μὲν ὃν ἐκέκτηντο χρυσὸν καὶ ἄργυρον εἰσενεγκεῖν ἅπαντας (ἐξ οὗ συνηνέχθη περὶ ὀκτακισχίλια τάλαντα) δημοσίᾳ δὲ τὴν πόλιν ἄλλοις πεντακοσίοις ζημιώσαντος· αὐτὸς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τάλαντα Λυκίους πραξάμενος, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἀδικήσας, ἀνέζευξεν ἐπ' Ἰωνίας.

Πολλὰ μὲν οὖν ἄξια μνήμης ἔργα καὶ τιμαῖς ἀπεδείξατο καὶ κολάσεσι τῶν ἀξίων· ᾧ δ' αὐτὸς ἥσθη μάλιστα, καὶ Ῥωμαίων οἱ κράτιστοι, τοῦτο διηγήσομαι. Πομπηΐου Μάγνου προσβαλόντος Αἰγύπτῳ καὶ Πηλουσίῳ, ὁπηνίκα τὴν μεγάλην ἀρχὴν ἀποβαλὼν ἀπὸ Καίσαρος ἔφυγεν, οἱ τοῦ βασιλέως ἔτι παιδὸς ὄντος ἐπιτροπεύοντες ἐν βουλῇ μετὰ τῶν φίλων ἦσαν, οὐ κατ' αὐτὰ ταῖς γνώμαις φερόμενοι. τοῖς μὲν γὰρ ἐδόκει δέχεσθαι, τοῖς δ' ἀπωθεῖν Αἰγύπτου τὸν ἄνδρα. Θεόδοτος δέ τις Χῖος, ἐπὶ μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλος τῷ βασιλεῖ συνών, ἠξιωμένος δὲ τότε τοῦ συνεδρείου δι' ἐρημίαν ἀνδρῶν βελτιόνων, ἀμφοτέρους διαμαρτάνοντας ἀπέφαινε, καὶ τοὺς ἀναλαβεῖν καὶ τοὺς ἀφεῖναι κελεύοντας τὸν Πομπήϊον· ἓν γὰρ εἶναι συμφέρον ἐκ τῶν παρόντων, δεξαμένους ἀποκτεῖναι. καὶ προσεπεῖπε τοῦ λόγου παυόμενος, ὅτι νεκρὸς οὐ δάκνει. προσθεμένου δὲ τῇ γνώμῃ τοῦ συνεδρείου, παράδειγμα τῶν ἀπίστων

parentibus suis, illustribus hominibus, exposuerunt, virum Brutum esse moderatissimum & justissimum, persuaserunt eis ut cederent & traderent oppidum. Inde cæteri quoque omnes in potestatem venere, in fidem se ejus permittentes. Quem benignum & præter spem experti sunt indulgentem. Nempe qui, quum sub idem tempus Rhodios compulisset Cassius, quod quisque privatim auri & argenti haberet, conferre, unde conflavit ad octo millia talentorum, & publice mulctasset civitatem quingentis aliis: centum quinquaginta talenta imperavit Lyciis, neque re ulla illis alia violatis exercitum in Ioniam abduxit.

Multa quidem memorabilia opera ille & honoribus habendis & suppliciis pro cujusque merito irrogandis edidit: at id quod cum ipsi gratissimum, tum Romanorum optimo cuique fuit, commemorabo. Quum Pompeius Magnus, acie fusus profugiensque Cæsarem, Ægyptum apud Pelusium appulisset, regis pueri etiamnum curatores cum amicis deliberabant, nec erat sententia omnium una. Alii recipiendum, arcendum alii Ægypto censebant. Theodotus vero quidam Chius, mercenarius rhetoricorum doctor, qui in contubernio regis erat, in consilium tunc ob meliorum raritatem admissus, utramque partem demonstravit falli, tam qui recipiendum Pompeium, quam qui dimittendum consulebant. Unum enim in præsentia expedire, ut receptum interficerent: adjecitque in peroratione, Mortuos non mordere. Quum esset in sententiam hujus discessum, exemplum rei incre-

στων καὶ ἀπροσδοκήτων ἔκειτο Πομπήϊος Μάγνος, τῆς Θεοδότου ῥητορείας καὶ δεινότητος ἔργον, ὡς αὐτὸς ὁ σοφιστὴς ἔλεγε μεγαλαυχούμενος. ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐπελθόντος Καίσαρος, οἱ μὲν δίκας τίνοντες ἀπώλλυντο, κακοὶ κακῶς· Θεόδοτος δὲ παρὰ τῆς τύχης χρόνον εἰς ἄδοξον καὶ ἄπορον καὶ πλάνητα βίον ἐπιδανεισάμενος, τότε Βροῦτον ἐπιόντα τὴν Ἀσίαν οὐκ ἔλαθεν, ἀλλ' ἀναχθεὶς καὶ κολασθεὶς, ὄνομα τοῦ θανάτου πλέον ἔσχεν ἢ τοῦ βίου.

Κάσσιον δὲ Βροῦτος εἰς Σάρδεις ἐκάλει, καὶ προσιόντι μετὰ τῶν φίλων ἀπήντησεν, καὶ πᾶς ὁ στρατὸς ὡπλισμένος αὐτοκράτορας ἀμφοτέρους προσηγόρευσεν. οἷα δ' ἐν πράγμασι μεγάλοις καὶ φίλοις πολλοῖς καὶ ἡγεμόσιν, αἰτιῶν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐγγινομένων καὶ διαβολῶν, πρὶν ἕτερόν τι ποιεῖν, εὐθὺς ἐκ πορείας καθ' αὐτοὺς ἐν οἰκήματι γενόμενοι, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν καὶ μηδενὸς παρόντος, ἐχρῶντο μέμψεσι πρῶτον, εἶτ' ἐλέγχοις καὶ κατηγορίαις. ἐκ δὲ τούτου πρὸς δάκρυα καὶ παρρησίαν μετὰ πάθους ἐκφερομένων, θαυμάζοντες οἱ φίλοι τὴν τραχύτητα τῆς ὀργῆς καὶ τὸν τόνον, ἔδεισαν μή τι ἐκ τούτου γένηται· προσελθεῖν δὲ ἀπείρωτο. Μάρκος δὲ Φαώνιος, ἐραστὴς γεγονὼς Κάτωνος, οὐ λόγῳ μᾶλλον ἢ φορᾷ τινι καὶ πάθει μανικῷ φιλοσοφῶν, ἐβάδιζεν εἴσω πρὸς αὐτοὺς κωλυόμενος ὑπὸ τῶν οἰκετῶν. ἀλλ' ἔργον ἦν ἐπιλαβέσθαι Φαωνίου πρὸς ὁτιοῦν ὀρούσαντος· σφοδρὸς γὰρ ἦν ἐν πᾶσι καὶ πρόχειρος. ἐπεὶ τό γε βουλευτὴν εἶναι Ῥωμαίων ἑαυτὸν οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖτο, τῷ δὲ κυνικῷ τῆς παρρησίας πολλάκις ἀφῄρει τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ ἄκαιρον αὐ-

τοῦ

credibilis & inexspectatæ occubuit Magnus Pompeius, rhetoricæ & facundiæ Theodoti victima, ut ipse glorians jactabat sophista. Paulo post superveniente Cæsare, cæteri pœnas pendentes mali male periere: Theodotus vero spatium a fortuna ad obscuram, inopem, & vagabundam vitam mutuatus, peragrantem tunc Asiam non latuit Brutum: sed raptus ad eum & punitus, nomen ex morte quam ex vita nobilius accepit.

Porro Cassium accersivit Brutus Sardes, appropinquantique processit cum amicis obviam, totusque exercitus armatus utrumque imperatorem consalutavit. Ut vero solet magnis in rebus inter duos quibus amici & duces sunt multi, quum suspiciones inter eos mutuæ & insimulationes extitissent, prius quam alio se converterent, statim ex via conclave soli ingressi foribus occlusis & remotis arbitris expostulare primum, mox arguere & criminari inter se cœpere. Hinc in lacrymas liberamque & vehementem objurgationem erumpentibus illis, mirantes asperitatem iræ & contentionem amici eorum, timebant ne quo evaderent. Interdictum autem erat ne quis accederet ad eos. At M. Favonius, æmulus pridem Catonis, qui non tam ratione quam impetu aliquo & motu lymphatico philosophum ageret, perrexit ad eos: verum prohibebatur a ministris. Atqui labor erat Favonium, quocunque ferretur animo, retinere: quippe vehemens fuit in omnibus & acer. Nam senatorem populi Romani esse in minimis ponebat. Cynica vero loquendi ferocia, qua utebatur, molestiam frequenter abstergebat aliis, qui importunitatem ejus

per

τῷ μετὰ παιδιᾶς δεχομένων. βίᾳ δὲ τότε τῶν παρόντων διωσάμενος τὰς θύρας, εἰσῆλθε μετὰ πλάσματος φωνῆς ἔπη περαίνων οἷς τὸν Νέστορα χρώμενον Ὅμηρος πεποίηκεν,

Ἀλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο·

καὶ τὰ ἑξῆς. ἐφ' οἷς ὁ μὲν Κάσσιος ἐγέλασεν, ὁ δὲ Βροῦτος ἐξέβαλεν αὐτὸν, ἁπλόκυνα καὶ ψευδόκυνα προσαγορεύων. οὐ μὴν ἀλλὰ τότε τοῦτο τῆς πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς ποιησάμενοι πέρας, εὐθὺς διελύθησαν· καὶ Κασσίου δεῖπνον παρέχοντος, ἐκάλει τοὺς φίλους Βροῦτος. ἤδη δὲ κατακειμένων, Φαώνιος ἧκε λελουμένος. μαρτυρομένου δὲ Βρούτου μὴ κεκλημένον αὐτὸν ἥκειν, καὶ κελεύοντος ἀπάγειν ἐπὶ τὴν ἀνωτάτω κλίνην, βίᾳ παρελθὼν εἰς τὴν μέσην κατεκλίθη· καὶ παιδιὰν ὁ πότος ἔσχεν οὐκ ἄχαριν οὐδ' ἀφιλόσοφον.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ Βροῦτος ἄνδρα Ῥωμαῖον ἐστρατηγηκότα, καὶ πεπιστευμένον ὑπ' αὐτοῦ, Λούκιον Πέλλαν, Σαρδιανῶν κατηγορούντων ἐπὶ κλοπαῖς, δημοσίᾳ καταγνοὺς ἠτίμασε· καὶ τὸ πρᾶγμα Κάσσιον οὐ μετρίως ἐλύπησεν. αὐτὸς γὰρ ὀλίγαις ἡμέραις ἔμπροσθεν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐλεγχθέντας ἀδικήμασι δύο φίλους ἰδίᾳ νουθετήσας, φανερῶς ἀφῆκε, καὶ διετέλει χρώμενος. ὅθεν ᾐτιᾶτο τὸν Βροῦτον, ὡς ἄγαν ὄντα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐν καιρῷ πολιτείας δεομένῳ καὶ φιλανθρωπίας. ὁ δὲ τῶν εἰδῶν τῶν Μαρτίων ἐκέλευεν αὐτὸν μνημονεύειν, ἐκείνων ἐν αἷς Καίσαρα ἔκτειναν, οὐκ αὐτὸν ἄγοντα καὶ φέροντα πάντας ἀνθρώπους, ἀλλ' ἑτέρων δύναμιν ὄντα ταῦτα περαινόντων· ὡς

εἴ τις

per ludum excipiebant. Hic tunc repulsis vi janitoribus intravit conclave, voce mimica pronuntians carmina quibus Nestorem utentem cecinit Homerus,

At parete ambo, natu me nempe minores,

& sequentia. Id risum Cassio movit. Brutus expulit eum, verum canem & falsum Cynicum appellans. Veruntamen hunc in præsentia altercationis mutuæ finem facientes, statim digressi sunt: præbenteque cœnam Cassio, invitavit eo Brutus amicos. Quum jam accubuissent, accessit Favonius lotus. Testante Bruto adesse eum non vocatum, & facessere jubente ad lectum supremum, vi irrumpens collocavit se in medio, habuitque convivium oblectationem non infestivam nec indoctam.

Postridie Brutus virum prætorium, cujus opera usus fuerat, L. Pellam, repetundarum Sardianis postulantibus, judicio publico damnavit & infamia notavit. Quod factum momordit non mediocriter Cassium. Ipse enim paucis ante diebus ejusdem criminis compertos duos amicos tantum castigavit privatim, ac publice absolutis non destitit uti. Unde Brutum incusavit ut nimium rigide leges sequentem & justum, quo tempore civiliter esset & humaniter agendum. Ille commonuit eum Iduum Martiarum, quibus interfecerant Cæsarem: qui non ipse omnes mortales vexasset, verum hoc agentibus robur & vires suppeditarat. Nam si

εἴ τις ἐστὶ πρόφασις καλὴ μεθ' ἧς ἀμελεῖται τὸ δίκαιον, ἄμεινον ἦν τοὺς Καίσαρος φίλους ὑπομένειν, ἢ τοὺς ἑαυτῶν περιορᾶν ἀδικοῦντας. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἀνανδρείας, ἀδικίας δὲ δόξα μετὰ κινδύνων ἡμῖν καὶ πόνων πρόσεστιν. τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ Βρούτου προαίρεσις ἦν.

Ἐπεὶ δὲ διαβαίνειν ἐξ Ἀσίας ἔμελλον, λέγεται τῷ Βρούτῳ μέγα σημεῖον γενέσθαι. φύσει μὲν γὰρ ἦν ἐπεγρήγορος ὁ ἀνὴρ, καὶ τὸν ὕπνον εἰς ὀλίγου χρόνου μόριον ἀσκήσει καὶ σωφροσύνῃ συνῆγεν· ἡμέρας μὲν οὐδέποτε κοιμώμενος, νύκτωρ δὲ τοσοῦτον ὅσον οὔτε τι πράττειν, οὔτε τῳ διαλέγεσθαι, πάντων ἀναπαυομένων, παρεῖχεν. τότε δὲ τοῦ πολέμου συνεστῶτος, ἐν χερσὶν ἔχων τὰς ὑπὲρ τῶν ὅλων πράξεις, καὶ τεταμένος τῇ φροντίδι πρὸς τὸ μέλλον, ὁπηνίκα πρῶτον ἀφ' ἑσπέρας ἐπινυστάξειε τοῖς σιτίοις, ἤδη τὸ λοιπὸν ἐχρῆτο τῇ νυκτὶ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν πραγμάτων. εἰ δὲ συντέλοι καὶ κατοικονομήσειεν τὴν περὶ ταῦτα χρείαν, ἀνεγίνωσκε βιβλίον μέχρι τρίτης φυλακῆς, καθ' ἣν εἰώθεσαν ἑκατόνταρχαι καὶ χιλίαρχοι φοιτᾶν πρὸς αὐτόν. ὡς οὖν ἔμελλεν ἐξ Ἀσίας διαβιβάζειν τὸ στράτευμα, νὺξ μὲν ἦν ἡ βαθυτάτη, φῶς δ' εἶχεν οὐ πάνυ λαμπρὸν ἡ σκηνή· πᾶν δὲ τὸ στρατόπεδον σιωπὴ κατεῖχεν. ὁ δὲ συλλογιζόμενός τι καὶ σκοπῶν πρὸς ἑαυτὸν, ἔδοξεν αἰσθέσθαι τινὸς εἰσιόντος. ἀποβλέψας δὲ πρὸς τὴν εἴσοδον, ὁρᾷ δεινὴν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκφύλου σώματος καὶ φοβεροῦ, σιωπῇ παρεστῶτος αὐτῷ. τολμήσας δὲ ἐρέσθαι, Τίς ποτ' ὤν, εἶπεν, ἀνθρώπων ἢ Θεῶν, ἢ τί βουλόμενος ἥκεις ὡς ἡμᾶς; ὑποφθέγγεται δὴ αὐτῷ τὸ φάσμα, Ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαί-

μων

si quis honestus sit color quo negligatur jus, præstitisse Cæsaris amicos tolerare, quam suis injuriam imponentibus connivere. Tunc enim ignaviæ, inquit, nobis adhæsisset macula, nunc injustitiæ cum periculis nobis & laboribus inuretur nota. Inde liquet quid animo sibi proposuerit Brutus.

Quum transmissuri ex Asia essent, tetrum ostentum dicitur Bruto factum. Fuit natura ille vigilans, & somnium in exigui temporis portionem exercitatione & continentia contrahebat. Interdiu quiescebat nunquam: noctu tantisper dum omnibus sopitis nihil esset omnino quod ageret, aut quicum colloqueretur. Tunc autem bello conflato tractans ea quæ ad summam rerum pertinebant, curaque in eventum intentus: quum primum vesperi a cœna indulsisset paulisper somno, reliquum noctis negotiis urgentibus tribuebat. Quod si absolvisset & exequutus esset id muneris, librum usque ad tertiam vigiliam volvebat: quo tempore centuriones, & tribuni consueverant eum adire. Quum igitur trajecturus ex Asia esset exercitum, profunda jam nocte, in tentorio ejus lumen non admodum clarum erat: totus autem exercitus tenebatur silentio. Brutus vero volvens aliquid animo & reputans secum, visus est aliquem ingredientem sentire. Respiciens ad januam, spectrum cernit dirum & prodigiosum immanis & horrendi corporis silentio sibi assistentis. Sustinens rogare, Quisnam, inquit, aut hominum aut Deorum es? aut qua de causa ad nos venisti? Subjecit ei spectrum, Tuus sum, Brute,

malus

μων κακός· ὄψει δέ με περὶ Φιλίππους· καὶ ὁ Βροῦτος οὐ διαταραχθείς, Ὄψομαι, εἶπεν.

Ἀφανισθέντος δ' αὐτοῦ τοὺς παῖδας ἐκάλει· μήτ' ἀκοῦσαι τινὰ φωνὴν μήτ' ἰδεῖν ὄψιν φασκόντων, τότε μὲν ἐπηγρύπνησεν· ἅμα δ' ἡμέρᾳ τραπόμενος πρὸς Κάσιον ἔφραζε τὴν ὄψιν. ὁ δὲ τοῖς Ἐπικούρου λόγοις χρώμενος, καὶ περὶ τούτων ἔθος ἔχων διαφέρεσθαι πρὸς τὸν Βροῦτον, Ἡμέτερος οὗτος, εἶπεν, ὦ Βροῦτε, λόγος, ὡς οὐ πάντα πάσχομεν ἀληθῶς οὐδ' ὁρῶμεν, ἀλλ' ὑγρὸν μέν τι χρῆμα καὶ ἀπατηλὸν αἴσθησις· ἔτι δ' ὀξυτέρα ἡ διάνοια κινεῖν αὐτὸ καὶ μεταβάλλειν ἀπ' οὐδενὸς ὑπάρχοντος ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν. κηρῷ μὲν γὰρ ἔοικεν ἡ τύπωσις, ψυχῇ δ' ἀνθρώπου τὸ πλαττόμενον καὶ τὸ πλάττον ἐχούσῃ τὸ αὐτὸ ῥᾷστα ποικίλλειν αὐτὴν καὶ σχηματίζειν δι' ἑαυτῆς ὑπάρχει. δηλοῦσι δὲ αἱ κατὰ τοὺς ὕπνους τροπαὶ τῶν ὀνείρων, ἃς τρέπεται τὸ φανταστικὸν ἐξ ἀρχῆς βραχείας, παντοδαπὰ καὶ πάθη καὶ εἴδωλα γινομένων. κινεῖσθαι δ' ἀεὶ πέφυκεν· κίνησις δ' αὐτῷ, φαντασία τις ἢ νόησις. σοὶ δὲ καὶ τὸ σῶμα ταλαιπωρούμενον φύσει τὴν διάνοιαν αἰωρεῖ καὶ παρατρέπει. δαίμονας δ' οὔτ' εἶναι πιθανόν, οὔτ' ὄντας ἀνθρώπων ἔχειν εἶδος, ἢ φωνὴν, ἢ δύναμιν εἰς ἡμᾶς διήκουσαν. ὡς ἔγωγ' ἂν ἐβουλόμην ἵνα μὴ μόνον ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ ναυσὶ τοσαύταις, ἀλλὰ καὶ Θεῶν ἀρωγαῖς ἐπεθαρροῦμεν, ὁσιωτάτων ἔργων καὶ καλλίστων ἡγεμόνες ὄντες. τοιούτοις μὲν ὁ Κάσιος ἐπράυνε λόγοις τὸν Βροῦτον· ἐκβαινόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν, ἐπὶ τὰς πρώτας σημαίας ἀετοὶ δύο συγκατα-

malus genius, in Philippis me videbis. Cui nihil perculsus Brutus, Videbo, inquit.

Eo ex oculis elapso, pueros suos vocavit, qui neque se audiisse vocem asseruerunt, neque conspexisse visionem illam. Ac tunc quidem iterum Brutus lucubravit. Ubi diluxit, ad Cassium profectus narravit ei speciem illam. Iste præceptis imbutus Epicuri, & de his pugnare solitus cum Bruto, Nostra est hæc, inquit, Brute, doctrina, non omnibus affici vere nos, neque videre, sed rem fluxam esse & fallacem sensum. Multo etiam mentem perniciorem esse ad movendum eum & vertendum a nulla re subsistente in omnem speciem. Nam ceræ impressio ista similis est. Menti autem humanæ, quæ, & quod fingitur, & quod fingit, in se habet, facultas adest idem facillime ut ipsa variet & per se figuret. Ostendunt id per somnum insomniorum conversiones, quibus vertitur imaginatio: quæ levi ex principio varios animi motus & species edit. Illa in perpetuo est motu. Motus vero ejus imaginatio & cogitatio. At corpus quoque tibi, quod laboribus conficitur, animum sponte naturæ suspendit & divertit. Genios porro neque esse credibile est: neque si sint, hominum habere figuram vel vocem vel vim quæ ad nos pertingat. Omnino autem velim nos tantum equitatu, peditatu, & tanta classe, verum etiam Deorum ope fretos esse & confidere, qui sanctissimorum & pulcherrimorum duces factorum sumus. Hisce rationibus lenivit Cassius Brutum. Quum castris egrederentur milites, ad prima signa simul duæ aquilæ magno

καταστρεψάμενοι ὁμοῦ, συνδιεκομίζοντο καὶ παρηκολούθουν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τρεφόμενοι μέχρι Φιλίππων. ἐκεῖ δ' ἡμέρᾳ μιᾷ πρὸ τῆς μάχης ᾤχοντο ἀποπτάμενοι.

Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν ἐν ποσὶν ἐθνῶν ἐτύγχανεν ὁ Βροῦτος ὑπήκοα πεποιημένος. εἰ δέ τις ἢ πόλις ἢ δυνάστης παρεῖτο, τότε πάντας προσαγόμενοι, μέχρι τῆς κατὰ Θάσον θαλάσσης προῆλθον. ἐκεῖ δὲ τῶν περὶ Νορβανὸν ἐν τοῖς Στενοῖς λεγομένοις καὶ περὶ τὸ Σύμβολον στρατοπεδευόντων, περιελθόντες αὐτοὺς ἠνάγκασαν ἀποστῆναι καὶ προέσθαι τὰ χωρία. μικροῦ δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν λαβεῖν ἐδέησαν, ὑπολειπομένου διὰ νόσον Καίσαρος· εἰ μὴ προσεβοήθησεν Ἀντώνιος, ὀξύτητι θαυμαστῇ χρησάμενος, ὥστ' ἀπιστεῖν τοὺς περὶ Βροῦτον. ἦλθεν δὲ Καῖσαρ ὕστερον ἡμέρας δέκα, καὶ κατεστρατοπέδευσεν Ἀντώνιον Βροῦτος, Κάσσιον δὲ Ἀντώνιος. τὰ δ' ἐν μέσῳ τῶν στρατοπέδων πεδία Ῥωμαῖοι κάμπους Φιλίππους καλοῦσι· καὶ μέγισται τότε Ῥωμαίων δυνάμεις ἀλλήλαις συνεφέροντο. πλήθει μὲν οὖν οὐ παρ' ὀλίγον ἐλείποντο τῶν περὶ Καίσαρα, κόσμῳ δ' ὅπλων καὶ λαμπρότητι θαυμαστὸν ἐξέφαινε τὸ Βρούτου στράτευμα. χρυσὸς γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ πλεῖστα τῶν ὅπλων, καὶ ἄργυρος ἀφειδῶς καταχορηγηθείς· καίπερ εἰς τἆλλα τοῦ Βρούτου σώφρονι διαίτῃ καὶ κεκολασμένῃ χρῆσθαι τοὺς ἡγεμόνας ἐθίζοντος. τὸν δ' ἐν χερσὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα πλοῦτον ᾤετό τι καὶ φρονήματος παρέχειν τοῖς φιλοτιμοτέροις· τοὺς δὲ φιλοκερδεῖς καὶ μαχιμωτέρους ποιεῖν, ὥσπερ κτήματα τῶν ὅπλων περιεχομένους.

Οἱ

magno impetu delatæ sunt. Hæ sequutæ & comitatæ sunt agmen, atque a militibus Philippos usque alitæ. Ibi pridie quam confligeretur, avolaverunt.

Gentes autem Brutus per quas peragravit, in potestatem suam redegerat. Siqua excideret urbs aut dynastes, his tunc omnibus subjugandis usque ad mare Thasium processere. Illic Norbanum, in Stenis appellatis & circa Symbolum stativa habentem, circumvenientes, excedere & relinquere loca illa coegere, parumque abfuit quin exercitum ejus caperent subsistente in itinere morbi causa Cæsare, ni Antonius suppetias ei venisset, mira usus celeritate, ut non crederet eum adesse Brutus. Diebus decem post venit Cæsar: cui ex adverso Brutus, Cassio Antonius castra posuit. Campos, qui inter castra erant interjecti, Philippos Romani vocant. Maximæ ibi congressæ fuerunt Romanorum copiæ. Numero quidem erat Cæsaris exercitu haud paulo minor, sed armorum nitore & splendore singulariter emicuit Bruti exercitus. Erant enim ex auro militibus Bruti pleraque arma, & præbitum in ea fuerat profuse argentum: quamvis alioqui assuefecerat vivere Brutus duces moderate & astricte. At opes, quas in manibus & circa corpus ferunt milites, acuere nonnihil putabat gloriæ cupidis pectora, avaros vero reddere etiam fortiores, quod arma sicut possessiones retinerent.

Cæsar

Οἱ μὲν οὖν περὶ Καίσαρα καθαρμὸν ἐν τῷ χάρακι ποιησάμενοι, μικρόν τι σίτου καὶ δραχμὰς κατ' ἄνδρα πέντε διένειμαν εἰς θυσίαν· οἱ δὲ περὶ Βροῦτον, καταγνόντες αὐτῶν τῆς ἀπορίας ἢ μικρολογίας, πρῶτον μὲν ἐν ὑπαίθρῳ τὸν στρατὸν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐκάθηραν· ἔπειθ' ἱερείων πλήθη τῶν λόχων, καὶ δραχμὰς ἑκάστῳ πεντήκοντα διαδόντες, εὐνοίᾳ καὶ προθυμίᾳ τῆς δυνάμεως πλέον εἶχον. οὐ μὴν ἀλλὰ σημεῖον ἐν τῷ καθαρμῷ μοχθηρὸν ἔδοξε Κασσίῳ γενέσθαι. τὸν γὰρ στέφανον αὐτῷ κατεστραμμένον ὁ ῥαβδοῦχος προσήνεγκεν. λέγεται δὲ καὶ πρότερον ἐν θέᾳ τινὶ καὶ πομπῇ χρυσῆν Κασσίου νίκην διαφερομένην πεσεῖν, ὀλισθόντος τοῦ φέροντος. ἔτι δ' ὄρνεά τε σαρκοφάγα πολλὰ καθ' ἡμέραν ἐπεφαίνετο τῷ στρατοπέδῳ, καὶ μελισσῶν ὤφθησαν ἑσμοὶ συνιστάμενοι περὶ τόπον τινὰ τοῦ χάρακος ἐντὸς, ὃν ἐξέκλεισαν οἱ μάντεις, ἀφοσιούμενοι τὴν δεισιδαιμονίαν ἀτρέμα καὶ τὸν Κάσσιον αὐτὸν ὑποφέρουσαν ἐκ τῶν Ἐπικούρου λόγων, τοὺς δὲ στρατιώτας παντάπασι δεδουλωμένην. ὅθεν οὐδ' ἦν πρόθυμος διὰ μάχης ἐν τῷ παρόντι γενέσθαι τὴν κρίσιν· ἀλλὰ τρίβειν ἠξίου χρόνῳ τὸν πόλεμον, ἐρρωμένους χρήμασιν, ὅπλων δὲ καὶ σωμάτων πλήθει λειπομένους. Βροῦτος δὲ καὶ πρότερον ἔσπευδεν τῷ ταχίστῳ τῶν κινδύνων διακριθεὶς ἢ τῇ πατρίδι τὴν ἐλευθερίαν ἀναλαβεῖν, ἢ πάντας ἀνθρώπους ἐνοχλουμένους δαπάναις καὶ στρατείαις καὶ πράγμασιν ἀπαλλάξαι κακῶν. καὶ τότε τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς ὁρῶν ἐν τοῖς προαγῶσι καὶ ταῖς ἀψιμαχίαις εὐημεροῦντας καὶ κρατοῦντας, ἐξῆρτο τὸ φρόνημα· καί τινες αὐτομολίαι γενόμεναι πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ διαβολαὶ καθ' ἑτέρων καὶ ὑπόνοιαι, πολ-

Cæsar & Antonius exercitum intra vallum lustrantes, aliquantulum frumenti & quinquagenos asses viritim ad sacrificium divisere. Brutus & Cassius contempta illorum inopia vel sordibus, primum in campo lustraverunt solenni more exercitum: inde victimarum magnum numerum per centurias, & asses in capita quingenos largiti, benevolentia & alacritate exercitus præcelluerunt. At omen in lustratione infaustum fama est Cassio fuisse oblatum. Nam coronam ei lictor inversam obtulit. Ferunt etiam ante in spectaculo quopiam & celebritate auream Cassii victoriam circumlatam, lapso eo qui ferebat, procidisse. Ad hæc aves carnivoræ conspectæ quotidie frequentes supra castra; jam apum examina glomerata quodam loco intra vallum visa: quem locum aruspices excluserunt expiandæ gratia religionis, quæ sensim etiam Cassium ex Epicuri præceptis transversum rapiebat, militum certe animos prorsus obstrinxerat. Unde segnis erat ad decernendum in præsenti acie, sed autor erat ducendi belli, quum essent a pecunia firmi, armorum & militum numero deficerentur. Brutus vero ante quoque maturabat quamprimum Martis aleam jacere, quo aut patriæ reciperet libertatem, aut omnes mortales qui impensis, expeditionibus, molestiis fatigabantur, explicaret ærumnis: tunc vero equitatum suum in præludiis videns & levibus prœliis superiorem & victorem, sustulit animos. Ac transitiones nonnullæ ad hostes, delationesque aliorum & suspiciones, ami-

πολλοὺς τῶν Κασσίου φίλων μετέστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ πρὸς Βροῦτον. εἷς δὲ τῶν Βρούτου φίλων Ἀτέλλιος ἠναντιοῦτο, τὸν χειμῶνα περιμεῖναι κελεύων. ἐρομένου δὲ τοῦ Βρούτου τίνι βελτίων ἔσεσθαι νομίζει μετ' ἐνιαυτὸν, Εἰ μηδὲν, εἶπεν, ἄλλο, πλεῖον βιώσομαι χρόνον. πρὸς τοῦτο Κάσσιος ἐδυσχέρανε, καὶ τοῖς ἄλλοις προσέκρουσεν οὐ μετρίως ὁ Ἀτέλλιος. ἐδέδοκτο δὴ μάχεσθαι τῇ ὑστεραίᾳ.

Καὶ Βροῦτος μὲν ἐν ἐλπίσι καλαῖς καὶ λογισμοῖς φιλοσόφοις γενόμενος παρὰ τὸ δεῖπνον, ἀνεπαύετο· Κάσσιον δὲ Μεσσάλας φησὶν δειπνεῖν τε καθ' ἑαυτὸν, ὀλίγους τῶν συνήθων παραλαβόντα, καὶ σύννουν ὁρᾶσθαι καὶ σιωπηλὸν, οὐ φύσει τοιοῦτον ὄντα· παυσαμένου δὲ τοῦ δείπνου λαβόμενον τῆς χειρὸς αὐτοῦ σφόδρα, τοσοῦτον εἰπεῖν, ὥσπερ εἰώθει, φιλοφρονούμενος, Ἑλληνικῇ φωνῇ, Μαρτύρομαί σε Μεσσάλα ταυτὰ Πομπηΐῳ Μάγνῳ πάσχειν, ἀναγκαζόμενος διὰ μιᾶς μάχης ἀναρρίψαι τὸν περὶ τῆς πατρίδος κύβον. ἀγαθὴν μέντοι ψυχὴν ἔχομεν, εἰς τὴν τύχην ἀφορῶντες· ᾗ, κἂν βουλευσώμεθα κακῶς, ἀπιστεῖν οὐ δίκαιον. ταῦτα εἰπὼν φησὶν ὁ Μεσσάλας τελευταῖα πρὸς αὐτὸν ἀσπάσασθαι τὸν Κάσσιον· εἶναι δὲ κεκλημένον εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπὶ δεῖπνον ὑπ' αὐτοῦ, γενέθλιον οὖσαν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ προὔκειτο μὲν τῷ Βρούτου χάρακι καὶ τῷ Κασσίου σύμβολον ἀγῶνος, φοινικοῦς χιτών. αὐτοὶ δὲ συνῆλθον εἰς τὸ μέσον τῶν στρατοπέδων· καὶ λέγει Κάσσιος, Εἴη μὲν ὦ Βροῦτε νικᾶν, καὶ συνεῖναι τὸν πάντα χρόνον ἀλλήλοις εὖ πράξαντας· ἐπεὶ δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπίνων ἀδηλότατα, καὶ τῆς μάχης παρὰ γνώμην κριθείσης, οὐ ῥᾴδιον

αὖθις

amicos Caſſii frequentes traduxerunt in concilio in ſententiam Bruti. Unus adverſabatur ex Bruti amicis Atellius, qui exſpectandam cenſebat hyemem. Quærente Bruto qua re arbitraretur anno poſt fore ſe potiorem, Si nihil, inquit, aliud, vivam certe diutius. Id tulit ægre Caſſius, offenditque reliquos non mediocriter Atellius. Viſum igitur poſtero die acie decernere.

Brutus bonam ſpem oſtendit, & cœnam rationibus philoſophicis traduxit, inde dedit ſe quieti. Caſſium Meſſala ait ſolum cum paucis familiaribus cœnatum, cogitabundumque & taciturnum fuiſſe præter ingenium ſuum conſpectum: a cœna eum manum ſuam preſſiſſe, ac tantum pro ſolita ſua comitate dixiſſe Græce, Teſtor, Meſſala, te, idem mihi quod Pompeio Magno accidere, prœlio uno ut cogar jacere de patria aleam. Bonum animum tamen habemus, quum reſpicimus ad fortunam: cui, ut male conſuluerimus, haud debemus diffidere. Hæc Caſſium ait Meſſala noviſſima fatum, ſalutem ſibi dixiſſe: fuiſſe etiam Caſſium in poſterum diem a ſe, qui natalis ipſius erat, ad cœnam invitatum. Orta luce ſignum in caſtris Bruti & Caſſii ſagum puniceum propoſitum fuit. Quum illi in medio, quod erat inter duos exercitus, ſpatio eſſent congreſſi, ait Caſſius, Opto Brute victoriam, ut perpetuo felicem vitam inter nos mutuo tranſigamus. Sed quia maximæ quæque res mortalium ſunt incertiſſimæ, & ſi infeliciter pugnatum ſit, haud facile iterum;

rum;

αὖθις ἀλλήλους ἰδεῖν, τί γινώσκεις περὶ φυγῆς καὶ τελευτῆς; καὶ ὁ Βροῦτος ἀπεκρίνατο, Νέος ὢν ἐγώ, Κάσιε, καὶ πραγμάτων ἄπειρος, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐν φιλοσοφίᾳ λόγον ἀφῆκα μέγαν. ᾐτιασάμην Κάτωνα διαχρησάμενον ἑαυτόν, ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ᾽ ἀνδρὸς ἔργον ὑποχωρεῖν τῷ δαίμονι, καὶ μὴ δέχεσθαι τὸ συμπῖπτον ἀδεῶς, ἀλλ᾽ ἀποδιδράσκειν. νυνὶ δ᾽ ἀλλοῖος ἐν ταῖς τύχαις γίνομαι· καὶ Θεοῦ καλῶς τὰ παρόντα μὴ βραβεύσαντος, οὐ δέομαι πάλιν ἄλλας ἐλπίδας ἐξελέγχειν καὶ παρασκευάς, ἀλλ᾽ ἀπαλλάξομαι τὴν τύχην ἐπαινῶν, Μαρτίαις εἰδοῖς δοὺς τῇ πατρίδι τὸν ἐμαυτοῦ βίον, ἄλλον ἔζησα δι᾽ ἐκείνην ἐλεύθερον καὶ ἔνδοξον. ἐπὶ τούτοις Κάσιος ἐμειδίασεν, καὶ τὸν Βροῦτον ἀσπασάμενος, Ταῦτα, ἔφη, φρονοῦντες, ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ἢ γὰρ νικήσομεν, ἢ νικῶντας οὐ φοβηθησόμεθα. μετὰ ταῦτα περὶ τάξεως αὐτοῖς λόγος ἐγίνετο, τῶν φίλων παρόντων. καὶ Βροῦτος ᾐτεῖτο Κάσιον αὐτὸς ἡγεῖσθαι τοῦ δεξιοῦ κέρατος, ὃ δι᾽ ἐμπειρίαν καὶ ἡλικίαν μᾶλλον ᾤοντο Κασίῳ προσήκειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο Κάσιος ἔδωκεν, καὶ τῶν ταγμάτων τὸ μαχιμώτατον ἔχοντα Μεσάλαν ἐκέλευσεν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κατασῆναι. καὶ Βροῦτος εὐθὺς ἐξῆγε τοὺς ἱππεῖς κεκοσμημένους διαπρεπῶς, καὶ τὸ πεζὸν οὐ σχολαίτερον παρενέβαλλεν.

Ἔτυχον δ᾽ οἱ περὶ Ἀντώνιον ἀπὸ τῶν ἑλῶν οἷς περιεστρατοπέδευον ἐμβαλόντες τάφρους εἰς τὸ πεδίον, καὶ τὰς ἐπὶ θάλασσαν ὁδοὺς τοῦ Κασίου περικόπτοντες. ἐφήδρευε δὲ Καῖσαρ, οὐ παρὼν αὐτὸς δι᾽ ἀσθένειαν, ἀλλ᾽ ἡ δύναμις οὐ πάνυ μαχεῖσθαι προσδοκῶσα τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ μόνον ἐκδρομαῖς χρή-

rum potcrimus colloqui: quid de fuga & morte statuis? Cui occurrit Brutus, Juvenis ego, Cassi, & in rebus tyro, haud scio quemadmodum rationem quandam sequutus philosophiæ improbavi Catonem, quod sibi conscivisset necem: quasi nefas sit, neque ad virum pertineat, succumbere fortunæ, & non fortiter excipere quicquid casus tulerit, sed id refugere. Nunc sententia diversus ex fortunis fio. Et si Deus id quod in manibus est, non recte dispensaverit, non faciam ut aliam de integro spem & apparatum experiar, sed occumbam fortunam laudans. Quippe Idibus Martiis largitus sum vitam meam patriæ, propter quam alteram liberam duxi & claram. Tum arrisit Cassius, Brutumque complexus, Hoc animo, inquit, pergamus in hostes: aut enim vincemus, aut non formidabimus victores. Hinc de acie instruenda amicis præsentibus colloquuti sunt. Contendit autem Brutus a Cassio, ut dextrum cornu sibi permitteret, quod propter usum & ætatem potius existimabant ad Cassium pertinere. Atqui concessit ei id quoque Cassius, atque Messalæ imperavit ut cum fortissima legione, quam ducebat, consisteret in dextro cornu. Brutus extemplo equites eximie ornatos eduxit, neque segnius peditum subsidium interposuit.

Antonii milites forte fossas a paludibus, circa quas locaverant castra, ducebant in campum, ut vias Cassii ad mare tendentes interciderent. Cæsar sedebat in castris, nec tamen ob valetudinem aderat ipse, verum copiæ ejus haud sane pugnaturos hostes exspectantes, tantum ex-

χρήσεσθαι πρὸς τὰ ἔργα, καὶ βέλεσιν ἐλαφροῖς καὶ θορύβοις τοὺς ἐργαζομένους διαταράξειν· καὶ τοῖς ἀντιτεταγμένοις οὐ προσέχοντες, ἐθαύμαζον τὴν περὶ τὰς τάφρους κραυγὴν, ἄσημον οὖσαν, καὶ πολλὴν προσφερομένην. ἐν τούτῳ γραμματείων τε παρὰ Βρούτου τοῖς ἡγεμόσι φοιτώντων, ἐν οἷς ἦν τὸ σύνθημα γεγραμμένον, αὐτοῦ τε παρεξιόντος ἵππῳ τὰ τάγματα, καὶ παραθαρρύνοντος, ὀλίγοι μὲν ἔφθασαν ἀκοῦσαι τὸ σύνθημα παρεγγυώμενον· οἱ δὲ πλεῖστοι μὴ προσμείναντες, ὁρμῇ μιᾷ καὶ ἀλαλαγμῷ προσεφέροντο τοῖς πολεμίοις. γενομένης δὲ δι' ἀταξίαν ταύτην ἀνωμαλίας καὶ διασπασμοῦ τῶν ταγμάτων, τὸ Μεσσάλα πρῶτον, εἶτα τὰ συνεζευγμένα παρήλλαξε τὸ Καίσαρος ἀριστερόν· καὶ βραχέα τῶν ἐσχάτων θιγόντες καὶ καταβάλλοντες οὐ πολλοὺς, ἀλλ' ὑπερκεράσαντες, ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον. καὶ Καῖσαρ μὲν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἱστορεῖ, τῶν φίλων τινὸς Ἀρτωρίου Μάρκου καθ' ὕπνον ἰδόντος ὄψιν κελεύουσαν ἐκστῆναι Καίσαρα, καὶ μετελθεῖν ἐκ τοῦ χάρακος, ἔφθασε μικρὸν ὑπεκκομισθεὶς, ἔδοξέν τε τεθνάναι. τὸ γὰρ φορεῖον κενὸν ἀκοντίοις καὶ ὑσσοῖς βάλλοντες διήλασαν. ἦν δὲ φόνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ἁλισκομένων, καὶ δισχίλιοι Λακεδαιμονίων ἥκοντες ἐπίκουροι νεωστὶ συγκατεκόπησαν.

Οἱ δὲ μὴ κυκλωσάμενοι τοὺς Καίσαρος, ἀλλὰ συνεμπεσόντες, ῥᾳδίως μὲν ἀπετρέψαντο τεταραγμένους, καὶ διέφθειραν ἐν χερσὶν τρία τάγματα, καὶ συνεισέπεσον εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς φεύγουσιν, ὑπὸ ῥύμης τοῦ κρατεῖν συνεκχυθέντες, μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες τὸν Βροῦτον. ὁ δ' οὐ συνεῖδον οἱ νικῶντες, ἐδεί-

κνυε

excurſiones ad opera facturos, levibuſque telis & tumultu turbaturos foſſores: dum vero infeſtam in ſe aciem non attendunt, mirabantur inconditum clamorem & frequentem a foſſis accedentem. Inter hæc allatis a Bruto ad duces teſſeris in quibus ſignum ſcriptum erat, illoque legiones circumvecto & adhortante, pauci ſignum datum audivere. Plerique eo non exſpectato intulerunt ſe uno impetu & clamore in hoſtes. Hanc confuſionem ſequuta turbatione & divulſione legionum, Meſſalæ prima, inde proximæ prælatæ ſunt cornu Cæſaris ſiniſtrum, quæ ubi paululum extremos carpſerunt, & obtruncaverunt non multos, ſed cornu circumvenerunt, irruunt in caſtra. Ac Cæſar, ut ipſe in commentariis prodidit, quum quidam amicus ejus M. Artorius viſionem in ſomno vidiſſet quæ ſe juberet ſecedere & faceſſere ex caſtris, paulo ante exportatus fuerat, putaveruntque eum occubuiſſe: nam lecticam ejus inanem jaculis & pilis trajecerant. In caſtris cædes edita eorum qui capiebantur, ac duo millia Lacedæmoniorum, qui nuper auxilio venerant, contrucidata ſunt.

Qui non circundederant Cæſaris legiones, ſed in frontem intulerant ſe, averterunt facile perculſos, conciderunque tres legiones, unoque agmine cum fugientibus irruperunt in caſtra impetu victoriæ una illati. Hi Brutum ſecum habebant. Quod vero non adverterunt victores, id docuit oc-

κουσι τοῖς ἡττημένοις ὁ Καῖσαρ. εἰς γὰρ τὰ γυμνὰ καὶ περιερρηγμένα τῆς ἐναντίας φάλαγγος, ᾗ τὸ δεξιὸν ἀπεσπάσθη, πρὸς τὴν δίωξιν ὠσάμενοι, τὸ μὲν μέσον οὐκ ἐξέωσαν, ἀλλ' ἀγῶνι μεγάλῳ συνείχοντο· τὸ δ' εὐώνυμον ἀταξίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τῶν γινομένων ἐτρέψαντο, καὶ καταδιώξαντες εἰς τὸν χάρακα διεπόρθουν, οὐδετέρου τῶν αὐτοκρατόρων παρόντος. Ἀντώνιός τε γὰρ, ὥς φασιν, ἐκκλίνας ἐν ἀρχῇ τὴν ἔφοδον, εἰς τὸ ἕλος ἀνεχώρησεν, καὶ Καῖσαρ οὐδαμοῦ φανερὸς ἦν, ἐκπεσὼν τοῦ χάρακος. ἀλλὰ Βρούτῳ τινὲς, ὡς ἀνῃρηκότες αὐτὸν, ἐπεδείκνυον ᾑμαγμένα τὰ ξίφη, φράζοντες ἰδέαν ἣν εἶχεν καὶ ἡλικίαν. ἤδη δὲ τὸ μέσον ἐξεώκει φόνῳ πολλῷ τοὺς ἀντιτεταγμένους, καὶ παντελῶς ἐδόκει κρατεῖν ὁ Βροῦτος, ὥσπερ ὁ Κάσσιος κρατεῖσθαι. καὶ τοῦτο μόνον αὐτῶν διέφθειρε τὰ πράγματα, τοῦ μὲν ὡς νικῶντι Κασσίῳ μὴ βοηθήσαντος, τοῦ δὲ Βροῦτον ὡς ἀπολωλότα μὴ περιμείναντος. ἐπεὶ τῆς γε νίκης ὅρον ὁ Μεσσάλας τίθεται τὸ τρεῖς ἀετοὺς καὶ πολλὰ σημεῖα λαβεῖν τῶν πολεμίων, ἐκείνους δὲ μηδέν. ἀναχωρῶν δ' ὁ Βροῦτος, ἤδη διαπεπορθημένων τῶν Καίσαρος, ἐθαύμασε τὸ Κασσίου στρατήγιον οὐχ ὁρῶν ὑψηλὸν, ὥσπερ εἰώθει, περιφαινόμενον, οὐδὲ τἄλλα κατὰ χώραν· ἠρείπετο γὰρ εὐθὺς τὰ πλεῖστα, καὶ κατέσπαστο τῶν πολεμίων ἐμπεσόντων. ἀλλ' οἱ δοκοῦντες ὀξύτερον βλέπειν τῶν ἑτέρων, ἔφραζον αὐτῷ πολλὰ μὲν ὁρᾶν λάμποντα, πολλοὺς δ' ἀργυροῦς θυρεοὺς ἐν τῷ χάρακι τοῦ Κασσίου διαφερομένους· οὐκοῦν δοκεῖν αὐτοῖς οὔτ' ἀριθμὸν οὔθ' ὁπλισμὸν εἶναι τῶν ἀπολελειμμένων φυλάκων. οὐ μὴν οὐδὲ πλῆθος ἐπέκεινα φαίνεσθαι νεκρῶν, ὅσον εἰκὸς ἦν νενικημένων κατὰ κράτος ταγ-

occasio victos. Nam in nudam & laceram adversam aciem, a qua abruptum dextrum cornu fuerat, consectando invecti, mediam non impulere, sed gravi certamine sunt excepti. Sinistrum cornu confusione & ignoratione eorum quæ acta essent, pepulere, consectatique in castra, diripuerunt ea neutro præsente imperatore. Antonius enim, ut aiunt, declinans initio incursum, receperat se in paludem. Nec Cæsar, qui castris se subduxerat, usquam apparebat: verum Bruto aliqui cruentos gladios ostenderunt, occidisse eum jactantes se, narraveruntque faciem ejus & ætatem. Jam media acies profligaverat ingenti cæde adversos, eratque undequaque Brutus victor, sicut victus Cassius: quod unum rem perdidit, quum neque Brutus ut vincenti Cassio succurreret, neque Brutum hic exspectaret ut profligatum. Quandoquidem pro victoriæ signo Messala habet, quod tres aquilas & multa signa militaria cepissent de hostibus, illi nullum. Recipiens se Brutus castris jam evastatis Cæsaris, miratus est Cassii prætorium se non videre excelsum undique, ut solet, & conspicuum, neque alia loco suo posita. Siquidem diruta statim pleraque tentoria & dejecta fuerunt, ubi irruerunt hostes in castra. Cæterum qui pervidebant ex amicis Bruti acutius, docuerunt eum multa videre se fulgentia, multa etiam inargentata scuta in castris Cassii huc illuc ferri; cæterum haudquaquam videri sibi vel numerum vel armaturam esse relictæ stationis, nec tamen cumulos ultra apparere cadaverum, quantos par erat stratis

ταγμάτων τοσούτων. ταῦτα πρῶτον ἔννοιαν παρέστησε τῷ Βρούτῳ τοῦ συμπτώματος· καὶ καταλιπὼν φρουρὰν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν πολεμίων, ἀνεκαλεῖτο τοὺς διώκοντας, καὶ συνῆγεν ὡς Κασσίῳ βοηθήσων.

Ἐπέπρακτο δ᾽ οὕτω τὰ κατ᾽ αὐτόν. οὔτε τὴν πρώτην ἐκδρομὴν τῶν περὶ Βροῦτον ἡδέως εἶδεν, ἄνευ συνθήματος καὶ προστάγματος γινομένην· οὔθ᾽ ὅτι κρατοῦντες εὐθὺς ὥρμησαν ἐφ᾽ ἁρπαγὴν καὶ ὠφέλειαν, τοῦ περιϊέναι καὶ κυκλοῦσθαι τοὺς πολεμίους ἀμελήσαντες, ἤρεσκεν αὐτῷ τὰ πραττόμενα. μελλήσει δέ τινι καὶ διατριβῇ μᾶλλον ἢ προθυμίᾳ καὶ λογισμῷ στρατηγῶν, ὑπὸ τοῦ δεξιοῦ τῶν πολεμίων περιελαμβάνετο· καὶ τῶν ἱππέων εὐθὺς ἀπορραγέντων φυγῇ πρὸς τὴν θάλασσαν, ὁρῶν καὶ τοὺς πεζοὺς ἐνδιδόντας, ἐπειρᾶτο κατέχειν καὶ παρακαλεῖν. ἑνὸς δὲ σημειοφόρου φεύγοντος, ἁρπάσας τὸ σημεῖον ἔπηξε πρὸ τῶν ποδῶν, μηδὲ τῶν περὶ τὸ σῶμα τεταγμένων αὐτοῦ προθύμως ἔτι συμμενόντων. οὕτω δὲ βιασθεὶς ἀνεχώρησε μετ᾽ ὀλίγων ἐπὶ λόφον ἔχοντα πρὸς τὸ πεδίον σκοπάς. ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν οὐδὲν κατεῖδεν, ἢ μόλις τὸν χάρακα πορθούμενον· ἦν γὰρ ἀσθενὴς τὴν ὄψιν. οἱ δὲ περὶ αὐτὸν ἱππεῖς ἑώρων πολλοὺς προσελαύνοντας, οὓς ὁ Βροῦτος ἔπεμψεν. εἴκασε δ᾽ ὁ Κάσσιος πολεμίους εἶναι, καὶ διώκειν ἐπ᾽ αὐτόν. ὅμως δὲ τῶν παρόντων ἕνα Τιτίννιον ἀπέστειλεν κατοψόμενον. οὗτος οὐκ ἔλαθε τοὺς ἱππέας προσιών, ἀλλ᾽ ὡς εἶδον ἄνδρα φίλον, καὶ Κασσίῳ πιστόν, ἀλαλάξαντες ὑφ᾽ ἡδονῆς, οἱ μὲν συνήθεις ἠσπάζοντό τε καὶ ἐδεξιοῦντο, καταπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἵππων, οἱ δ᾽ ἄλλοι περὶ αὐτὸν ἐν κύκλῳ περιελαύνοντες ἅμα παιᾶνι καὶ πατάγῳ διὰ χαρᾶς ἀμετρίαν,

ſtratis tot legionibus. Ea primum cogitationem Bruto ſubjecere caſus Caſſii: relictoque in hoſtium caſtris præſidio, revocavit inſequentes, contraxitque eos ad ferendam Caſſio opem.

Cum illo autem actum ad hunc modum fuerat. Nec primam incurſionem viderat libenter Bruti militum ſine ſigno & imperio datam: neque, quod victores ſtatim ad rapinam & prædam ruerunt, omittentes circuire & circumfundere hoſtes, ea res ei placuit. Cunctatione autem quadam & mora potius quam alacritate & conſilio utens, cinctus ab dextro hoſtium cornu eſt. Equitatu confeſtim effuſa fuga ad mare ablato videns pedites quoque pedem referentes, laboravit eos retinere & revocare. Uni etiam ſignifero fugienti eripuit ſignum, idque ante pedes ſuos defixit, quum cohors quoque prætoria ejus ægre diutius cohæreret. Ita tandem cum paucis coactus eſt in collem, unde deſpici in campum poterat, ſe recipere. Cæterum nihil ipſe contuebatur. Nam aciem habebat obtuſam. Tantum caſtra ſua conſpexit, idque etiam vix, diripi. Comites ejus magnam equitum manum, quam mittebat Brutus, contemplati ſunt advehentem. Hos Caſſius hoſtes eſſe & conſectari exiſtimavit ſe. Unum tamen ex comitatu miſit ſpeculatum, Titinium. Hunc ut advenientem conſpicati ſunt equites, & hominem amicum & fidum Caſſio videre, ſublato præ gaudio clamore familiares ex equis deſilientes ſalutaverunt, & complexi ſunt eum, alii undique eum nimio gaudio ovantes & ſtrepentes ſunt circumvecti:

τείαν, τὸ μέγιστον ἀπειργάσαντο κακόν. ἔδοξε γὰρ ὁ Κάσσιος ἀληθῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἔχεσθαι τὸν Τιτίννιον. καὶ τοῦτο δὴ φήσας, Φιλοψυχοῦντες ἀνεμείναμεν ἄνδρα φίλον ἁρπαζόμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων ἰδεῖν, ἀπεχώρησεν εἴς τινα σκηνὴν ἔρημον, ἕνα τῶν ἀπελευθέρων ἐφελκυσάμενος Πίνδαρον, ὃν ἐκ τῶν κατὰ Κράσσον ἀτυχημάτων ἐπὶ ταύτην εἶχε τὴν ἀνάγκην ὑπ' αὐτοῦ παρεσκευασμένον. ἀλλὰ Πάρθους μὲν διέφυγε, τότε δὲ τὰς χλαμύδας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναγαγὼν, καὶ γυμνώσας τὸν τράχηλον ἀποκόψαι παρέσχεν. εὑρέθη γὰρ ἡ κεφαλὴ δίχα τοῦ σώματος. τὸν δὲ Πίνδαρον οὐδεὶς εἶδεν ἀνθρώπων μετὰ τὸν φόνον. ἐξ οὗ καὶ παρέσχεν ἐνίοις δόξαν ἀνελεῖν τὸν ἄνδρα μὴ κελευσθείς. ὀλίγῳ δ' ὕστερον οἱ ἱππεῖς ἐγένοντο φανεροὶ, καὶ Τιτίννιος ἐστεφανωμένος ὑπ' αὐτῶν ἀπῄει πρὸς Κάσσιον. ὡς δὲ κλαυθμῷ καὶ βοῇ τῶν φίλων ὀδυρομένων καὶ δυσφορούντων ἔγνω τὸ πάθος τοῦ στρατηγοῦ καὶ τὴν ἄγνοιαν, ἐσπάσατο τὸ ξίφος, καὶ πολλὰ κακίσας τῆς βραδυτῆτος ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν.

Βροῦτος δὲ τὴν μὲν ἧτταν ἐγνωκὼς τοῦ Κασσίου προσήλαυνε, τὸν δὲ θάνατον ἐγγὺς ἤδη τοῦ χάρακος ἤκουσε. καὶ τὸ μὲν σῶμα περικλαύσας, καὶ προσαγορεύσας ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κάσσιον, ὡς οὐκ ἔτι τῇ πόλει τηλικούτου φρονήματος ἐγγενέσθαι δυναμένου, περιέστειλε καὶ ἀπέπεμψεν εἰς Θάσον, ὡς μὴ σύγχυσιν αὐτόθι παράσχοι κηδευόμενον. αὐτὸς δὲ τοὺς στρατιώτας συναγαγὼν παρεμυθήσατο, καὶ πάντων ὁρῶν ἀπεστερημένους τῶν ἀναγκαίων, ὑπέσχετο κατ' ἄνδρα δισχιλίας δραχμὰς ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων. οἱ δὲ πρός τε
τοὺς

vecti: qua re magnum malum effecere. Nam Titinium arbitratus est Cassius vere ab hostibus comprehensum, atque hactenus loquutus, Nimirum dum nimium vitæ sumus cupidi, sustinuimus amicum ab hostibus videre correptum. Mox discessit in tentorium quoddam desertum, unum trahens secum libertum Pindarum, quem ex Crassi clade ad hanc necessitatem secum habebat destinatum. Verum Parthis elapsus est: at tunc chlamyde obvoluto capite cervicem apertam præbuit præcidendam. Caput enim seorsum a trunco repertum fuit. Pindarum vero post eam cædem nemo mortalium conspexit. Unde suspicati sunt aliqui eum injussu Cassium occidisse. Mox cogniti equites sunt, & Titinius coronatus ab eis perrexit ad Cassium. Qui ut ex ejulatu & clamore lamentantium & lugentium amicorum ducis cognovit casum & errorem, strinxit gladium, multumque cessationem incusans suam, seipsum peremit.

Brutus ut fusum cognovit Cassium, properavit ad eum. Necem prope castra jam accepit. Qui quum corpus Cassii complorasset, & Romanorum ultimum appellasset eum, quod existere deinceps par animus non posset in urbe: exornavit eum, misitque Thasum, ne confusionem ibi funus ejus crearet. Milites ejus collectos consolatus est: quos rebus omnibus necessariis cernens spoliatos, pro amissis octo millia nummorum in capita pollicitus est. Illi cum oratione
tione

τοὺς λόγους ἀνεθάῤῥησαν αὐτοῦ, καὶ τῆς δωρεᾶς ἐθαύμασαν τὸ μέγεθος· καὶ μετὰ βοῆς προὔπεμψαν ἀπιόντα, μεγαλύνοντες ὡς μόνον ἀήττητον ἐν τῇ μάχῃ τῶν τεσσάρων αὐτοκρατόρων γεγενημένον. ἐμαρτύρει δὲ τὸ ἔργον, ὅτι τῇ μάχῃ περιέσεσθαι καλῶς ἐπίστευεν. ὀλίγοις γὰρ τάγμασιν ἅπαντας ἐτρέψατο τοὺς ἀντιστάντας. εἰ δὲ πᾶσιν ἐχρήσατο πρὸς τὴν μάχην, καὶ μὴ παρελθόντες οἱ πλεῖστοι τοὺς πολεμίους ἐπὶ τὰ τῶν πολεμίων ὥρμησαν, οὐδὲν ἂν ἐδόκει μέρος αὐτῶν ἀπολιπεῖν ἀήττητον.

Ἔπεσον δὲ τούτων μὲν ὀκτακισχίλιοι σὺν τοῖς στρατευομένοις οἰκέταις, οὓς Βρίγας ὁ Βροῦτος ὠνόμαζε· τῶν δ᾽ ἐναντίων Μεσσάλας φησὶν οἴεσθαι πλείους ἢ διπλασίους. διὸ καὶ μᾶλλον ἠθύμουν ἐκεῖνοι, πρὶν ἢ Κασσίου θεράπων, ὄνομα Δημήτριος, ἀφίκετο πρὸς Ἀντώνιον ἑσπέρας, εὐθὺς ἀπὸ τοῦ νεκροῦ τὰς χλαμύδας λαβὼν καὶ τὸ ξίφος. ὧν κομισθέντων οὕτως ἐθάῤῥησαν, ὥστε ἅμ᾽ ἡμέρᾳ προάγειν ὡπλισμένην ἐπὶ μάχῃ τὴν δύναμιν. Βρούτῳ δὲ τῶν στρατοπέδων ἑκατέρου σαλεύοντος ἐπισφαλῶς (τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ καταπεπλησμένον αἰχμαλώτων ἐδεῖτο φυλακῆς ἀκριβοῦς· τὸ δὲ Κασσίου τὴν μεταβολὴν τοῦ ἄρχοντος οὐ ῥᾳδίως ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ φθόνου τι καὶ μίσους ἡττημένοις ἐνῆν αὐτοῖς πρὸς τὸ νενικηκὸς) ὁπλίσαι μὲν ἔδοξε τὸ στράτευμα, μάχης δ᾽ ἀπέσχετο. τῶν δ᾽ αἰχμαλώτων τὸ μὲν δουλικὸν πλῆθος ἐμπλεκόμενον ὑπόπτως τοῖς ὅπλοις ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι, τῶν δ᾽ ἐλευθέρων τοὺς μὲν ἀπέλυε, φάσκων ὑπὸ τῶν πολεμίων μᾶλλον ἡλωκέναι αὐτοὺς, καὶ παρ᾽ ἐκείνοις αἰχμαλώτους εἶναι καὶ δούλους, παρ᾽ αὑτῷ δ᾽ ἐλευθέρους καὶ πολίτας. ὡς δὲ τοὺς

φίλους

tione ejus recreati, tum doni admirati sunt magnitudinem, abeuntemque acclamationibus prosequuti, atque laudibus in cœlum extulere tanquam ex quatuor imperatoribus solum in conflictu invictum. Factum testatur quam recte confisus sit se fore prœlio superiorem. Paucis enim legionibus omnes qui ex adverso steterunt, fudit fugavitque. Quod si omnibus esset ad prœlium usus, neque præterlati plerique hostem concurrissent ad prædam, nulla videtur eorum pars permansura integra fuisse.

Ceciderunt ex ejus exercitu octo millia, connumeratis servis qui castra sequebantur, quos nominabat Brutus Brigas. Ex hostibus Messala ait bis totidem vel amplius arbitrari se desideratos. Quo magis perculsi illi fuerunt prius quam Cassii servus, Demetrius nomine, vesperi ad Antonium cum paludamento & gladio, quæ confestim detraxerat corpori, venisset. Quibus allatis, ita sustulerunt animos, ut prima luce instructum exercitum in aciem educerent. Quia vero utraque Bruti castra in ancipiti erant fluctuatione, (nam ipsius propria captivorum plena exactiorem custodiam requirebant, altera Cassii ferebant iniquo animo ducis mutationem, sed & nonnulla invidia odioque flagrabant adversus victores victi) placuit armari copias, verum pugna abstinuit. Ex captivis servitiorum multitudinem suspecte inter milites versantium imperavit interfici: ex liberis capitibus aliquos dimisit, ab hostibus dicens potius captos, atque apud illos captivos & servos esse, apud se liberos & cives. Sed quum cerneret

amicos

φίλους ἑώρα καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἀδιαλλάκτως ἔχοντας, ἀποκρύπτων καὶ συνεκπέμπων ἔσωζεν. ἦσαν δέ τις Βολούμνιος Μῖμος καὶ Σακκουλίων γελωτοποιὸς ἡλωκότες, οὓς ἐν οὐδενὶ λόγῳ τιθεμένου τοῦ Βρούτου, προσάγοντες οἱ φίλοι κατηγόρουν, ὡς οὐδὲ νῦν τοῦ λέγειν καὶ σκώπτειν πρὸς ὕβριν αὐτῶν ἀπεχομένους. ἐπεὶ δὲ Βροῦτος μὲν ἐσίγα, πρὸς ἑτέραις ὢν φροντίσι, Μεσσάλας δὲ Κορβῖνος ἐδικαίου πληγαῖς κολασθέντας ἐπὶ σκηνῆς γυμνοὺς ἀποδοθῆναι τοῖς στρατηγοῖς τῶν πολεμίων, ὅπως εἰδῶσιν οἵων δέονται στρατευόμενοι συμποτῶν καὶ συνήθων· ἔνιοι μὲν τῶν παρόντων ἐγέλασαν, Πόπλιος δὲ Κάσκας, ὁ πρῶτος Καίσαρα πατάξας, Οὐ καλῶς, ἔφη, τεθνηκότι Κασσίῳ παίζοντες καὶ γελωτοποιοῦντες ἐναγίζομεν· σὺ δέ, εἶπεν, ὦ Βροῦτε, δείξεις ὅπως ἔχῃς μνήμης πρὸς τὸν στρατηγόν, ἢ κολάσας ἢ φυλάξας τοὺς χλευάζοντας καὶ κακῶς ἐροῦντας αὐτόν. πρὸς τοῦτο Βροῦτος εὖ μάλα δυσχεράνας, Τί οὖν, εἶπεν, ἐμοῦ πυνθάνεσθε Κάσκα, καὶ οὐ πράττετε τὸ δόξαν ὑμῖν; ταύτην ἐκείνου τὴν ἀπόκρισιν, συγκατάθεσιν ποιησάμενοι κατὰ τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων, διέφθειραν αὐτοὺς ἀπαγαγόντες.

Ἐκ τούτου τὴν δωρεὰν ἀπέδωκε τοῖς στρατιώταις, καὶ μικρὸν μεμψάμενος ἐπὶ τῷ τὸ σύνθημα μὴ λαβόντας ἄνευ παραγγέλματος ἀτακτότερον ἐνάλλεσθαι τοῖς πολεμίοις, ὑπέσχετο καλῶς ἀγωνισαμένοις δύο πόλεις εἰς ἁρπαγὴν καὶ ὠφέλειαν ἀνήσειν, Θεσσαλονίκην καὶ Λακεδαίμονα. τοῦτο τῷ Βρούτου βίῳ μόνον ἔνεστι τῶν ἐγκλημάτων ἀναπολόγητον· εἰ καὶ πολὺ τούτων δεινότερα νικητήρια τοῖς στρατευομένοις Ἀντώνιος καὶ Καῖσαρ ἐξέτισαν, ὀλίγου δεῖν

amicos suos & duces implacabiles, occultans alios & ad evadendum adjuvans servavit eos. Erat quidam Volumnius mimus & Sacculio scurra capti. Hos Brutus quum contemneret, adductos ad eum accusaverunt amici ejus, quod ne tunc quidem a dicteriis & contumeliis in ipsos jaciendis temperarent. Quum Brutus aliis intentus curis taceret, Messala vero Corvinus censeret in tentorio mulctatos verberibus nudos ducibus hostium remittendos: quo viderent qualibus in bello compotoribus & familiaribus haberent opus: aliqui ex astantibus arrisere. P. Casca, qui Cæsarem vulneravit primus, Indignum, inquit, est, ut mortuo Cassio per ludum & risum parentemus: at tu declarabis, Brute, ecquam memoriam habeas imperatoris, vel puniendo vel conservando eos qui irridebunt & obtrectabunt illi. Eo dicto exarsit vehementer Brutus: &, Quid igitur, inquit, me Casca rogatis, quin agitis pro vestro arbitrio? Hoc ejus responsum pro assensione adversus illos miseros accipientes, abreptos interfecerunt.

Hinc donum militibus persolvit: ac modice correptis, quod non accepto signo incondite sine imperio insultum fecissent in hostes, promisit, si dimicassent strenue, duas urbes se eis prædæ & direptioni daturum, Thessalonicam & Lacedæmonem. Hoc Bruti vitæ crimen unum inest inexcusabile: quamvis multo his injustiora militibus præmia Antonius & Cæsar tribuere: qui omni pene

δεῖν πάσης Ἰταλίας τοὺς παλαιοὺς οἰκήτορας ἐξελάσαντες, ἵνα χώραν ἐκεῖνοι καὶ πόλεις τὰς μὴ προσηκούσας λάβωσιν. ἀλλὰ τούτοις μὲν ἄρχειν καὶ κρατεῖν ὑπέκειτο τὸ τοῦ πολέμου τέλος, Βρούτῳ δὲ διὰ δόξαν ἀρετῆς οὔτε νικᾶν οὔτε σώζεσθαι συνεχωρεῖτο παρὰ τῶν πολλῶν, ἢ μετὰ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου· καὶ ταῦτα, Κασσίου τεθνηκότος, ὃς αἰτίαν εἶχεν καὶ Βροῦτον ἐνάγειν εἰς ἔνια τῶν βιαιοτέρων. ἀλλ' ὥσπερ ἐν πλῷ πηδαλίου συντριβέντος, ἕτερα ξύλα προσηλοῦν καὶ προσαρμόττειν ἐπιχειροῦσιν, οὐκ εὖ μὲν, ἀναγκαῖα δὲ μαχόμενοι πρὸς τὴν χρείαν· οὕτω Βροῦτος ἐν δυνάμει τοσαύτῃ καὶ μετεώροις πράγμασιν οὐκ ἔχων ἰσοῤῥοποῦντα στρατηγὸν, ἠναγκάζετο χρῆσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ πολλὰ πράσσειν καὶ λέγειν τῶν ἐκείνοις δοκούντων. ἐδόκει δ' ὅσα τοὺς Κασσίου στρατιώτας ᾤετο βελτίους παρέξειν· δυσμεταχείριστοι γὰρ ἦσαν, ἐν μὲν τῷ στρατοπέδῳ δι' ἀναρχίαν θρασυνόμενοι, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους διὰ τὴν ἧτταν ἀποδειλιῶντες.

Οὐδὲν δὲ βέλτιον εἶχε τὰ πράγματα τοῖς περὶ Καίσαρα καὶ Ἀντώνιον, ἀγορᾷ τε χρωμένοις ἀναγκαίᾳ, καὶ διὰ κοιλότητα τοῦ στρατοπέδου χειμῶνα μοχθηρὸν προσδοκῶσιν. εἰλούμενοι γὰρ πρὸς ἕλεσι, καὶ μετὰ τὴν μάχην ὄμβρων φθινοπωρινῶν ἐπιγενομένων, πηλοῦ κατεπίμπλαντο τὰς σκηνὰς, καὶ ὕδατος παραχρῆμα πηγνυμένου διὰ ψῦχος. ἐν τούτῳ δ' οὖσιν αὐτοῖς ἧκον ἀγγελίαι περὶ τῆς κατὰ θάλατταν γενομένης ἀτυχίας περὶ τὴν στρατιάν. ἐξ Ἰταλίας γὰρ πολλὴν κομιζομένην παρὰ Καίσαρος αἱ Βρούτου νῆες ἐπιπεσοῦσαι διέφθειραν, ὧν ὀλίγοι παντάπασι τοὺς πολεμίους διαφυγόντες, ὑπὸ

λιμοῦ

pene Italia veteres exegerunt cultores, ut agrum illis & oppida darent aliena. Verum istis imperare & dominari propositus erat belli finis: Bruto vero ob virtutis opinionem nec vincere nec incolumi esse a vulgo nisi cum honesto & justitia concedebatur: idque Cassio defuncto, cui objectatum fuit quod Brutum quoque ad nonnulla impelleret violentiora. Cæterum sicut in navigatione gubernaculo confracto ligna alia affigere & accommodare tentant, non apte quidem sed necessario machinantes id ad evitandum periculum: ita Brutus in tanto exercitu rebusque ancipitibus cogebatur, cum collega eum deficeret oneri par, accommodare se præsentibus, multaque ex eorum nutu facere & dicere quæ illis placebant. Placebant autem quæcunque Cassii milites videbantur correctura. Quippe intractabiles erant, in castris quod agerent sine imperio feroces, adversus hostes ob acceptam cladem trepidi.

Nihilo erant Cæsaris & Antonii res commeatus penuria meliores, & quia castra habebant loco humili, gravem exspectabant hyemem. Volutabantur enim apud paludes, & prœlium imbres sequuti autumnales tentoria cœno complebant, & aqua confestim ex rigore conglaciante. Ita comparatis clades militum mari accepta annuntiatur. Siquidem ingentes copias, quæ mittebantur ex Italia ad Cæsarem, adorta Bruti classis est oppressitque: ex his admodum pauci, qui hostiles effugerant manus, adesis

λιμοῦ τῶν ἱστίων καὶ τῶν σχοινίων ἐσθίοντες διεγίνοντο. ταῦτ' ἀκούσαντες ἔσπευδον διὰ μάχης κριθῆναι, πρὶν αἰσθέσθαι τὸν Βροῦτον ὅσον αὐτῷ γέγονεν εὐτυχίας. καὶ γὰρ μιᾷ ἡμέρᾳ συνέβη τόν τε κατὰ γῆν ἅμα καὶ τὸν κατὰ θάλατταν ἀγῶνα κριθῆναι. τύχῃ δέ τινι μᾶλλον ἢ κακίᾳ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἡγεμόνων ἠγνόησε τὸ κατόρθωμα Βροῦτος, ἡμερῶν εἴκοσι διαγενομένων. οὐ γὰρ ἂν εἰς δευτέραν μάχην προῆλθεν, τὰ μὲν ἀναγκαῖα τῇ στρατιᾷ παρεσκευασμένος εἰς πολὺν χρόνον, ἐν καλῷ δὲ τῆς χώρας ἱδρυμένος, ὥστε καὶ χειμῶνος ἀπαθὲς, καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους δυσεκβίαστον ἔχειν τὸ στρατόπεδον· τῷ δὲ κρατεῖν βεβαίως τῆς θαλάττης, καὶ νενικηκέναι πεζῇ τὸ καθ' αὑτὸν, ἐπ' ἐλπίδων μεγάλων καὶ φρονήματος γεγονώς. ἀλλὰ τῶν πραγμάτων, ὡς ἔοικεν, οὐκέτι πολλοῖς ὄντων καθεκτῶν, ἀλλὰ μοναρχίας δεομένων, ὁ Θεὸς ἐξάγειν καὶ μεταστῆσαι τὸν μόνον ἐμποδὼν ὄντα τῷ κρατεῖν δυναμένῳ βουλόμενος, ἀπέκοψε τὴν τύχην ἐκείνην, καίπερ ἐγγυτάτω τοῦ μὴ λαθεῖν τὸν Βροῦτον ἀφικομένην. μέλλοντος γὰρ αὐτοῦ μάχεσθαι, πρὸ μιᾶς ἡμέρας ὀψὲ Κλώδιός τις ἐκ τῶν πολεμίων αὐτόμολος ἧκεν ἀγγέλλων, ὅτι διεφθαρμένον ἠσθημένοι τὸν στόλον οἱ περὶ Καίσαρα, σπεύδουσι διαγωνίσασθαι. ταῦτα λέγων ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχε πίστιν· οὐδ' εἰς ὄψιν ἦλθε τῷ Βρούτῳ, καταφρονηθεὶς παντάπασιν, ὡς μηδὲν ἀκηκοὼς ὑγιὲς, ἢ τὰ ψευδῆ πρὸς χάριν ἀπαγγέλλων.

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ νυκτὶ πάλιν φασὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τὸ φάσμα τῷ Βρούτῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ἀποδειξάμενον ὄψιν, οὐδὲν εἰπεῖν, ἀλλ' οἴχεσθαι. Πόπλιος δὲ Βο-

sis præ fame velis & funibus vitam tolerabant. Quæ ubi intellexere, maturabant prœlio ante decernere, quam quanto auctus successu esset, intelligeret Brutus. Eodem enim die terra marique pugnatum fuit. Cæterum fortuna quadam magis quam præfectorum classis malitia ignoravit Brutus victoriam hanc, spatio interjecto viginti dierum. Neque enim ad alterum conflictum descendisset, quum necessaria exercitui in longam diem haberet expedita, & loco opportuno consideret, ut haberet & adversus hyemis injuriam tuta, & adversus hostes inexpugnabilia castra: quia vero potiebatur citra controversiam mari, & cornu hostium sibi adversum fuderat, magna spe & animo esset fultus. Enimvero quoniam regi imperium non ultra poterat a multis, sed unum postulabat rectorem, intendens scilicet amovere Deus & subducere unum illum qui potiri rerum valenti obstabat, moratus est, ne illa palma in Bruti veniret notitiam, quamvis id prope esset factum. Pridie enim quam dimicare statuerat, sub vesperum transfugiens ab hostibus ad eum Clodius quidam, nuntiavit Cæsarem & Antonium, ubi profligatam classem suam resciverunt, properare ad certamen. Hæc dicenti non habita fides est, neque in Bruti venit conspectum, despectus prorsus, quasi nihil certi audivisset, aut vana favoris conciliandi gratia adferret.

Ea nocte spectrum illud referunt iterum Bruto obversatum, eandemque repræsentans visionem nihil loquutum, sed dilapsum fuisse. P.

Βολούμνιος, ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ συνεστρατευμένος ἀπ' ἀρχῆς Βρούτῳ, τοῦτο μὲν οὐ λέγει τὸ σημεῖον, μελισσῶν δέ φησι τὸν πρῶτον ἀετὸν ἀνάπλεων γενέσθαι· καὶ τῶν ταξιάρχων τινὸς ἀπ' αὐτομάτου τὸν βραχίονα μύρον ῥόδινον ἐξανθεῖν, καὶ πολλάκις ἐξαλείφοντας καὶ ἀπομάττοντας μηδὲν περαίνειν. καὶ πρὸ τῆς μάχης αὐτῆς, ἀετοὺς δύο συμπεσόντας ἀλλήλοις ἐν μεταιχμίῳ τῶν στρατοπέδων μάχεσθαι· καὶ σιγὴν ἄπιστον ἔχειν τὸ πεδίον, θεωμένων ἁπάντων, εἶξαι δὲ καὶ φυγεῖν τὸν κατὰ Βροῦτον. ὁ δ' Αἰθίοψ περιβόητος γέγονεν, ὁ τῆς πύλης ἀνοιχθείσης ἀπαντήσας τῷ φέροντι τὸν ἀετὸν, καὶ κατακοπεὶς ταῖς μαχαίραις ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν οἰωνισαμένων.

Προσαγαγὼν δὲ τὴν φάλαγγα, καὶ καταστήσας ἐναντίαν τοῖς πολεμίοις, ἐπεῖχε πολὺν χρόνον. ὑποψίαι γὰρ αὐτῷ καὶ μηνύσεις κατά τινων προσέπιπτον ἐπισκοποῦντι τὸ στράτευμα· καὶ τοὺς ἱππέας ἑώρα μάχης ἄρχειν οὐ πάνυ προθύμους ὄντας, ἀλλ' ἀεὶ προσμένοντας τὸ τῶν πεζῶν ἔργον. εἶτ' ἐξαίφνης ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ τετιμημένος ἐπ' ἀνδρείᾳ διαπρεπῶς, παρὰ τὸν Βροῦτον αὐτὸν ἐξιππασάμενος, μεταβάλλεται πρὸς τοὺς πολεμίους· Καμουλᾶτος δ' ἐκαλεῖτο. τοῦτον ἰδὼν ὁ Βροῦτος ἤλγησεν ἰσχυρῶς· καὶ τὰ μὲν ἀπ' ὀργῆς, τὰ δὲ φόβῳ μείζονος μεταβολῆς καὶ προδοσίας, εὐθὺς ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἦγεν, εἰς ὥραν ἐνάτην τοῦ ἡλίου καταφερομένου. καὶ τῷ μὲν καθ' αὑτὸν ἐκράτησε μέρει, καὶ προῆλθεν ὑποχωροῦντι τῷ ἀριστερῷ τῶν πολεμίων ἐγκείμενος· καὶ συνεπέρρωσαν οἱ ἱππεῖς, ἅμα τοῖς πεζοῖς ἐμβαλόντες τεταραγμένοις.

Volumnius autem vir sapientiæ studiis deditus, & Bruti arma ab initio sequutus, nihil meminit hujus ostenti: sed obtectam apibus primam aquilam fuisse, & cuidam ordinum ductori brachium unguentum rosaceum exsudasse, neque quum crebro detergerent id & eximerent, quicquam profectum. Sub conflictum duas aquilas medio inter utramque aciem spatio concurrentes dimicasse, atque incredibile silentium campum occupavisse, omnibus eas spectantibus, pulsam fuisse & fugisse eam quæ a parte fuerat Bruti. Celebratum vero fuit de Æthiope, qui porta patefacta aquilifero occurrens, gladiis a militibus est in omen id vertentibus concisus.

Postquam eduxit milites, atque infestam hostibus explicavit aciem, diu substitit. Nam contemplanti exercitum suspiciones & delationes adversus nonnullos oblatæ sunt, & equitatum vidit haud alacrem ad committendam pugnam esse, sed semper operientem quid efficerent pedites. Inde repente vir strenuus, qui virtutis causa magno in honore habebatur, præter Brutum ipsum evectus, Camulatus nomine, transiit ad hostes. Id Brutum intuentem ingens perculit dolor, ac partim ira, partim majoris metu defectionis & proditionis, protinus duxit in hostem præcipiti in nonam horam die. Qua ipse agebat parte superior fuit, gradumque intulit sinistrum hostium cornu urgens, confirmaveruntque successum equites, qui una cum peditibus impressionem dederunt in perculsos.

ἐῤῥαγμένοις. τὸ δ' ἕτερον κέρας, ὡς μὴ κυκλωθείη, τῶν ἡγεμόνων ἀντιπαρεξαγόντων, πλήθει δὲ λειπομένων, διεσπᾶτο τὸ μέσον· καὶ γιγνόμενον ἀσθενὲς, οὐκ ἀντεῖχε τοῖς ἐναντίοις, ἀλλ' ἔφυγε πρῶτον. οἱ δὲ τοῦτο διακόψαντες εὐθὺς ἐκυκλοῦντο τὸν Βροῦτον, αὐτὸν μὲν ὅσα στρατηγικῆς καὶ στρατιωτικῆς ἀρετῆς ἔργα καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ περὶ τὰ δεινὰ πρὸς τὸ νικᾶν ἀποδεικνύμενον· ᾧ δὲ πλέον ἔσχε τῇ προτέρᾳ μάχῃ, τούτῳ βλαπτόμενον. τῶν μὲν γὰρ πολεμίων τὸ νικηθὲν εὐθὺς ἀπολώλει τότε· τῶν δὲ Κασσίου τραπέντων ὀλίγοι διεφθάρησαν, οἱ δὲ σωζόμενοι, τῷ προηττῆσθαι περιδεεῖς ὄντες, ἀνέπλησαν ἀθυμίας καὶ ταραχῆς τὸ πλεῖστον τοῦ στρατεύματος. ἐνταῦθα καὶ Μάρκος ὁ Κάτωνος υἱὸς ἐν τοῖς ἀρίστοις καὶ γενναιοτάτοις τῶν νέων μαχόμενος, καὶ καταπονούμενος, οὐκ ἔφυγεν οὐδ' εἶξεν, ἀλλὰ χρώμενός τε τῇ χειρὶ, καὶ φράζων ὅστις εἴη, καὶ πατρόθεν ὀνομάζων, ἔπεσεν ἐπὶ πολλοῖς νεκροῖς τῶν πολεμίων. ἔπιπτον δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ κράτιστοι, τοῦ Βρούτου προκινδυνεύοντες.

Ἦν δέ τις Λουκίλλιος, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τοῖς ἑταίροις. οὗτος ὁρῶν βαρβάρους τινὰς ἱππέας ἐν τῇ διώξει τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα ποιουμένους λόγον, ἐλαύνοντας δὲ ῥύδην ἐπὶ τὸν Βροῦτον, ἔγνω παρακινδυνεύσας ἐμποδὼν αὐτοῖς γενέσθαι. καὶ μικρὸν ὑπολειφθεὶς, αὐτὸς ἔφη Βροῦτος εἶναι· καὶ πιθανὸς ἦν, πρὸς Ἀντώνιον δεόμενος ἄγειν ἑαυτὸν, ὡς Καίσαρα δεδοικὼς, ἐκείνῳ δὲ θαῤῥῶν. οἱ δ' ἀσπασάμενοι τὸ εὕρημα, καὶ τύχῃ τινὶ θαυμαστῇ κεχρῆσθαι νομίζοντες, ἦγον τὸν ἄνδρα, σκότους ἤδη προπέμψαντες ἐξ αὐτῶν τινὰς

culsos. Alterum cornu, quum ne circundaretur, legati in longum extenderunt, quod numero non æquarent adversarios, medium divulsum est, atque adeo infirmum redditum non sustinuit hostes, sed effudit se primum in fugam. Qui hoc fuderant, mox circumvenerunt Brutum. Hic omnia imperatoriæ & militaris virtutis opera manu & consilio in ipso discrimine ad palmam obtinendam expertus est. Cæterum qua re fuerat priore conflictu superior, ea hic infestavit eum. Siquidem hostium cornu, quod ibi succubuit, illico fuit oppressum, ex Cassii vero militibus pulsis pauci ceciderant. Qui vero incolumes erant, ex priore clade trepidi consternaverunt pavore ac terrore maximam exercitus partem. Hic M. Catonis filius inter præstantissimos & fortissimos juvenes dimicans ac labore confectus non cepit fugam neque pedem retulit, sed pugnans, significansque qui esset, atque paterno nomine se appellans, super cumulata hostium cadavera cecidit. Occubuit etiam ex aliis optimus quisque, qui ad eripiendum Brutum objecerunt se hostibus.

Erat Lucilius quidam inter Bruti amicos, vir bonus. Hic equitum catervam barbarorum cernens in consectando cæteros negligentes, in Brutum autem effusis se ferentes habenis, statuit periculo suo illos inhibere: paululumque a tergo relictus, ipse Brutum se esse indicavit. Et fidem faciebat, quia oravit ad Antonium ut ducerent se, quasi Cæsarem timeret, & fideret illi. Hi præda sua ovantes, & mirificam fortunam rati suam, abduxerunt illum diei jam sero, præmissis certis ex suis

νας ἀγγέλους παρὰ τὸν Ἀντώνιον. αὐτός τε οὖν ἡσθεὶς ἀπήντα τοῖς ἄγουσι· καὶ τῶν ἄλλων οἱ πυνθανόμενοι ζῶντα Βροῦτον κομίζεσθαι συνετρόχαζον, οἱ μὲν ἐλεεινὸν ἡγούμενοι τῆς τύχης, οἱ δὲ τῆς δόξης ἀνάξιον, ἄγραν βαρβάρων ὑπὸ φιλοψυχίας γενόμενον. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν, ὁ μὲν Ἀντώνιος ὑπέστη, διαπορῶν ὅπως χρὴ δέξασθαι τὸν Βροῦτον· ὁ δὲ Λουκίλλιος προσαχθεὶς, μάλα τεθαῤῥηκὼς, Μάρκον μὲν, εἶπεν, Ἀντώνιε, Βροῦτον οὐδεὶς ᾕρηκεν, οὐδ' ἂν ἕλοι πολέμιος· μὴ τοσοῦτον ἡ τύχη κρατήσειε τῆς ἀρετῆς. ἀλλ' ἐκεῖνος εὑρεθήσεται ζῶν, ἤπου καὶ νεκρὸς, ἀξίως κείμενος ἑαυτοῦ. ἐγὼ δὲ τοὺς σοὺς στρατιώτας παρακρουσάμενος ἥκω, παθεῖν οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ τῶν ἀνηκέστων παραιτούμενος. ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Λουκιλλίου, καὶ πάντων ἐκπλαγέντων, Ἀντώνιος πρὸς τοὺς κομίσαντας αὐτὸν ἀποβλέψας, Ἦπου χαλεπῶς, εἶπεν, ὦ συστρατιῶται, φέρετε τῇ ἁμαρτίᾳ περιυβρίσθαι δοκοῦντες· ἀλλ' εὖ ἴστε κρείττονα τῆς ζητουμένης ἄγρας εὑρηκότες. πολέμιον γὰρ ζητοῦντες, ἥκετε φίλον ἡμῖν κομίζοντες. ὡς ἐγὼ Βρούτῳ μὲν οὐκ οἶδα μὰ τοὺς Θεοὺς ὅ,τι ἂν ἐχρησάμην ζῶντι. τοιούτων δ' ἀνδρῶν φίλων τυγχάνοιμι μᾶλλον ἢ πολεμίων. ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τὸν Λουκίλλιον ἀσπασάμενος, τότε μὲν ἑνὶ τῶν φίλων συνέστησεν, ὕστερον δὲ χρώμενος εἰς πάντα πιστῷ καὶ βεβαίῳ διετέλεσεν.

Βροῦτος δὲ διαβάς τι ῥεῖθρον ὑλῶδες καὶ παράκρημνον ἤδη σκότους ὄντος, οὐ πολὺ προῆλθεν, ἀλλ' ἐν τόπῳ κοίλῳ καὶ πέτραν ἔχοντι μεγάλην προκειμένην καθίσας, ὀλίγων περὶ αὐτὸν ἡγεμόνων καὶ φίλων ὄντων, πρῶτα μὲν ἀπο-

suis ad Antonium nuntiis. Lætus ille processit ducentibus obviam: aliique, qui vivum attrahi audierunt Brutum, accurrerunt, partim ejus miserantes fortunam, partim illa gloria ducentes indignum, qui vitæ cupiditate præda factus foret barbarorum. Quum appropinquarent, substitit Antonius, suspensus quemadmodum Brutum exciperet. At Lucilius ad eum adductus, fidenti animo, M. Brutum, inquit, Antoni, nemo cepit neque ceperit hostis. Dii meliora, quam ut tantopere virtutem opprimat fortuna. Verum ille reperietur vivus, vel certe, ut illo dignum est, mortuus. Ego vero militibus tuis imposui, atque adsum nihil hujus rei causa sufferre acerbi recusans. Sic fato Lucilio, omnibusque obstupefactis, Antonius in illos qui adduxerant eum, intuitus, Nempe inique, inquit, fertis, commilitones, quod errore isto arbitremini vobis illusum? Verum sic habetote, chariorem vos, quam quærebatis, reperisse prædam. Quippe dum hostem quæritis, adduxistis nobis amicum. Nam ego Bruto incertus sum hercle quid facerem vivente. Tales vero amicos malim adipisci quam hostes. Ita loquutus, & Lucilium complexus, commendavit eum tunc uni amicorum, eoque deinceps fido & firmo ad omnia perpetuo usus est.

At Brutus rivum obsitum virgultis & rupibus transiit, neque multo longius, quod jam nox esset, processit, sed loco quodam cavo, cui grande prætentum saxum erat, consedit, paucis cinctus ducibus amicisque: ac primum suspi-

ἀποβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀστέρων ὄντα μεστὸν, ἀνεφθέγξατο δύο στίχους, ὧν τὸν ἕτερον Βολούμνιος ἀνέγραψεν,

Ζεῦ μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν·

τοῦ δ' ἑτέρου φησὶν ἐπιλαθέσθαι. μετὰ δὲ μικρὸν τῶν ἐν τῇ μάχῃ πρὸ αὐτοῦ πεσόντων ἑταίρων ἕκαστον ὀνομάζων, μάλιστα τῇ Φλαβίου μνήμῃ καὶ τῇ Λαβεῶνος ἐπεστέναξεν. ἦν δ' αὐτοῦ πρεσβευτὴς ὁ Λαβεὼν, ὁ δὲ Φλάβιος, ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν. ἐν τούτῳ δέ τις, αὐτός τε διψήσας, καὶ τὸν Βροῦτον ὁρῶν ὁμοίως ἔχοντα, λαβὼν κράνος ἐπὶ τὸν ποταμὸν κατέδραμεν. ψόφου δὲ κατὰ θάτερα προσπεσόντος, Βολούμνιος προῆλθεν κατοψόμενος, καὶ σὺν αὐτῷ Δάρδανος ὁ ὑπασπιστής. ἐπανελθόντες δὲ μετὰ μικρὸν, ἠρώτησαν περὶ τοῦ πόματος. ἠθικῶς δὲ σφόδρα μειδιάσας ὁ Βροῦτος πρὸς τὸν Βολούμνιον, ἐκπέποται, εἶπεν, ἀλλ' ἕτερον ὑμῖν κομισθήσεται. πεμφθεὶς δ' ὁ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἁλῶναι, καὶ μόλις ἐσώθη τετρωμένος. εἰκάζοντι δ' αὐτῷ μὴ πολλοὺς ἐν τῇ μάχῃ τεθνάναι, Στατύλλιος ὑπέστη διὰ τῶν πολεμίων ἐκπεσάμενος (ἄλλως γὰρ οὐκ ἦν κατόψεσθαι τὸ στρατόπεδον) καὶ πυρσὸν ἄρας, ἄνπερ εὕρῃ τἀκεῖ σωζόμενα, πάλιν ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτόν. ὁ μὲν οὖν πυρσὸς ἤρθη, τοῦ Στατυλλίου παρελθόντος εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡς δ' οὐκ ἐπανήει χρόνῳ πολλῷ, Βροῦτος εἶπεν, ἂν ζῇ Στατύλλιος ἀφίξεται. συνέβη δ' αὐτὸν ἐπανερχόμενον ἐμπεσεῖν εἰς τοὺς πολεμίους καὶ διαφθαρῆναι.

Προϊούσης δὲ τῆς νυκτὸς ἀποκλίνας ὡς ἔτυχεν καθεζόμενος, πρὸς οἰκέτην ἑαυ-

suspiciens in fulgens stellis cœlum, duos versus protulit, quorum alterum prodidit literis Volumnius:

Ne hujus mali te fallat autor, Jupiter.

alterum sibi ait memoria effluxisse. Mox singulos amicos qui ante oculos suos ceciderant in acie nominans, præcipue Flavii mentioni & Labeonis ingemuit. Fuit ejus Labeo legatus, Flavius præfectus fabrorum. Interea quidam, qui & ipse sitiit, & Brutum item vidit similiter affectum, rapta galea decurrit ad amnem. Quum strepitus ex altera ripa accidisset, processit Volumnius speculatum, & cum eo armiger Dardanus. Cito regressi requisiverunt de potu. Ibi sane quam placide arridens Brutus Volumnio, Epotus est, inquit, sed afferetur vobis alter. Idem missus pene captus ab hostibus fuit, & ægre vulneratus evasit. Conjectanti Bruto non multos in conflictu cecidisse, recepit Statilius per medios se transiturum hostes, (neque enim poterat aliter) & speculaturum castra, elataque face, si illa salva offendisset, ad ipsum regressurum. Fuit fax sublata. Nam pervenit in castra Statilius. Qui quum longo spatio non redisset, Brutus, Si Statilius, inquit, vivit, revertetur. Verum ille in reditu incidit forte in hostes, a quibus est interfectus.

Multa jam nocte inclinans se Brutus, ut sedebat, versus servum suum Clitum, alloquutus

ἑαυτοῦ Κλεῖτον ἐλάλει. σιωπῶντος δὲ τοῦ Κλείτου καὶ δακρύοντος, αὖθις ἐπισπασάμενος τὸν ὑπασπιστὴν Δάρδανον, ἰδίᾳ τινὰς αὐτῷ προσέφερε λόγους. τέλος δὲ, τὸν Βολούμνιον αὐτὸν Ἑλληνιστὶ τῶν λόγων καὶ τῆς ἀσκήσεως ὑπεμίμνησκε καὶ παρεκάλει τῇ χειρὶ συνεφάψασθαι τοῦ ξίφους αὐτῷ, καὶ συνεπερεῖσαι τὴν πληγήν. τοῦ δὲ Βολουμνίου διωσαμένου, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐχόντων, εἰπόντος δέ τινος ὡς δεῖ μὴ μένειν, ἀλλὰ φεύγειν, ἐξαναστὰς, πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, φευκτέον· ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ποδῶν, ἀλλὰ διὰ τῶν χειρῶν. ἐμβαλὼν δὲ τὴν δεξιὰν ἑκάστῳ μάλα φαιδρὸς, ἥδεσθαι μὲν ἔφη μεγάλην ἡδονὴν ὅτι τῶν φίλων αὐτὸν οὐδεὶς ἐψεύσατο, τῇ τύχῃ δ' ἐγκαλεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος· ἑαυτὸν δὲ τῶν νενικηκότων μακαριώτερον νομίζειν, οὐκ ἐχθὲς οὐδὲ πρώην μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν ἀπολείποντα δόξαν ἀρετῆς, ἣν οὔθ' ὅπλοις οὔτε χρήμασιν ἀπολείψουσιν οἱ κεκρατηκότες· ὡς μὴ δοκεῖν ὅτι δικαίους ἄνδρας ἄδικοι, καὶ κακοὶ χρηστοὺς ἀπολέσαντες, οὐ προσηκόντως ἄρχουσιν. δεηθεὶς δὲ καὶ παρακαλέσας σώζειν ἑαυτοὺς, ἀνεχώρησεν ἀπωτέρω μετὰ δύο ἢ τριῶν, ὧν ἦν καὶ Στράτων ὁ ἀπὸ λόγων ῥητορικῶν γεγονὼς αὐτῷ συνήθης. καὶ τοῦτον ἔγγιστα παραστησάμενος ἑαυτῷ, καὶ τὸ ξίφος γυμνὸν ἐπὶ τῆς λαβῆς ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐρείσας καὶ περιπεσὼν ἐτελεύτησεν. οἱ δέ φασιν οὐκ αὐτὸν ἀλλὰ τὸν Στράτωνα, πολλὰ πάνυ τοῦ Βρούτου δεηθέντος, ἀποστρέψαντα τὴν ὄψιν, ὑποστῆσαι τὸ ξίφος· ἐκεῖνον δὲ ῥύμῃ προσβαλόντα τὸ στέρνον καὶ διώσαντα, συντόμως ἀποθανεῖν.

Τοῦτον

quutus est eum. Silente Clito & lacrymante, vertit se rursus ad armigerum Dardanum, quicum habuit seorsum quosdam sermones. Tandem Volumnium ipsum lingua Græca literarum & studiorum communium commonefecit, oravitque ut manum gladio una secum admoveret, & ictus impulsum adjuvaret. Recusante id Volumnio, aliisque idem facientibus, quum diceret quispiam non remanendum illic, sed fugiendum esse: exsurgens, Sane, vero, inquit, fugiendum est, non pedibus tamen, sed manibus. Tum data cuique dextra vultuque perquam sereno, magnæ sibi voluptati ait esse quod nemo ipsum fefellisset amicorum; verum fortunam se patriæ nomine incusare: victoribus vero ducere se beatiorem, non præteritorum tantum causa, sed in præsentia quoque; qui laudem relinqueret virtutis, quam neque armis victores neque pecunia paraturi vel relicturi essent posteris, quin viderentur justis oppressis & probis injusti & improbi dominatum nihil ad ipsos pertinentem quæsisse. Postquam denique oravit & obsecravit eos ut semet ipsi servarent, recessit longius cum duobus aut tribus: ex quibus fuit Strato, qui cum eo ex studio rhetorico contraxerat familiaritatem. Hunc proxime se constituit, atque in gladium strictum, quem capulo ambabus manibus direxit, incumbens interemit se. Alii non ipsum autumant, sed Stratonem, enixe precante Bruto, aversis oculis subjecisse gladium, atque illum cum impetu impressisse pectus: quo trajecto fuisse eum e vestigio exanimatum.

Hunc

Τοῦτον δὲ τὸν Στράτωνα Μεσσάλας ἑταῖρος ὢν Βρούτῳ, Καίσαρι διαλλαγεὶς, ἐπὶ σχολῆς πότε προσήγαγε, καὶ δακρύσας εἶπεν, Οὗτός ἐστιν, ὦ Καῖσαρ, ὁ ἀνὴρ ὁ τῷ ἐμῷ Βρούτῳ τὴν τελευταίαν ὑπουργήσας χάριν. ἀποδεξάμενος οὖν ὁ Καῖσαρ, ἔσχεν αὐτὸν ἔν τε τοῖς πόνοις καὶ ἐν τοῖς περὶ Ἄκτιον ἀγῶσιν ἕνα τῶν περὶ αὐτὸν ἀγαθῶν γενομένων Ἑλλήνων. αὐτὸν δὲ τὸν Μεσσάλαν λέγουσιν ὕστερον ἐπαινούμενον ὑπὸ Καίσαρος, ὅτι καίπερ ἐν Φιλίπποις πολεμιώτατος αὐτοῖς γενόμενος διὰ Βροῦτον, ἐν Ἀκτίῳ προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχεν, ἐγώ σοι, φάναι, ὦ Καῖσαρ, ἀεὶ τῆς βελτίονος καὶ δικαιοτέρας τιμῆς καὶ μερίδος ἐγενόμην. τὸν δὲ Βροῦτον ὁ Ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα, τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν· ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος, ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον. τὰ δὲ λείψανα πρὸς τὴν μητέρα τοῦ Βρούτου Σερβιλίαν ἀπέπεμψεν. Πορκίαν δὲ τὴν Βρούτου γυναῖκα Νικόλαος ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ, καὶ Οὐαλέριος Μάξιμος, βουλομένην ἀποθανεῖν, ὡς οὐδεὶς ἐπέτρεπε τῶν φίλων, ἀλλὰ προσέκειντο καὶ παρεφύλαττον, ἐκ τοῦ πυρὸς ἀναρπάσασαν ἄνθρακας καταπιεῖν, καὶ τὸ στόμα συγκλείσασαν καὶ μύσασαν, οὕτω διαφθαρῆναι. καίτοι φέρεταί τις ἐπιστολὴ Βρούτου πρὸς τοὺς φίλους, ἐγκαλοῦντος καὶ ὀλοφυρομένου περὶ τῆς Πορκίας, ὡς ἀμεληθείσης ὑπ' αὐτῶν, καὶ προελομένης διὰ νόσον καταλιπεῖν τὸν βίον. ἔοικεν οὖν ὁ Νικόλαος ἠγνοηκέναι τὸν χρόνον, ἐπεί τό γε πάθος καὶ τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς, καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ὑπονοῆσαι δίδωσι καὶ τὸ ἐπιστόλιον, εἴπερ ἄρα τῶν γνησίων ἐστίν.

Hunc Stratonem Messala, Bruti amicus, Cæsari reconciliatus, commendavit ei aliquando per otium, lacrymansque ait, Hic ille est, Cæsar, qui Bruto meo extremum præstitit officium. Eum Cæsar benevolentia complexus habuit in laboribus & certaminibus Actiacis unum ex fortibus Græcis qui eum sequebantur. Ipsum autem memorant postea Messalam, quum celebraretur a Cæsare, quod quamvis fuisset ad Philippos infestissimus ipsis Bruti causa hostis, egregiam operam tamen sibi præbuisset ad Actium, dixisse, Me vero, Cæsar, semper sectæ partiumque invenies meliorum & justiorum socium. At Brutum Antonius exanimem quum invenisset, corpori præcepit paludamentum ex suis pretiosissimum injici. Post quum id interceptum comperisset, interfici jussit furem; reliquias ad matrem Bruti Serviliam remisit. Porciam Bruti uxorem Nicolaus philosophus scribit & Valerius Maximus, quæ mori destinaverat, quum amicorum nemo id permitteret, sed adhærerent ei assidui asservarentque, ex foco arreptos carbones hausisse, oreque occluso & compresso fuisse absumptam. Licet circumferatur epistola quædam ad amicos Bruti expostulantis & lamentantis Porciam ut ab illis neglectam, quæ deponere ob valetudinem voluisset vitam. Videtur igitur temporis Nicolaum rudem fuisse. Nam morbum certe amoremque hujus fœminæ & mortis modum epistolium quoque hoc, modo ex germanis sit, suggerit.

ΠΟΛ-



ΠΟΛΛΩΝ τοίνυν τοῖς ἀνδράσιν ὑπαρξάντων καλῶν, ἐν τοῖς πρώτοις δὲ, τὸ μεγίστους ἐλαχίσταις ἀφορμαῖς γενέσθαι, τοῦτο τῷ Δίωνι κάλλιστόν ἐστιν. οὐ γὰρ εἶχε τὸν ἀμφισβητοῦντα, καθάπερ ὁ Βροῦτος Κάσσιον, ἄνδρα πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ δόξαν οὐχ ὁμοίως ἀξιόπιστον, εἰς δὲ τὸν πόλεμον οὐκ ἐλάττονας τόλμῃ καὶ δεινότητι καὶ πράξει συμβολὰς παρεχόμενον· ὥγε καὶ τοῦ παντὸς ἔργου προσποιοῦσιν ἔνιοι τὴν ἀρχὴν, ἡγεμόνα τῆς ἐπὶ Καίσαρα γνώμης τοῦτον ἀτρεμοῦντα Βρούτῳ γενέσθαι λέγοντες. Δίων δ' ὥσπερ ὅπλα, καὶ πλοῖα, καὶ στρατιωτικὴν δύναμιν, οὕτω καὶ φίλους καὶ συνεργοὺς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν αὐτὸς ἑαυτοῦ φαίνεται κτησάμενος. οὐ μὴν οὐδ' ὡς Βροῦτος ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τοῦ πολέμου πλοῦτον ἔσχεν καὶ δύναμιν, οὕτω καὶ Δίων, ἀλλὰ τῷ πολέμῳ προεισήνεγκεν αὐτὸς τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον, ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτῶν ἐλευθερίας τοῖς τῆς φυγῆς ἐφοδίοις προκαταχρησάμενος. ἔτι δὲ, Βροῦτος μὲν καὶ Κάσσιος, οὐκ ὂν ἀσφαλὲς ἡσυχίαν ἄγειν ἐκπεσοῦσι τῆς Ῥώμης, ἀλλ' ὠφληκόσι δίκην θανάτου καὶ διωκομένοις, ἀναγκαίως εἰς τὸν πόλεμον κατέφυγον·

QUANDO igitur multa hisce viris suppetierunt præclara, præsertim quod ex tenuissimis subsidiis maximi evaserint, hæc Dioni pulcherrima laus est. Neque enim laudis socium habuit, quomodo Cassium Brutus; virum ad virtutem & gloriam non perinde excellentem, sed qui ad bellum non minus fortitudine, scientia rei militaris, & industria attulit momenti: cui sane etiam totius facti ascribunt quidam ingressum: ducem hunc consilii in Cæsarem Bruto intrepidum asserentes fuisse. At Dion, sicut arma, classem, copias militares ad rem gerendam, ita amicos quoque & socios sibi ipse comparavit. Nec vero jam, ut Brutus, ex rebus ipsis gerendis & bello opes sibi & vires quæsivit, ita Dion: verum prærogavit in bellum ipse facultates suas, ac pro civium suorum libertate exilii viaticum profudit prior. Adhæc Brutus & Cassius, quum non liceret urbe profugis securam agere quietem, verum rei capitalis damnati & quum persequerentur eos alii, confugerunt necessario ad bellum,

φυγὸν καὶ τὰ σώματα τοῖς ὅπλοις παρακαταθέμενοι διεκινδύνευσαν ὑπὲρ αὐτῶν τὸ πλέον ἢ τῶν πολιτῶν· Δίων δ' ἀδεέστερον τῇ φυγῇ τοῦ φυγαδεύσαντος τυράννου καὶ ἥδιον διάγων, ἀνέρριψεν ἑκὼν κίνδυνον τοσοῦτον ἐπὶ τῷ σῶσαι Σικελίαν.

Καὶ μὴν οὐχ ὅμοιον, Διονυσίου Συρακουσίοις, ἢ Καίσαρος ἀπαλλαγῆναι Ῥωμαίοις. ὁ μὲν γὰρ οὐδ' ἠρνεῖτο τύραννος εἶναι, κακῶν τε μυρίων ἐμπεπλήκει Σικελίαν· ἡ δὲ Καίσαρος ἀρχὴ, συνισταμένη μὲν οὐκ ὀλίγα τοῖς ἐναντιουμένοις πράγματα παρέσχεν. δεξαμένοις δὲ καὶ κρατηθεῖσιν ὄνομα καὶ δόκησις ἐφάνη μόνον, ἔργον δ' ἀπ' αὐτῆς οὐδὲν ὠμὸν οὐδὲ τυραννικὸν ὑπῆρξεν. ἀλλὰ καὶ δεομένοις ἔδειξε τοῖς πράγμασι μοναρχίας, πρᾳότατος ὥσπερ ἰατρὸς, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δαίμονος δεδόσθαι. διὸ Καίσαρα μὲν εὐθὺς ἐπόθησεν ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὥστε χαλεπὸς γενέσθαι καὶ ἀπαραίτητος τοῖς ἀπεκτονόσι· Δίωνα δ' ἡ Διονυσίου πάρεσις ἐκ Συρακουσῶν, καὶ τὸ μὴ κατασκάψαι τοῦ προτέρου τυράννου τὸν τάφον, ἐπαίτιον μάλιστα πρὸς τοὺς πολίτας ἐποίησεν.

Ἐν αὐταῖς τοίνυν ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν, ὁ μὲν Δίων ἄμεμπτος γέγονε στρατηγὸς, ὧν μὲν αὐτὸς ἐβούλετο τοῖς πράγμασιν ἄριστα χρώμενος, ἃ δ' ἐπταίσθη δι' ἑτέρους, ἀναλαβὼν καὶ μεταστήσας ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὁ δὲ Βροῦτος τὸν ἔσχατον ἀγῶνα ὑπὲρ τῶν ὅλων οὔθ' ὑποστῆναι δοκεῖ φρονίμως, οὔτε σφαλεὶς ἐπανόρθωσιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἀπεῖπε καὶ προεῖτο τὰς ἐλπίδας, οὐδ' ὅσον Πομπήιος ἐπιτολμήσας τῇ τύχῃ· καὶ ταῦτα, πολλῆς μὲν αὐ-

lum, armorumque præsidio suam committentes salutem, discrimen pro semetipsis potius quam pro civibus adiere: Dion vero securius in exilio, quam qui eum exterminaverat tyrannus, & lætius agens, quo Siciliam conservaret, tantam ultro periculi jecit aleam.

Jam non perinde fuit Romanos a Cæsare atque ab Dionysio Syracusanos liberari. Hic enim tyrannum se non ibat inficias esse, & malis Siciliam obruebat infinitis. At Cæsaris dominatus, dum constitueretur, non parum præbuit adversariis negotii. Ubi eum victi receperunt, nomen tantum & opinionem apparuit esse, factum vero ab illo sævum vel tyrannicum extitit nullum: immo rebus ipsis poscentibus unum principem, lenissimum quasi medicum ab ipso se Deo ostendit datum. Quare Cæsarem illico populus Romanus desideravit, fuitque infensus & implacabilis percussoribus ejus. Dioni Dionysii ex urbe Syracusana dimissio, & quod tyranni conditorium prioris non fuisset demolitus, crimini est apud cives datum.

Jam in ipso gerendo bello dux Dion inculpatus fuit, qui rebus quas ipse instituerat, optime est usus; ubi titubatum per alios fuit, eas erexit & correxit: Brutus extremum de summa rerum neque subiisse videtur certamen prudenter, neque lapsus emendationem quæsisse, sed despondit animum & spem abjecit, nec quantum Pompeius ausus iterum tentare fortunam; idque quum spes magna ei ibidem

dem

Βολούμνιος, ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ συνεστρατευμένος ἀπ' ἀρχῆς Βρούτῳ, τοῦτο μὲν οὐ λέγει τὸ σημεῖον, μελισσῶν δέ φησι τὸν πρῶτον ἀετὸν ἀνάπλεων γενέσθαι· καὶ τῶν ταξιάρχων τινὸς ἀπ' αὐτομάτου τὸν βραχίονα μύρον ῥόδινον ἐξανθεῖν, καὶ πολλάκις ἐξαλείφοντας καὶ ἀπομάττοντας μηδὲν περαίνειν. καὶ πρὸ τῆς μάχης αὐτῆς, ἀετοὺς δύο συμπεσόντας ἀλλήλοις ἐν μεταιχμίῳ τῶν στρατοπέδων μάχεσθαι· καὶ σιγὴν ἄπιστον ἔχειν τὸ πεδίον, θεωμένων ἁπάντων, εἶξαι δὲ καὶ φυγεῖν τὸν κατὰ Βροῦτον. ὁ δ' Αἰθίοψ περιβόητος γέγονεν, ὁ τῆς πύλης ἀνοιχθείσης ἀπαντήσας τῷ φέροντι τὸν ἀετὸν, καὶ κατακοπεὶς ταῖς μαχαίραις ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν οἰωνισαμένων.

Προσαγαγὼν δὲ τὴν φάλαγγα, καὶ καταστήσας ἐναντίαν τοῖς πολεμίοις, ἐπεῖχε πολὺν χρόνον. ὑποψίαι γὰρ αὐτῷ καὶ μηνύσεις κατά τινων προσέπιπτον ἐπισκοποῦντι τὸ στράτευμα· καὶ τοὺς ἱππέας ἑώρα μάχης ἄρχειν οὐ πάνυ προθύμους ὄντας, ἀλλ' ἀεὶ προσμένοντας τὸ τῶν πεζῶν ἔργον. εἶτ' ἐξαίφνης ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ τετιμημένος ἐπ' ἀνδρείᾳ διαπρεπῶς, παρὰ τὸν Βροῦτον αὐτὸν ἐξιππασάμενος, μεταβάλλεται πρὸς τοὺς πολεμίους· Καμουλάτος δ' ἐκαλεῖτο. τοῦτον ἰδὼν ὁ Βροῦτος ἤλγησεν ἰσχυρῶς· καὶ τὰ μὲν ἀπ' ὀργῆς, τὰ δὲ φόβῳ μείζονος μεταβολῆς καὶ προδοσίας, εὐθὺς ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἦγεν, εἰς ὥραν ἐνάτην τοῦ ἡλίου καταφερομένου. καὶ τῷ μὲν καθ' αὐτὸν ἐκράτησε μέρει, καὶ προῆλθεν ὑποχωροῦντι τῷ ἀριστερῷ τῶν πολεμίων ἐγκείμενος· καὶ συνεπέρρωσαν οἱ ἱππεῖς, ἅμα τοῖς πεζοῖς ἐμβαλόντες τεταραγμένοις.

Volumnius autem vir ſapientiæ ſtudiis deditus, & Bruti arma ab initio ſequutus, nihil meminit hujus oſtenti: ſed obtectam apibus primam aquilam fuiſſe, & cuidam ordinum ductori brachium unguentum roſaceum exſudaſſe, neque quum crebro detergerent id & eximerent, quicquam profectum. Sub conflictum duas aquilas medio inter utramque aciem ſpatio concurrentes dimicaſſe, atque incredibile ſilentium campum occupaviſſe, omnibus eas ſpectantibus, pulſam fuiſſe & fugiſſe eam quæ a parte fuerat Bruti. Celebratum vero fuit de Æthiope, qui porta patefacta aquilifero occurrens, gladiis a militibus eſt in omen id vertentibus conciſus.

Poſtquam eduxit milites, atque infeſtam hoſtibus explicavit aciem, diu ſubſtitit. Nam contemplanti exercitum ſuſpiciones & delationes adverſus nonnullos oblatæ ſunt, & equitatum vidit haud alacrem ad committendam pugnam eſſe, ſed ſemper operientem quid efficerent pedites. Inde repente vir ſtrenuus, qui virtutis cauſa magno in honore habebatur, præter Brutum ipſum evectus, Camulatus nomine, tranſiit ad hoſtes. Id Brutum intuentem ingens perculit dolor, ac partim ira, partim majoris metu defectionis & proditionis, protinus duxit in hoſtem præcipiti in nonam horam die. Qua ipſe agebat parte ſuperior fuit, gradumque intulit ſiniſtrum hoſtium cornu urgens, confirmaveruntque ſucceſſum equites, qui una cum peditibus impreſſionem dederunt in perculſos.

ρωμένοις. τὸ δ' ἕτερον κέρας, ὡς μὴ κυκλωθείη, τῶν ἡγεμόνων ἀντιπαρεξαγόντων, πλήθει δὲ λειπομένων, διεσπᾶτο τὸ μέσον· καὶ γιγνόμενον ἀσθενὲς, οὐκ ἀντεῖχε τοῖς ἐναντίοις, ἀλλ' ἔφυγε πρῶτον. οἱ δὲ τοῦτο διακόψαντες εὐθὺς ἐκυκλοῦντο τὸν Βροῦτον, αὐτὸν μὲν ὅσα στρατηγικῆς καὶ στρατιωτικῆς ἀρετῆς ἔργα καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ περὶ τὰ δεινὰ πρὸς τὸ νικᾶν ἀποδεικνύμενον· ᾧ δὲ πλέον ἔσχε τῇ προτέρᾳ μάχῃ, τούτῳ βλαπτόμενον. τῶν μὲν γὰρ πολεμίων τὸ νικηθὲν εὐθὺς ἀπολώλει τότε· τῶν δὲ Κασσίου τραπέντων ὀλίγοι διεφθάρησαν, οἱ δὲ σωζόμενοι, τῷ προηττῆσθαι περιδεεῖς ὄντες, ἀνέπλησαν ἀθυμίας καὶ ταραχῆς τὸ πλεῖστον τοῦ στρατεύματος. ἐνταῦθα καὶ Μάρκος ὁ Κάτωνος υἱὸς ἐν τοῖς ἀρίστοις καὶ γενναιοτάτοις τῶν νέων μαχόμενος, καὶ καταπονούμενος, οὐκ ἔφυγεν οὐδ' εἶξεν, ἀλλὰ χρώμενός τε τῇ χειρὶ, καὶ φράζων ὅστις εἴη, καὶ πατρόθεν ὀνομάζων, ἔπεσεν ἐπὶ πολλοῖς νεκροῖς τῶν πολεμίων. ἔπιπτον δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ κράτιστοι, τοῦ Βρούτου προκινδυνεύοντες.

Ἦν δέ τις Λουκίλλιος, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τοῖς ἑταίροις. οὗτος ὁρῶν βαρβάρους τινὰς ἱππέας ἐν τῇ διώξει τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα ποιουμένους λόγον, ἐλαύνοντας δὲ ῥύδην ἐπὶ τὸν Βροῦτον, ἔγνω παρακινδυνεύσας ἐμποδὼν αὐτοῖς γενέσθαι. καὶ μικρὸν ὑπολειφθεὶς, αὐτὸς ἔφη Βροῦτος εἶναι· καὶ πιθανὸς ἦν, πρὸς Ἀντώνιον δεόμενος ἄγειν ἑαυτὸν, ὡς Καίσαρα δεδοικὼς, ἐκείνῳ δὲ θαρρῶν. οἱ δ' ἀσπασάμενοι τὸ εὕρημα, καὶ τύχῃ τινὶ θαυμαστῇ κεχρῆσθαι νομίζοντες, ἦγον τὸν ἄνδρα, σκότους ἤδη προπέμψαντες ἐξ αὐτῶν τι-

νὰς

culsos. Alterum cornu, quum ne circundaretur, legati in longum extenderunt, quod numero non æquarent adversarios, medium divulsum est, atque adeo infirmum redditum non sustinuit hostes, sed effudit se primum in fugam. Qui hoc fuderant, mox circumvenerunt Brutum. Hic omnia imperatoriæ & militaris virtutis opera manu & consilio in ipso discrimine ad palmam obtinendam expertus est. Cæterum qua re fuerat priore conflictu superior, ea hic infestavit eum. Siquidem hostium cornu, quod ibi succubuit, illico fuit oppressum, ex Cassii vero militibus pulsis pauci ceciderant. Qui vero incolumes erant, ex priore clade trepidi consternaverunt pavore ac terrore maximam exercitus partem. Hic M. Catonis filius inter præstantissimos & fortissimos juvenes dimicans ac labore confectus non cepit fugam neque pedem retulit, sed pugnans, significansque qui esset, atque paterno nomine se appellans, super cumulata hostium cadavera cecidit. Occubuit etiam ex aliis optimus quisque, qui ad eripiendum Brutum objecerunt se hostibus.

Erat Lucilius quidam inter Bruti amicos, vir bonus. Hic equitum catervam barbarorum cernens in consectando cæteros negligentes, in Brutum autem effusis se ferentes habenis, statuit periculo suo illos inhibere: paululumque a tergo relictus, ipse Brutum se esse indicavit. Et fidem faciebat, quia oravit ad Antonium ut ducerent se, quasi Cæsarem timeret, & fideret illi. Hi præda sua ovantes, & mirificam fortunam rati suam, abduxerunt illum diei jam sero, præmissis certis ex

suis

νας ἀγγέλους παρὰ τὸν Ἀντώνιον. αὐτός τε οὖν ἡσθεὶς ἀπήντα τοῖς ἄγουσι· καὶ τῶν ἄλλων οἱ πυνθανόμενοι ζῶντα Βροῦτον κομίζεσθαι συνετρόχαζον, οἱ μὲν ἐλεεινὸν ἡγούμενοι τῆς τύχης, οἱ δὲ τῆς δόξης ἀνάξιον, ἄγραν βαρβάρων ὑπὸ φιλοψυχίας γενόμενον. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν, ὁ μὲν Ἀντώνιος ὑπέστη, διαπορῶν ὅπως χρὴ δέξασθαι τὸν Βροῦτον· ὁ δὲ Λουκίλλιος προσαχθεὶς, μάλα τεθαῤῥηκὼς, Μάρκον μὲν, εἶπεν, Ἀντώνιε, Βροῦτον οὐδεὶς ᾕρηκεν, οὐδ' ἂν ἕλοι πολέμιος· μὴ τοσοῦτον ἡ τύχη κρατήσειε τῆς ἀρετῆς. ἀλλ' ἐκεῖνος εὑρεθήσεται ζῶν, ἤπου καὶ νεκρὸς, ἀξίως κείμενος ἑαυτοῦ. ἐγὼ δὲ τοὺς σοὺς στρατιώτας παρακρουσάμενος ἥκω, παθεῖν οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ τῶν ἀνηκέστων παραιτούμενος. ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Λουκιλλίου, καὶ πάντων ἐκπλαγέντων, Ἀντώνιος πρὸς τοὺς κομίσαντας αὐτὸν ἀποβλέψας, Ἦπου χαλεπῶς, εἶπεν, ὦ συστρατιῶται, φέρετε τῇ ἁμαρτίᾳ περιυβρίσθαι δοκοῦντες· ἀλλ' εὖ ἴστε κρείττονα τῆς ζητουμένης ἄγρας εὑρηκότες. πολέμιον γὰρ ζητοῦντες, ἥκετε φίλον ἡμῖν κομίζοντες. ὡς ἐγὼ Βρούτῳ μὲν οὐκ οἶδα μὰ τοὺς Θεοὺς ὅ,τι ἂν ἐχρησάμην ζῶντι. τοιούτων δ' ἀνδρῶν φίλων τυγχάνοιμι μᾶλλον ἢ πολεμίων. ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τὸν Λουκίλλιον ἀσπασάμενος, τότε μὲν ἑνὶ τῶν φίλων συνέστησεν, ὕστερον δὲ χρώμενος εἰς πάντα πιστῷ καὶ βεβαίῳ διετέλεσεν.

Βροῦτος δὲ διαβάς τι ῥεῖθρον ὑλῶδες καὶ παράκρημνον ἤδη σκότους ὄντος, οὐ πολὺ προῆλθεν, ἀλλ' ἐν τόπῳ κοίλῳ καὶ πέτραν ἔχοντι μεγάλην προκειμένην καθίσας, ὀλίγων περὶ αὐτὸν ἡγεμόνων καὶ φίλων ὄντων, πρῶτα μὲν ἀπο-

ſuis ad Antonium nuntiis. Lætus ille proceſſit ducentibus obviam: aliique, qui vivum attrahi audierunt Brutum, accurrerunt, partim ejus miſerantes fortunam, partim illa gloria ducentes indignum, qui vitæ cupiditate præda factus foret barbarorum. Quum appropinquarent, ſubſtitit Antonius, ſuſpenſus quemadmodum Brutum exciperet. At Lucilius ad eum adductus, fidenti animo, M. Brutum, inquit, Antoni, nemo cepit neque ceperit hoſtis. Dii meliora, quam ut tantopere virtutem opprimat fortuna. Verum ille reperietur vivus, vel certe, ut illo dignum eſt, mortuus. Ego vero militibus tuis impoſui, atque adſum nihil hujus rei cauſa ſufferre acerbi recuſans. Sic fato Lucilio, omnibuſque obſtupefactis, Antonius in illos qui adduxerant eum, intuitus, Nempe inique, inquit, fertis, commilitones, quod errore iſto arbitremini vobis illuſum? Verum ſic habetote, chariorem vos, quam quærebatis, reperiſſe prædam. Quippe dum hoſtem quæritis, adduxiſtis nobis amicum. Nam ego Bruto incertus ſum hercle quid facerem vivente. Tales vero amicos malim adipiſci quam hoſtes. Ita loquutus, & Lucilium complexus, commendavit eum tunc uni amicorum, eoque deinceps fido & firmo ad omnia perpetuo uſus eſt.

At Brutus rivum obſitum virgultis & rupibus tranſiit, neque multo longius, quod jam nox eſſet, proceſſit, ſed loco quodam cavo, cui grande prætentum ſaxum erat, conſedit, paucis cinctus ducibus amicisque: ac primum ſuſpi-

ἀποβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀστέρων ὄντα μεστὸν, ἀνεφθέγξατο δύο στίχους, ὧν τὸν ἕτερον Βολούμνιος ἀνέγραψεν,

Ζεῦ μὴ λάθοι σε τῶνδ᾽ ὃς αἴτιος κακῶν·

τοῦ δ᾽ ἑτέρου φησὶν ἐπιλαθέσθαι. μετὰ δὲ μικρὸν τῶν ἐν τῇ μάχῃ πρὸ αὐτοῦ πεσόντων ἑταίρων ἕκαστον ὀνομάζων, μάλιστα τῇ Φλαβίου μνήμῃ καὶ τῇ Λαβεῶνος ἐπεστέναξεν. ἦν δ᾽ αὐτοῦ πρεσβευτὴς ὁ Λαβεὼν, ὁ δὲ Φλάβιος, ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν. ἐν τούτῳ δέ τις, αὐτός τε διψήσας, καὶ τὸν Βροῦτον ὁρῶν ὁμοίως ἔχοντα, λαβὼν κράνος ἐπὶ τὸν ποταμὸν κατέδραμεν. ψόφου δὲ κατὰ θάτερα προσπεσόντος, Βολούμνιος προῆλθεν κατοψόμενος, καὶ σὺν αὐτῷ Δάρδανος ὁ ὑπασπιστής. ἐπανελθόντες δὲ μετὰ μικρὸν, ἠρώτησαν περὶ τοῦ πόματος. ἠθικῶς δὲ σφόδρα μειδιάσας ὁ Βροῦτος πρὸς τὸν Βολούμνιον, ἐκπέποται, εἶπεν, ἀλλ᾽ ἕτερον ὑμῖν κομισθήσεται. πεμφθεὶς δ᾽ ὁ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἁλῶναι, καὶ μόλις ἐσώθη τετρωμένος. εἰκάζοντι δ᾽ αὐτῷ μὴ πολλοὺς ἐν τῇ μάχῃ τεθνάναι, Στατύλλιος ὑπέστη διὰ τῶν πολεμίων ἐκπεσάμενος (ἄλλως γὰρ οὐκ ἦν κατόψεσθαι τὸ στρατόπεδον) καὶ πυρσὸν ἄρας, ἄνπερ εὕρῃ τἀκεῖ σωζόμενα, πάλιν ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτόν. ὁ μὲν οὖν πυρσὸς ἤρθη, τοῦ Στατυλλίου παρελθόντος εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡς δ᾽ οὐκ ἐπανῄει χρόνῳ πολλῷ, Βροῦτος εἶπεν, ἂν ζῇ Στατύλλιος ἀφίξεται. συνέβη δ᾽ αὐτὸν ἐπανερχόμενον ἐμπεσεῖν εἰς τοὺς πολεμίους καὶ διαφθαρῆναι.

Προϊούσης δὲ τῆς νυκτὸς ἀποκλίνας ὡς ἔτυχεν καθεζόμενος, πρὸς οἰκέτην ἑαυ-

suspiciens in fulgens stellis cœlum, duos versus protulit, quorum alterum prodidit literis Volumnius:

Ne hujus mali te fallat autor, Jupiter.

alterum sibi ait memoria effluxisse. Mox singulos amicos qui ante oculos suos ceciderant in acie nominans, præcipue Flavii mentioni & Labeonis ingemuit. Fuit ejus Labeo legatus, Flavius præfectus fabrorum. Interea quidam, qui & ipse sitiit, & Brutum item vidit similiter affectum, rapta galea decurrit ad amnem. Quum strepitus ex altera ripa accidisset, processit Volumnius speculatum, & cum eo armiger Dardanus. Cito regressi requisiverunt de potu. Ibi sane quam placide arridens Brutus Volumnio, Epotus est, inquit, sed afferetur vobis alter. Idem missus pene captus ab hostibus fuit, & ægre vulneratus evasit. Conjectanti Bruto non multos in conflictu cecidisse, recepit Statilius per medios se transiturum hostes, (neque enim poterat aliter) & speculaturum castra, elataque face, si illa salva offendisset, ad ipsum regressurum. Fuit fax sublata. Nam pervenit in castra Statilius. Qui quum longo spatio non redisset, Brutus, Si Statilius, inquit, vivit, revertetur. Verum ille in reditu incidit forte in hostes, a quibus est interfectus.

Multa jam nocte inclinans se Brutus, ut sedebat, versus servum suum Clitum, alloquutus

ἑαυτοῦ Κλεῖτον ἐλάλει. σιωπῶντος δὲ τοῦ Κλείτου καὶ δακρύοντος, αὖθις ἐπισπασάμενος τὸν ὑπασπιστὴν Δάρδανον, ἰδίᾳ τινὰς αὐτῷ προσέφερε λόγους. τέλος δὲ, τὸν Βολούμνιον αὐτὸν Ἑλληνιστὶ τῶν λόγων καὶ τῆς ἀσκήσεως ὑπεμίμνησκε· καὶ παρεκάλει τῇ χειρὶ συνεφάψασθαι τοῦ ξίφους αὐτῷ, καὶ συνεπερεῖσαι τὴν πληγήν. τοῦ δὲ Βολουμνίου διωσαμένου, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐχόντων, εἰπόντος δέ τινος ὡς δεῖ μὴ μένειν, ἀλλὰ φεύγειν, ἐξαναστὰς, πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, φευκτέον· ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ποδῶν, ἀλλὰ διὰ τῶν χειρῶν. ἐμβαλὼν δὲ τὴν δεξιὰν ἑκάστῳ μάλα φαιδρὸς, ἥδεσθαι μὲν ἔφη μεγάλην ἡδονὴν ὅτι τῶν φίλων αὐτὸν οὐδεὶς ἐψεύσατο, τῇ τύχῃ δ' ἐγκαλεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος· ἑαυτὸν δὲ τῶν νενικηκότων μακαριώτερον νομίζειν, οὐκ ἐχθὲς οὐδὲ πρῴην μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν ἀπολείποντα δόξαν ἀρετῆς, ἣν οὔθ' ὅπλοις οὔτε χρήμασιν ἀπολείψουσιν οἱ κεκρατηκότες· ὡς μὴ δοκεῖν ὅτι δικαίους ἄνδρας ἄδικοι, καὶ κακοὶ χρηστοὺς ἀπολέσαντες, οὐ προσηκόντως ἄρχουσιν. δεηθεὶς δὲ καὶ παρακαλέσας σῴζειν ἑαυτοὺς, ἀνεχώρησεν ἀπωτέρω μετὰ δύο ἢ τριῶν, ὧν ἦν καὶ Στράτων ὁ ἀπὸ λόγων ῥητορικῶν γεγονὼς αὐτῷ συνήθης. καὶ τοῦτον ἔγγιστα παραστησάμενος ἑαυτῷ, καὶ τὸ ξίφος γυμνὸν ἐπὶ τῆς λαβῆς ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐρείσας καὶ περιπεσὼν ἐτελεύτησεν. οἱ δέ φασιν οὐκ αὐτὸν ἀλλὰ τὸν Στράτωνα, πολλὰ πάνυ τοῦ Βρούτου δεηθέντος, ἀποστρέψαντα τὴν ὄψιν, ὑποστῆσαι τὸ ξίφος· ἐκεῖνον δὲ ῥύμῃ προσβαλόντα τὸ στέρνον καὶ διώσαντα, συντόμως ἀποθανεῖν.

Τοῦτον

quutus est eum. Silente Clito & lacrymante, vertit se rursus ad armigerum Dardanum, quicum habuit seorsum quosdam sermones. Tandem Volumnium ipsum lingua Græca literarum & studiorum communium commonefecit, oravitque ut manum gladio una secum admoveret, & ictus impulsum adjuvaret. Recusante id Volumnio, aliisque idem facientibus, quum diceret quispiam non remanendum illic, sed fugiendum esse: exsurgens, Sane, vero, inquit, fugiendum est, non pedibus tamen, sed manibus. Tum data cuique dextra vultuque perquam sereno, magnæ sibi voluptati ait esse quod nemo ipsum fefellisset amicorum; verum fortunam se patriæ nomine incusare: victoribus vero ducere se beatiorem, non præteritorum tantum causa, sed in præsentia quoque; qui laudem relinqueret virtutis, quam neque armis victores neque pecunia paraturi vel relicturi essent posteris, quin viderentur justis oppressis & probis injusti & improbi dominatum nihil ad ipsos pertinentem quæsisse. Postquam denique oravit & obsecravit eos ut semet ipsi servarent, recessit longius cum duobus aut tribus: ex quibus fuit Strato, qui cum eo ex studio rhetorico contraxerat familiaritatem. Hunc proxime se constituit, atque in gladium strictum, quem capulo ambabus manibus direxit, incumbens interemit se. Alii non ipsum autumant, sed Stratonem, enixe precante Bruto, aversis oculis subjecisse gladium, atque illum cum impetu impressisse pectus: quo trajecto fuisse eum e vestigio exanimatum.

Hunc

Τοῦτον δὲ τὸν Στράτωνα Μεσσάλας ἑταῖρος ὢν Βρούτῳ, Καίσαρι διαλλαγεὶς, ἐπὶ σχολῆς ποτε προσήγαγε, καὶ δακρύσας εἶπεν, Οὗτός ἐστιν, ὦ Καῖσαρ, ὁ ἀνὴρ ὁ τῷ ἐμῷ Βρούτῳ τὴν τελευταίαν ὑπουργήσας χάριν. ἀποδεξάμενος οὖν ὁ Καῖσαρ, ἔσχεν αὐτὸν ἔν τε τοῖς πόνοις καὶ ἐν τοῖς περὶ Ἄκτιον ἀγῶσιν ἕνα τῶν περὶ αὐτὸν ἀγαθῶν γενομένων Ἑλλήνων. αὐτὸν δὲ τὸν Μεσσάλαν λέγουσιν ὕστερον ἐπαινούμενον ὑπὸ Καίσαρος, ὅτι καίπερ ἐν Φιλίπποις πολεμιώτατος αὐτοῖς γενόμενος διὰ Βροῦτον, ἐν Ἀκτίῳ προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχεν, ἐγώ σοι, φάναι, ὦ Καῖσαρ, ἀεὶ τῆς βελτίονος καὶ δικαιοτέρας τιμῆς καὶ μερίδος ἐγενόμην. τὸν δὲ Βροῦτον ὁ Ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα, τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν· ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος, ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον. τὰ δὲ λείψανα πρὸς τὴν μητέρα τοῦ Βρούτου Σερβιλίαν ἀπέπεμψεν. Πορκίαν δὲ τὴν Βρούτου γυναῖκα Νικόλαος ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ, καὶ Οὐαλέριος Μάξιμος, βουλομένην ἀποθανεῖν, ὡς οὐδεὶς ἐπέτρεπε τῶν φίλων, ἀλλὰ προσέκειντο καὶ παρεφύλαττον, ἐκ τοῦ πυρὸς ἀναρπάσασαν ἄνθρακας καταπιεῖν, καὶ τὸ στόμα συγκλείσασαν καὶ μύσασαν, οὕτω διαφθαρῆναι. καίτοι φέρεταί τις ἐπιστολὴ Βρούτου πρὸς τοὺς φίλους, ἐγκαλοῦντος καὶ ὀλοφυρομένου περὶ τῆς Πορκίας, ὡς ἀμεληθείσης ὑπ' αὐτῶν, καὶ προελομένης διὰ νόσον καταλιπεῖν τὸν βίον. ἔοικεν οὖν ὁ Νικόλαος ἠγνοηκέναι τὸν χρόνον, ἐπεὶ τό γε πάθος καὶ τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς, καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ὑπονοῆσαι δίδωσι καὶ τὸ ἐπιστόλιον, εἴπερ ἄρα τῶν γνησίων ἐστίν.

Hunc Stratonem Messala, Bruti amicus, Cæsari reconciliatus, commendavit ei aliquando per otium, lacrymansque ait, Hic ille est, Cæsar, qui Bruto meo extremum præstitit officium. Eum Cæsar benevolentia complexus habuit in laboribus & certaminibus Actiacis unum ex fortibus Græcis qui eum sequebantur. Ipsum autem memorant postea Messalam, quum celebraretur a Cæsare, quod quamvis fuisset ad Philippos infestissimus ipsis Bruti causa hostis, egregiam operam tamen sibi præbuisset ad Actium, dixisse, Me vero, Cæsar, semper sectæ partiumque invenies meliorum & justiorum socium. At Brutum Antonius exanimem quum invenisset, corpori præcepit paludamentum ex suis pretiosissimum injici. Post quum id interceptum comperisset, interfici jussit furem; reliquias ad matrem Bruti Serviliam remisit. Porciam Bruti uxorem Nicolaus philosophus scribit & Valerius Maximus, quæ mori destinaverat, quum amicorum nemo id permitteret, sed adhærerent ei assidui asservarentque, ex foco arreptos carbones hausisse, oreque occluso & compresso fuisse absumptam. Licet circumferatur epistola quædam ad amicos Bruti expostulantis & lamentantis Porciam ut ab illis neglectam, quæ deponere ob valetudinem voluisset vitam. Videtur igitur temporis Nicolaum rudem fuisse. Nam morbum certe amoremque hujus fœminæ & mortis modum epistolium quoque hoc, modo ex germanis sit, suggerit.

ΠΟΛ-





ΟΛΛΩΝ τοίνυν τοῖς ἀνδράσιν ὑπαρξάντων καλῶν, ἐν τοῖς πρώτοις δέ, τὸ μεγίστους ἐλαχίσταις ἀφορμαῖς γενέσθαι, τοῦτο τῷ Δίωνι κάλλιστόν ἐστιν. οὐ γὰρ εἶχε τὸν ἀμφισβητοῦντα, καθάπερ ὁ Βροῦτος Κάσσιον, ἄνδρα πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ δόξαν οὐχ ὁμοίως ἀξιόπιστον, εἰς δὲ τὸν πόλεμον οὐκ ἐλάττονας τόλμῃ καὶ δεινότητι καὶ πράξει συμβολὰς παρεχόμενον· ὥς γε καὶ τοῦ παντὸς ἔργου προσποιοῦσιν ἔνιοι τὴν ἀρχήν, ἡγεμόνα τῆς ἐπὶ Καίσαρα γνώμης τοῦτον ἀτρεμοῦντα Βρούτῳ γενέσθαι λέγοντες. Δίων δ᾽ ὥσπερ ὅπλα, καὶ πλοῖα, καὶ στρατιωτικὴν δύναμιν, οὕτω καὶ φίλους καὶ συνεργοὺς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν αὐτὸς ἑαυτοῦ φαίνεται κτησάμενος. οὐ μὴν οὐδ᾽ ὡς Βροῦτος ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τοῦ πολέμου πλοῦτον ἔσχεν καὶ δύναμιν, οὕτω καὶ Δίων, ἀλλὰ τῷ πολέμῳ προεισήνεγκεν αὐτὸς τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον, ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτῶν ἐλευθερίας τοῖς τῆς φυγῆς ἐφοδίοις προκαταχρησάμενος. ἔτι δέ, Βροῦτος μὲν καὶ Κάσσιος, οὐκ ὂν ἀσφαλὲς ἡσυχίαν ἄγειν ἐκπεσοῦσι τῆς Ῥώμης, ἀλλ᾽ ὠφληκόσι δίκην θανάτου καὶ διωκομένοις, ἀναγκαίως εἰς τὸν πόλεμον κατέφυγον·

QUANDO igitur multa hisce viris suppetierunt præclara, præsertim quod ex tenuissimis subsidiis maximi evaserint, hæc Dioni pulcherrima laus est. Neque enim laudis socium habuit, quomodo Cassium Brutus; virum ad virtutem & gloriam non perinde excellentem, sed qui ad bellum non minus fortitudine, scientia rei militaris, & industria attulit momenti: cui sane etiam totius facti ascribunt quidam ingressum: ducem hunc consilii in Cæsarem Bruto intrepidum asserentes fuisse. At Dion, sicut arma, classem, copias militares ad rem gerendam, ita amicos quoque & socios sibi ipse comparavit. Nec vero jam, ut Brutus, ex rebus ipsis gerendis & bello opes sibi & vires quæsivit, ita Dion: verum prærogavit in bellum ipse facultates suas, ac pro civium suorum libertate exilii viaticum profudit prior. Adhæc Brutus & Cassius, quum non liceret urbe profugis securam agere quietem, verum rei capitalis damnati & quum persequerentur eos alii, confugerunt necessario ad bellum,

φυγὸν· καὶ τὰ σώματα τοῖς ὅπλοις παρακαταθέμενοι διεκινδύνευσαν ὑπὲρ αὐτῶν τὸ πλέον ἢ τῶν πολιτῶν· Δίων δ' ἀδεέστερον τῇ φυγῇ τοῦ φυγαδεύσαντος τυράννου καὶ ἥδιον διάγων, ἀνέρριψεν ἑκὼν κίνδυνον τοσοῦτον ἐπὶ τῷ σῶσαι Σικελίαν.

Καὶ μὴν οὐχ ὅμοιον, Διονυσίου Συρακουσίοις, ἢ Καίσαρος ἀπαλλαγῆναι Ῥωμαίοις. ὁ μὲν γὰρ οὐδ' ἠρνεῖτο τύραννος εἶναι, κακῶν τε μυρίων ἐμπεπλήκει Σικελίαν· ἡ δὲ Καίσαρος ἀρχὴ, συνισταμένη μὲν οὐκ ὀλίγα τοῖς ἐναντιουμένοις πράγματα παρέσχεν. δεξαμένοις δὲ καὶ κρατηθεῖσιν ὄνομα καὶ δόκησις ἐφάνη μόνον, ἔργον δ' ἀπ' αὐτῆς οὐδὲν ὠμὸν οὐδὲ τυραννικὸν ὑπῆρξεν. ἀλλὰ καὶ δεομένοις ἔδειξε τοῖς πράγμασι μοναρχίας, πρᾳότατος ὥσπερ ἰατρὸς, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δαίμονος δεδόσθαι. διὸ Καίσαρα μὲν εὐθὺς ἐπόθησεν ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὥστε χαλεπὸς γενέσθαι καὶ ἀπαραίτητος τοῖς ἀπεκτονόσι· Δίωνα δ' ἡ Διονυσίου πάρεσις ἐκ Συρακουσῶν, καὶ τὸ μὴ κατασκάψαι τοῦ προτέρου τυράννου τὸν τάφον, ἐπαίτιον μάλιστα πρὸς τοὺς πολίτας ἐποίησεν.

Ἐν αὐταῖς τοίνυν ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν, ὁ μὲν Δίων ἄμεμπτος γέγονε στρατηγὸς, ὧν μὲν αὐτὸς ἐβούλετο τοῖς πράγμασιν ἄριστα χρώμενος, ἃ δ' ἐπταίσθη δι' ἑτέρους, ἀναλαβὼν καὶ μεταστήσας ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὁ δὲ Βροῦτος τὸν ἔσχατον ἀγῶνα ὑπὲρ τῶν ὅλων οὔθ' ὑποστῆναι δοκεῖ φρονίμως, οὔτε σφαλεὶς ἐπανόρθωσιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἀπεῖπε καὶ προεῖτο τὰς ἐλπίδας, οὐδ' ὅσον Πομπήϊος ἐπιτολμήσας τῇ τύχῃ· καὶ ταῦτα, πολλῆς μὲν αὐ-

lum, armorumque præsidio suam committentes salutem, discrimen pro semetipsis potius quam pro civibus adiere: Dion vero securius in exilio, quam qui eum exterminaverat tyrannus, & lætius agens, quo Siciliam conservaret, tantam ultro periculi jecit aleam.

Jam non perinde fuit Romanos a Cæsare atque ab Dionysio Syracusanos liberari. Hic enim tyrannum se non ibat inficias esse, & malis Siciliam obruebat infinitis. At Cæsaris dominatus, dūm constitueretur, non parum præbuit adversariis negotii. Ubi eum victi receperunt, nomen tantum & opinionem apparuit esse, factum vero ab illo sævum vel tyrannicum extitit nullum: immo rebus ipsis poscentibus unum principem, lenissimum quasi medicum ab ipso se Deo ostendit datum. Quare Cæsarem illico populus Romanus desideravit, fuitque infensus & implacabilis percussoribus ejus. Dioni Dionysii ex urbe Syracusana dimissio, & quod tyranni conditorium prioris non fuisset demolitus, crimini est apud cives datum.

Jam in ipso gerendo bello dux Dion inculpatus fuit, qui rebus quas ipse instituerat, optime est usus; ubi titubatum per alios fuit, eas erexit & correxit: Brutus extremum de summa rerum neque subiisse videtur certamen prudenter, neque lapsus emendationem quæsisse, sed despondit animum & spem abjecit, nec quantum Pompeius ausus iterum tentare fortunam; idque quum spes magna ei ibidem





ΟΛΛΩΝ τοίνυν τοῖς ἀνδράσιν ὑπαρξάντων καλῶν, ἐν τοῖς πρώτοις δὲ, τὸ μεγίστους ἐλαχίσταις ἀφορμαῖς γενέσθαι, τοῦτο τῷ Δίωνι κάλλιστόν ἐστιν. οὐ γὰρ εἶχε τὸν ἀμφισβητοῦντα, καθάπερ ὁ Βροῦτος Κάσσιον, ἄνδρα πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ δόξαν οὐχ ὁμοίως ἀξιόπιστον, εἰς δὲ τὸν πόλεμον οὐκ ἐλάττονας τόλμῃ καὶ δεινότητι καὶ πράξει συμβολὰς παρεχόμενον· ὥς γε καὶ τοῦ παντὸς ἔργου προσποιοῦσιν ἔνιοι τὴν ἀρχὴν, ἡγεμόνα τῆς ἐπὶ Καίσαρα γνώμης τοῦτον ἀτρεμοῦντα Βρούτῳ γενέσθαι λέγοντες. Δίων δ᾽ ὥσπερ ὅπλα, καὶ πλοῖα, καὶ στρατιωτικὴν δύναμιν, οὕτω καὶ φίλους καὶ συνεργοὺς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν αὐτὸς ἑαυτοῦ φαίνεται κτησάμενος. οὐ μὴν οὐδ᾽ ὡς Βροῦτος ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τοῦ πολέμου πλοῦτον ἔχεν καὶ δύναμιν, οὕτω καὶ Δίων, ἀλλὰ τῷ πολέμῳ προεισήνεγκεν αὐτὸς τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον, ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτῶν ἐλευθερίας τοῖς τῆς φυγῆς ἐφοδίοις προκαταχρησάμενος. ἔτι δὲ, Βροῦτος μὲν καὶ Κάσσιος, οὐκ ὂν ἀσφαλὲς ἡσυχίαν ἄγειν ἐκπεσοῦσι τῆς Ῥώμης, ἀλλ᾽ ὠφληκόσι δίκην θανάτου καὶ διωκομένοις, ἀναγκαίως εἰς τὸν πόλεμον κατέφυγον·

QUANDO igitur multa hisce viris suppetierunt præclara, præsertim quod ex tenuissimis subsidiis maximi evaserint, hæc Dioni pulcherrima laus est. Neque enim laudis socium habuit, quomodo Cassium Brutus; virum ad virtutem & gloriam non perinde excellentem, sed qui ad bellum non minus fortitudine, scientia rei militaris, & industria attulit momenti: cui sane etiam totius facti ascribunt quidam ingressum: ducem hunc consilii in Cæsarem Bruto intrepidum asserentes fuisse. At Dion, sicut arma, classem, copias militares ad rem gerendam, ita amicos quoque & socios sibi ipse comparavit. Nec vero jam, ut Brutus, ex rebus ipsis gerendis & bello opes sibi & vires quæsivit, ita Dion: verum prærogavit in bellum ipse facultates suas, ac pro civium suorum libertate exilii viaticum profudit prior. Adhæc Brutus & Cassius, quum non liceret urbe profugis securam agere quietem, verum rei capitalis damnati & quum persequerentur eos alii, confugerunt necessario ad bellum,

φυγόν· καὶ τὰ σώματα τοῖς ὅπλοις παρακαταθέμενοι διεκινδύνευσαν ὑπὲρ αὐτῶν τὸ πλέον ἢ τῶν πολιτῶν· Δίων δ' ἀδεέστερον τῇ φυγῇ τοῦ φυγαδεύσαντος τυράννου καὶ ἥδιον διάγων, ἀνέρριψεν ἑκὼν κίνδυνον τοσοῦτον ἐπὶ τῷ σῶσαι Σικελίαν.

Καὶ μὴν οὐχ ὅμοιον, Διονυσίου Συρακουσίοις, ἢ Καίσαρος ἀπαλλαγῆναι Ῥωμαίοις. ὁ μὲν γὰρ οὐδ' ἠρνεῖτο τύραννος εἶναι, κακῶν τε μυρίων ἐμπεπλήκει Σικελίαν· ἡ δὲ Καίσαρος ἀρχὴ, συνισταμένη μὲν οὐκ ὀλίγα τοῖς ἐναντιουμένοις πράγματα παρέσχεν. δεξαμένοις δὲ καὶ κρατηθεῖσιν ὄνομα καὶ δόκησις ἐφάνη μόνον, ἔργον δ' ἀπ' αὐτῆς οὐδὲν ὠμὸν οὐδὲ τυραννικὸν ὑπῆρξεν. ἀλλὰ καὶ δεομένης ἔδειξε τοῖς πράγμασι μοναρχίας, πρᾳότατος ὥσπερ ἰατρὸς, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δαίμονος δεδόσθαι. διὸ Καίσαρα μὲν εὐθὺς ἐπόθησεν ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὥστε χαλεπὸς γενέσθαι καὶ ἀπαραίτητος τοῖς ἀπεκτονόσι· Δίωνα δ' ἡ Διονυσίου πάρεσις ἐκ Συρακουσῶν, καὶ τὸ μὴ κατασκάψαι τοῦ προτέρου τυράννου τὸν τάφον, ἐπαίτιον μάλιστα πρὸς τοὺς πολίτας ἐποίησεν.

Ἐν αὐταῖς τοίνυν ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν, ὁ μὲν Δίων ἄμεμπτος γέγονε στρατηγὸς, ὧν μὲν αὐτὸς ἐβούλετο τοῖς πράγμασιν ἄριστα χρώμενος, ἃ δ' ἐπταίσθη δι' ἑτέρους, ἀναλαβὼν καὶ μεταστήσας ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὁ δὲ Βροῦτος τὸν ἔσχατον ἀγῶνα ὑπὲρ τῶν ὅλων οὔθ' ὑποστῆναι δοκεῖ φρονίμως, οὔτε σφαλεὶς ἐπανόρθωσιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἀπεῖπε καὶ προεῖτο τὰς ἐλπίδας, οὐδ' ὅσον Πομπήϊος ἐπιτολμήσας τῇ τύχῃ· καὶ ταῦτα, πολλῆς μὲν αὐ-

lum, armorumque præsidio suam committentes salutem, discrimen pro semetipsis potius quam pro civibus adiere: Dion vero securius in exilio, quam qui eum exterminaverat tyrannus, & lætius agens, quo Siciliam conservaret, tantam ultro periculi jecit aleam.

Jam non perinde fuit Romanos a Cæsare atque ab Dionysio Syracusanos liberari. Hic enim tyrannum se non ibat inficias esse, & malis Siciliam obruebat infinitis. At Cæsaris dominatus, dūm constitueretur, non parum præbuit adversariis negotii. Ubi eum victi receperunt, nomen tantum & opinionem apparuit esse, factum vero ab illo sævum vel tyrannicum extitit nullum: immo rebus ipsis poscentibus unum principem, lenissimum quasi medicum ab ipso se Deo ostendit datum. Quare Cæsarem illico populus Romanus desideravit, fuitque infensus & implacabilis percussoribus ejus. Dioni Dionysii ex urbe Syracusana dimissio, & quod tyranni conditorium prioris non fuisset demolitus, crimini est apud cives datum.

Jam in ipso gerendo bello dux Dion inculpatus fuit, qui rebus quas ipse instituerat, optime est usus; ubi titubatum per alios fuit, eas erexit & correxit: Brutus extremum de summa rerum neque subiisse videtur certamen prudenter, neque lapsus emendationem quæsisse, sed despondit animum & spem abjecit, nec quantum Pompeius ausus iterum tentare fortunam; idque quum spes magna ei ibi-

dem

αὐτόθι λειπομένης ἐλπίδος ἐν τοῖς ὅπλοις, ταῖς δὲ ναυσὶ κρατῶν πάσης βεβαίως τῆς θαλάσσης. ὃ δὲ μέγιστόν ἐστιν ὧν ἐγκαλοῦσι Βρούτῳ, τὸ, σωθέντα τῇ Καίσαρος χάριτι, καὶ σώσαντα τῶν συνεαλωκότων ὅσους ἐβούλετο, καὶ φίλον νομιζόμενον, καὶ προτιμηθέντα πολλῶν, αὐτόχειρα τοῦ σώματος γενέσθαι· τοῦτ' οὐκ ἄν τις εἴποι κατὰ Δίωνος. ἀλλὰ τοὐναντίον, οἰκεῖος μὲν Διονυσίῳ καὶ φίλος ὢν ὤρθου τὰ πράγματα καὶ συνδιεφύλαττεν· ἐκπεσὼν δὲ τῆς πατρίδος, καὶ ἀδικηθεὶς περὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπολέσας, ἐκ προφανοῦς εἰς πόλεμον κατέστη νόμιμον καὶ δίκαιον. ἢ τοῦτ' ἀντιστρέφει πρῶτον. ὃ γὰρ εἰς ἔπαινον ὑπάρχει τοῖς ἀνδράσι μέγιστον, ἡ πρὸς τοὺς τυράννους ἀπέχθεια καὶ μισοπονηρία, τοῦτ' εἰλικρινὲς ἐστι τῷ Βρούτῳ καὶ καθαρόν. ἰδίᾳ γὰρ οὐδὲν ἐγκαλῶν Καίσαρι, τῆς κοινῆς προεκινδύνευεν ἐλευθερίας. ὁ δ' εἰ μὴ κακῶς ἔπαθεν αὐτὸς, οὐκ ἂν ἐπολέμησεν. καὶ τοῦτο δηλοῦται ταῖς Πλάτωνος ἐπιστολαῖς, ἐξ ὧν δῆλός ἐστιν ὡς ἀποβληθεὶς τῆς τυραννίδος, οὐκ ἀποστὰς κατέλυσε Διονύσιον. ἔτι Βροῦτον μὲν καὶ Πομπηΐῳ φίλον ἐποίησεν, ἐχθρὸν ὄντα, καὶ πολέμιον Καίσαρι, τὸ κοινῇ συμφέρον, ὡς ἔχθρας ὅρῳ καὶ φιλίας ἑνὶ χρώμενον τῷ δικαίῳ· Δίων δὲ πρὸς χάριν ὤρθου πολλὰ Διονύσιον, ὅτε ἦν βέβαιος αὐτῷ, καὶ πρὸς ὀργὴν ἀπιστηθεὶς ἐπολέμησεν. διὸ τούτῳ μὲν οὐδ' οἱ φίλοι πάντες ἐπίστευσαν, ὡς μεταστήσας Διονύσιον οὐκ ἂν βεβαιώσαιτο τὴν ἀρχὴν αὐτῷ, πρᾳοτέρῳ τυραννίδος ὀνόματι παραγαγὼν τοὺς πολίτας. περὶ δὲ τοῦ Βρούτου, τῶν ἐχθρῶν ἦν ἀκούειν, ὅτι μόνος τῶν ἐπὶ Καίσαρα συναραμένων,

dem reliqua in armis foret, & claſſe toto mari plane potiretur. Maximum autem, quod inurunt Bruto, crimen eſt: quod, qui Cæſaris eſſet beneficio ſervatus, & conſervaret ex ſociis fortunæ ſuæ quotquot ei liberet, amicuſque habitus & prælatus multis, ipſe corpori illius intulerit manus. Id nemo Dioni objiciat: immo contra, quamdiu familiaris & amicus fuit Dionyſii, res erexit conſervavitque illius: patria vero exactus & violatus in uxore, ac re familiari exutus, bellum aperte ſuſcepit legitimum & juſtum. Atqui hoc primum in contrariam ſententiam verti poteſt. Quod enim hiſce viris ad laudem ſuppeditat imprimis, animus in tyrannos infeſtus, & improbitatis odium, id ſincerum Bruto, & liquidum manet. Nihil enim quod de Cæſare quereretur privatim quum haberet, adiit pro libertate publica diſcrimen: ille niſi læſus ipſe fuiſſet, bellum non moviſſet. Hoc ex Platonis liquet epiſtolis. Ex quibus conſtat pulſum aula tyrannica, non deficientem oppreſſiſſe eum Dionyſium. Inſuper Brutum Pompeio, cui ante fuerat inimicus, fecit bonum publicum amicum, & Cæſari hoſtem, utpote qui unum haberet inimicitiæ & amicitiæ juſtitiam terminum. Dion multa in Dionyſii gratiam egit, quamdiu ſibi fidit ille, & ira adductus, ubi fides derogata ſibi eſt, intulit illi arma. Unde nec ei omnes amici fidem habuerunt, pulſo Dionyſio non ſtabiliturum eum ſibi ipſi dominatum, blandiore nomine quam tyrannidis cives demulcentem. De Bruto autem inimicorum audires teſtimonium, conjuratorum in Cæſarem

ſoli

ραμένων, ἕνα προὔθετο σκοπὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, τὴν πάτριον ἀποδοῦναι Ῥωμαίοις πολιτείαν.

Ἄνευ γε μὴν τούτων, ὁ πρὸς Διονύσιον ἀγὼν οὐχ ὅμοιος ἦν δήπου τῷ πρὸς Καίσαρα. Διονυσίου μὲν γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν κατεφρόνησε τῶν συνήθων, ἐν μέθαις καὶ κύβοις καὶ γυναιξὶ τὰς πλείστας ποιουμένου διατριβάς· τὸ δὲ τὴν Καίσαρος κατάλυσιν εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι, καὶ μὴ φοβηθῆναι τὴν δεινότητα καὶ δύναμιν καὶ τύχην, οὗ καὶ τοὔνομα τοὺς Παρθυαίων καὶ Ἰνδῶν βασιλεῖς οὐκ εἴα καθεύδειν, ὑπερφυοῦς ἦν ψυχῆς, καὶ πρὸς μηδὲν ὑφίεσθαι φόβῳ τοῦ φρονήματος γεγενημένης. διὸ τῷ μὲν ὀφθέντι μόνον ἐν Σικελίᾳ μυριάδες οὐκ ὀλίγαι συνέστησαν ἐπὶ Διονύσιον· ἡ δὲ Καίσαρος δόξα καὶ πεσόντος ὤρθου τοὺς φίλους, καὶ τοὔνομα τὸν χρησάμενον ἦρεν ἐκ παιδὸς ἀμηχάνου πρῶτον εὐθὺς εἶναι Ῥωμαίων, ὡς ἀλεξιφάρμακον τοῦτο πρὸς τὴν Ἀντωνίου περιαψάμενον ἔχθραν καὶ δύναμιν. εἰ δὲ φήσει τις ὅτι μεγάλοις μὲν ἀγῶσιν ὁ Δίων ἐξέβαλε τὸν τύραννον, Καίσαρα δὲ Βροῦτος ἔκτεινε γυμνὸν καὶ ἀφύλακτον· αὐτὸ τοῦτο δεινότητος ἄκρας καὶ στρατηγίας ἦν ἔργον, ἄνδρα τοσαύτην περιβεβλημένον δύναμιν, ἀφύλακτον λαβεῖν καὶ γυμνόν. οὐ γὰρ ἐξαίφνης, οὐδὲ μόνος ἢ σὺν ὀλίγοις ἐπιπεσὼν ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ συνθεὶς τὸ βούλευμα, καὶ μετὰ πολλῶν ἐπιθέμενος, ὧν οὐδεὶς ἐψεύσατ' αὐτόν. ἢ γὰρ εὐθὺς ἔκρινε τοὺς ἀρίστους, ἢ τῷ προκρῖναι τοὺς πιστεύσαντας, ἀγαθοὺς ἐποίησεν. Δίων δέ, εἴτε κρίνας κακῶς, ἐπίστευσεν ἑαυτὸν πονηροῖς, εἴτε χρώμενος ἐποίησεν ἐκ χρηστῶν πονηρούς· οὐδέτερον παθεῖν ἀν-

δρὶ

soli unum a principio usque ad exitum propositum fuisse, ut populo Romano pristinam redderet reipublicæ formam.

Porro extra hæc, certamen adversus Dionysium haudquaquam illi adversus Cæsarem par fuit. Siquidem Dionysium nemo non qui familiariter eum cognosceret, fastidiret, in vino & alea & lustris plerumque demersum. At de Cæsare cogitationem suscipere obterendo, neque reformidare ejus ingenium, opes, fortunam, cujus adimebat vel nomen Parthorum & Indorum regibus somnum, ingentis fuit animi & spirituum nulli succumbentium pavori. Quapropter cum Dione, simul atque conspectus in Sicilia est, infiniti mortales conspiraverunt in Dionysium: Cæsaris vero autoritas vel defuncti confirmavit amicos ejus, ac nomen hujus evexit illico eum qui usurpavit id, ex inope puero ad populi Romani principatum: isque contra Antonii inimicitiam & potentiam appendit hoc pro amuleto. Quod si objicias, magnis certaminibus fuisse ejectum ab Dione tyrannum, Cæsarem vero nudum a Bruto incautumque occisum: id ipsum summæ fuerit solertiæ & consilii magni imperatoris, virum potentia succinctum tanta capere incustoditum & nudum. Neque enim repente, neque solus, aut cum paucis adortus interfecit eum, sed diu præmeditato consilio est aggressus cum multis, quorum fefellit eum nemo. At enim a primo delegit optimos, aut ipso delectu eos quibus fidem habuit, reddidit bonos. Dion vero vel malo judicio permisit semetipse improbis, vel utendo ex bonis improbos reddidit:


 didit:

δεῖ φρονίμῳ προσῆκον. ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ Πλάτων αὐτῷ τοιούτους ἑλομένῳ φίλους ὑφ' ὧν ἀπώλετο.


Καὶ Δίωνος μὲν τιμωρὸς οὐδεὶς ἐφάνη πεσόντος· ἀλλὰ Βροῦτον καὶ τῶν πολεμίων Ἀντώνιος μὲν ἔθαψεν ἐνδόξως, Καῖσαρ δὲ καὶ τὰς τιμὰς ἐτήρησεν. ἕστηκε δὲ χαλκοῦς ἀνδριὰς ἐν Μεδιολάνῳ, τῆς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίας. τοῦτον ὕστερον ἰδὼν Καῖσαρ εἰκονικὸν ὄντα καὶ χαριέντως εἰργασμένον, παρῆλθεν· εἶτ' ἐπιστὰς μετὰ μικρὸν, ἀκροωμένων πολλῶν, τοὺς ἄρχοντας ἐκάλει, φάσκων ἔκσπονδον αὐτῶν τὴν πόλιν εἰληφέναι, πολέμιον ἔχουσαν παρ' αὐτῇ. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, ὡς εἰκὸς, ἠρνοῦντο, καὶ τίνα λέγοι διαποροῦντες, εἰς ἀλλήλους ἀπέβλεψαν. ὡς δ' ἐπιστρέψας ὁ Καῖσαρ πρὸς τὸν ἀνδριάντα, καὶ συναγαγὼν τὸ πρόσωπον, ἀλλ' οὐχ οὗτος, ἔφη, πολέμιος ὢν ἡμέτερος ἐνταῦθα ἕστηκεν; ἔτι μᾶλλον καταπλαγέντες ἐσιώπησαν. ὁ δὲ μειδιάσας ἐπῄνεσέν τε τοὺς Γαλάτας, ὡς τοῖς φίλοις καὶ παρὰ τὰς τύχας βεβαίους ὄντας, καὶ τὸν ἀνδριάντα κατὰ χώραν μένειν ἐκέλευσεν.

didit: quorum erat viro prudenti præcavendum utrumque. Exprobrat ei Plato quoque quod eos adoptasset amicos a quibus perditus fuerit.

Atque ultorem Dion necis suæ nusquam quenquam habuit: Brutum vero vel ex hostibus Antonius splendide funeravit, Cæsar conservavit etiam ei honores. Statua ejus ærea fuit Mediolani in Gallia cisalpina posita. Hanc, quæ imaginem ejus bene repræsentabat & erat artificiose facta, ut post vidit Cæsar, præteriit: mox subsistens, compluribus audientibus vocavit magistratus, civitatem eorum ferens sibi compertum esse fœdus pacis rupisse, quod hostem suum apud se haberet. Ac primum sane negaverunt, & quemnam significaret ambigentes, intuebantur se mutuo. Ut vero conversus Cæsar ad statuam, contracta fronte, Nonne ille, inquit, hic stat hostis noster? multo illi magis perculsi obmutuere. At Cæsar arridens laudavit Gallos quod amicis essent etiam in adversis rebus stabiles, præcepitque ne statua loco moveretur.



ARTO-



ΑΡΤΟΞΕΡΞΗΣ.



Ὁ μὲν πρῶτος Ἀρτοξέρξης, τῶν ἐν Πέρσαις βασιλέων πρᾳότητι καὶ μεγαλοψυχίᾳ πρωτεύσας, Μακρόχειρ ἐπεκαλεῖτο, τὴν δεξιὰν μείζονα τῆς ἑτέρας ἔχων· Ξέρξου δὲ ἦν υἱός. ὁ δὲ δεύτερος, περὶ οὗ τάδε γράφεται, Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐκ θυγατρὸς ἦν ἐκείνου. Δαρείου γὰρ καὶ Παρυσάτιδος παῖδες ἐγένοντο τέσαρες, πρεσβύτατος μὲν Ἀρτοξέρξης, μετ' ἐκεῖνον δὲ, Κῦρος· νεώτεροι δὲ τούτων, Ὀσάνης καὶ Ὀξάθρης. ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἀπὸ Κύρου τοῦ παλαιοῦ τοὔνομα ἔσχεν, ἐκείνῳ δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί· Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. ὁ δὲ Ἀρτοξέρξης, Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο· καίτοι Δείνων φησὶν ὅτι Ὀάρτης. ἀλλὰ τὸν Κτησίαν, εἰ καὶ τἆλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαίαν, οὐκ εἰκός ἐστιν ἀγνοεῖν τοὔνομα τοῦ βασιλέως, παρ' ᾧ διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας.

Ὁ

PRIMUS in Persarum regibus Artoxerxes, qui lenitate atque animi celsitudine præcelluit, Longimanus vocatus est, quod manum dextram haberet altera longiorem: Xerxis hic filius fuit. Secundus, de quo hic agimus, Mnemon cognomine, illius fuit ex filia nepos. Nam Darii & Parysatidis filii quatuor fuere, maximus stirpis Artoxerxes, ab hoc Cyrus, minores his Osthanes & Oxathres. Ac Cyrus a Cyro prisco nomen mutuatus est: illi a Sole aiunt inditum. Cyrum enim vocare Persas Solem. Artoxerxes ante Arsicas dictus fuit, quamvis Oarsem ferat nuncupatum Dinon. Verum Ctesiam, etsi alioquin absurdarum & insulsarum in libros suos variam fabularum colluviem invexerit, haud probabile sit tamen appellationem fugisse regis, in cujus contubernio agebat, medicus ejus, uxoris, matris, & liberorum.

Cyrus

Ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἔντονόν τι καὶ σφοδρὸν εὐθὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας εἶχεν, ἅτερος δὲ πρᾳότερος ἐδόκει περὶ πάντα, καὶ ταῖς ὁρμαῖς φύσει μαλακώτερος εἶναι. γυναῖκα δὲ καλὴν καὶ ἀγαθὴν ἔλαβε μὲν τῶν γονέων κελευόντων, ἐφύλαξε δὲ κωλυόντων. τὸν γὰρ ἀδελφὸν αὐτῆς ἀποκτείνας ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύετο κἀκείνην ἀνελεῖν. ὁ δὲ Ἀρσίκας, τῆς μητρὸς ἱκέτης γενόμενος, καὶ πολλὰ κατακλαύσας, μόλις ἔπεισε μήτε ἀποκτεῖναι, μήτε αὐτοῦ διαστῆσαι τὴν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μήτηρ ὑπῆρχε μᾶλλον τὸν Κῦρον φιλοῦσα, καὶ βουλομένη βασιλεύειν ἐκεῖνον. διὸ καὶ τοῦ πατρὸς νοσοῦντος ἤδη, μεταπεμπτὸς ἀπὸ θαλάσσης γενόμενος, παντάπασιν ἀνέβαινεν εὔελπις ὤν, ὡς κατειργασμένης ἐκείνης διάδοχον αὐτὸν ἀποδειχθῆναι τῆς ἀρχῆς. καὶ γὰρ εἶχεν εὐπρεπῆ λόγον ἡ Παρυσάτις, ᾧ καὶ Ξέρξης ὁ παλαιὸς ἐχρήσατο, Δημαράτου διδάξαντος, ὡς Ἀρσίκαν μὲν ἰδιώτῃ, Κῦρον δὲ βασιλεύοντι Δαρείῳ τεκεῖν. οὐ μὴν ἔπεισεν, ἀλλ' ὁ πρεσβύτερος ἀπεδείχθη βασιλεύς, Ἀρτοξέρξης μετονομασθείς· Κῦρος δὲ Λυδίας σατράπης καὶ τῶν ἐπὶ θαλάσσης στρατηγός.

Ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἢ τελευτῆσαι Δαρεῖον, ἐξήλασεν εἰς Πασαργάδας ὁ βασιλεύς, ὅπως τελεσθείη τὴν βασιλικὴν τελετὴν ὑπὸ τῶν ἐν Πέρσαις ἱερέων. ἔστι δὲ θεᾶς πολεμικῆς ἱερόν, ἣν Ἀθηνᾷ τις εἰκάσειεν. εἰς τοῦτο δεῖ τὸν τελούμενον παρελθόντα, τὴν μὲν ἰδίαν ἀποθέσθαι στολήν, ἀναλαβεῖν δ' ἣν Κῦρος ὁ παλαιὸς ἐφόρει πρὶν ἢ βασιλεὺς γενέσθαι, καὶ σύκων παλάθης ἐμφαγόντα, τέρμινθον κατατραγεῖν, καὶ ποτήριον πιεῖν ὀξυγάλακτος. εἰ δὲ πρὸς τού-

Cyrus acri violentoque ingenio jam a prima ætate extitit. Mansuetior in omnibus alter atque animi motibus esse natura videbatur mollioribus. Uxorem elegantem & probam parentibus jubentibus duxit, & retinuit invitis. Nam quum fratrem ejus interemisset rex, statuerat illam quoque de medio tollere: at Arsicas supplicibus precibus apud matrem agens multisque lacrymis, tandem obtinuit ne interficeretur illa, neque divortium ipse faceret cum ea. Porro mater magis exosculabatur atque ad regnum promovebat Cyrum. Unde ubi patre jam ægro accitus est, profectus ad aulam a mari, maxima spe fultus effecisse illam ut successor regni declararetur. Etenim ratione nitebatur Parysatis speciosa, qua Xerxes fuerat vetus usus, suggerente Demarato, Arsicam se privato, regnanti Cyrum Dario peperisse. Non adduxit eum tamen in sententiam suam, sed ætate prior est designatus rex, & transnominatus Artoxerxes: Cyrus vero Lydiæ satrapa & oræ maritimæ dux.

Mox sub Darii excessum rex Pasargadas perrexit, ut sacris regiis inauguraretur a sacerdotibus Persicis. Delubrum est Deæ bellatricis, quam Minervam conjicias esse. Eo ingressum qui inauguratur, stolam suam oportet ponere, & induere eam quam Cyrus priscus prius quam regno potiretur, gessit: & ficorum massam comedere, tum terebinthum vorare, & calicem haurire lactis acidi. An quæ præ-

τούτοις ἕτερα ἄττα δρῶσιν, ἄδηλόν ἐστιν τοῖς ἄλλοις. ταῦτα δρᾶν Ἀρτοξέρξου μέλλοντος, ἀφίκετο Τισαφέρνης πρὸς αὐτὸν, ἄγων ἕνα τῶν ἱερέων, ὃς ἐν παισὶ Κύρου τῆς νομιζομένης ἀγωγῆς ἐπιστάτης γενόμενος, καὶ διδάξας μαγεύειν αὐτὸν, οὐδενὸς ἧττον ἐδόκει Περσῶν ἀνιᾶσθαι μὴ ἀποδειχθέντος ἐκείνου βασιλέως· διὰ καὶ πίστιν ἔσχε κατηγορῶν Κύρου. κατηγόρει δὲ, ὡς μέλλοντος ἐνεδρεύειν ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ἐπειδὰν ἐκδύηται τὴν ἐσθῆτα ὁ βασιλεὺς, ἐπιτίθεσθαι καὶ διαφθείρειν αὐτόν. οἱ μὲν ἐκ ταύτης τῆς διαβολῆς τὴν σύλληψιν γενέσθαι φασὶν, οἱ δὲ καὶ παρελθεῖν τὸν Κῦρον εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ προδοθῆναι κρυπτόμενον ὑπὸ τοῦ ἱερέως. μέλλοντα δὲ αὐτὸν ἤδη ἀποθνήσκειν ἡ μήτηρ περισχοῦσα ταῖς ἀγκάλαις, καὶ τοῖς βοστρύχοις περιελίξασα, καὶ συλλαβοῦσα τὸν ἐκείνου τράχηλον πρὸς τὸν αὐτῆς, ὀδυρομένη πολλὰ καὶ ποτνιωμένη παρῃτήσατο, καὶ κατέπεμψεν αὖθις ἐπὶ θάλασσαν οὐκ ἀγαπῶντα τὴν ἀρχὴν ἐκείνην, οὐδὲ μεμνημένον τῆς δεήσεως, ἀλλὰ τῆς συλλήψεως, καὶ δι' ὀργὴν σπαργῶντα μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπὶ τὴν βασιλείαν.

Ἔνιοι δέ φασιν, οὐκ ἀρκούμενον οἷς ἐλάμβανεν εἰς τὸ καθ' ἡμέραν δεῖπνον, ἀποστῆναι βασιλέως· εὐήθη λέγοντες. εἰ γὰρ ἄλλο μηδὲν, ἀλλὰ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ὅσα βούλοιτο τῶν αὐτῆς παρέχουσα καὶ διδοῦσα. μαρτυρεῖ δὲ τῷ πλούτῳ καὶ τὸ μισθοφορικὸν πολλαχόθι διὰ τῶν φίλων καὶ ξένων αὐτῷ παρατρεφόμενον, ὡς Ξενοφῶν εἴρηκεν. ἀθρόους μὲν γὰρ οὐ συνῆγεν, ἔτι τὴν παρασκευὴν ἐπικρυπτόμενος, ἀλλαχόθι δὲ ἄλλους ἐπὶ πολλαῖς προφά-

σεσι

præterea alia agant, cæteris est obscurum. Hæc quum acturus Artoxerxes esset, adit eum Tissaphernes sacerdotem quendam adducens: qui in pueritia Cyri magister patriæ institutionis fuerat, atque artem magicam eum docuerat, ideoque præter omnes Persas quod non creatus Cyrus rex esset, graviter putabatur tulisse. Quocirca fides ei habita Cyrum criminanti. Detulit autem, deliberatum illi esse in templo circumvenire insidiis regem: atque quum vestem exueret, adoriri & obtruncare. Nonnulli ex hac delatione manus ei autumant injectas: alii penetrasse quoque in templum Cyrum, indicatumque, quum ibi lateret, a sacerdote. Moriturum jam mater ulnis complexa, ac capillo suo circumjiciens, colliganisque illius collum cum suo, multis lamentis & obsecrationibus obtinuit ei veniam, effecitque ut remitteretur ad mare. Qui non acquiescens illa in provincia, neque indulgentiæ memor fraternæ, sed vinculorum, ira consultrice acrius quam ante ad regnum gestivit.

Sunt qui dicant, quum eum attributi in exhibitionem & cultum suum pœniteret, desciviſſe Cyrum a rege: cæterum ineptiunt illi. Si enim nihil aliud, matrem certe habebat, cujus copiis uti & sumere quantum vellet de pecunia ejus valebat, quæ ei nihil denegasset. Testantur autem opes ejus mercenarii milites, qui multis locis, ut prodidit Xenophon, per amicos & hospites ei alebantur. Non contraxit enim illos, quod consilium suum adhuc tegeret, catervatim: sed alibi alios qui variis prætextibus scribebant exter-

num

Ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἔντονόν τι καὶ σφοδρὸν εὐθὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας εἶχεν, ἅτερος δὲ πρᾳότερος ἐδόκει περὶ πάντα, καὶ ταῖς ὁρμαῖς φύσει μαλακώτερος εἶναι. γυναῖκα δὲ καλὴν καὶ ἀγαθὴν ἔλαβε μὲν τῶν γονέων κελευόντων, ἐφύλαξε δὲ κωλυόντων. τὸν γὰρ ἀδελφὸν αὐτῆς ἀποκτείνας ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύετο κἀκείνην ἀνελεῖν. ὁ δὲ Ἀρσίκας, τῆς μητρὸς ἱκέτης γενόμενος, καὶ πολλὰ κατακλαύσας, μόλις ἔπεισε μήτε ἀποκτεῖναι, μήτε αὐτοῦ διαστῆσαι τὴν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μήτηρ ὑπῆρχε μᾶλλον τὸν Κῦρον φιλοῦσα, καὶ βουλομένη βασιλεύειν ἐκεῖνον. διὸ καὶ τοῦ πατρὸς νοσοῦντος ἤδη, μετάπεμπτος ἀπὸ θαλάσσης γενόμενος, παντάπασιν ἀνέβαινεν εὔελπις ὤν, ὡς κατειργασμένης ἐκείνης διάδοχον αὐτὸν ἀποδειχθῆναι τῆς ἀρχῆς. καὶ γὰρ εἶχεν εὐπρεπῆ λόγον ἡ Παρύσατις, ᾧ καὶ Ξέρξης ὁ παλαιὸς ἐχρήσατο, Δημαράτου διδάξαντος, ὡς Ἀρσίκαν μὲν ἰδιώτῃ, Κῦρον δὲ βασιλεύοντι Δαρείῳ τεκεῖν. οὐ μὴν ἔπεισεν, ἀλλ' ὁ πρεσβύτερος ἀπεδείχθη βασιλεύς, Ἀρτοξέρξης μετονομασθείς· Κῦρος δὲ Λυδίας σατράπης καὶ τῶν ἐπὶ θαλάσσης στρατηγός.

Ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἢ τελευτῆσαι Δαρεῖον, ἐξήλασεν εἰς Πασαργάδας ὁ βασιλεύς, ὅπως τελεσθείη τὴν βασιλικὴν τελετὴν ὑπὸ τῶν ἐν Πέρσαις ἱερέων. ἔστι δὲ θεᾶς πολεμικῆς ἱερόν, ἣν Ἀθηνᾶν τις εἰκάσειεν. εἰς τοῦτο δεῖ τὸν τελούμενον παρελθόντα, τὴν μὲν ἰδίαν ἀποθέσθαι στολήν, ἀναλαβεῖν δὲ ἣν Κῦρος ὁ παλαιὸς ἐφόρει πρὶν ἢ βασιλεὺς γενέσθαι, καὶ σύκων παλάθης ἐμφαγόντα, τέρμινθον κατατραγεῖν, καὶ ποτήριον πιεῖν ὀξυγάλακτος. εἰ δὲ πρὸς τού-

Cyrus acri violentoque ingenio jam a prima ætate extitit. Mansuetior in omnibus alter atque animi motibus esse natura videbatur mollioribus. Uxorem elegantem & probam parentibus jubentibus duxit, & retinuit invitis. Nam quum fratrem ejus interemisset rex, statuerat illam quoque de medio tollere: at Arsicas supplicibus precibus apud matrem agens multisque lacrymis, tandem obtinuit ne interficeretur illa, neque divortium ipse faceret cum ea. Porro mater magis exosculabatur atque ad regnum promovebat Cyrum. Unde ubi patre jam ægro accitus est, profectus ad aulam a mari, maxima spe fultus effecisse illam ut successor regni declararetur. Etenim ratione nitebatur Parysatis speciosa, qua Xerxes fuerat vetus usus, suggerente Demarato, Arsicam se privato, regnanti Cyrum Dario peperisse. Non adduxit eum tamen in sententiam suam, sed ætate prior est designatus rex, & transnominatus Artoxerxes: Cyrus vero Lydiæ satrapa & oræ maritimæ dux.

Mox sub Darii excessum rex Pasargadas perrexit, ut sacris regiis inauguraretur a sacerdotibus Persicis. Delubrum est Deæ bellatricis, quam Minervam conjicias esse. Eo ingressum qui inauguratur, stolam suam oportet ponere, & induere eam quam Cyrus priscus prius quam regno potiretur, gessit: & ficorum massam comedere, tum terebinthum vorare, & calicem haurire lactis acidi. An quæ præ-

τούτοις ἕτερα ἄττα δρῶσιν, ἄδηλόν ἐστιν τοῖς ἄλλοις. ταῦτα δρᾶν Ἀρτοξέρξου μέλλοντος, ἀφίκετο Τισαφέρνης πρὸς αὐτὸν, ἄγων ἕνα τῶν ἱερέων, ὃς ἐν παισὶ Κύρου τῆς νομιζομένης ἀγωγῆς ἐπιστάτης γενόμενος, καὶ διδάξας μαγεύειν αὐτὸν, οὐδενὸς ἧττον ἐδόκει Περσῶν ἀνιᾶσθαι μὴ ἀποδειχθέντος ἐκείνου βασιλέως· διὸ καὶ πίστιν εἶχε κατηγορῶν Κύρου. κατηγόρει δὲ, ὡς μέλλοντος ἐνεδρεύειν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐπειδὰν ἐκδύηται τὴν ἐσθῆτα ὁ βασιλεὺς, ἐπιτίθεσθαι καὶ διαφθείρειν αὐτόν. οἱ μὲν ἐκ ταύτης τῆς διαβολῆς τὴν σύλληψιν γενέσθαι φασὶν, οἱ δὲ καὶ παρελθεῖν τὸν Κῦρον εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ προδοθῆναι κρυπτόμενον ὑπὸ τοῦ ἱερέως. μέλλοντα δὲ αὐτὸν ἤδη ἀποθνήσκειν ἡ μήτηρ περισχοῦσα ταῖς ἀγκάλαις, καὶ τοῖς βοστρύχοις περιελίξασα, καὶ συλλαβοῦσα τὸν ἐκείνου τράχηλον πρὸς τὸν αὐτῆς, ὀδυρομένη πολλὰ καὶ ποτνιωμένη παρῃτήσατο, καὶ κατέπεμψεν αὖθις ἐπὶ θάλασσαν οὐκ ἀγαπῶντα τὴν ἀρχὴν ἐκείνην, οὐδὲ μεμνημένον τῆς δεήσεως, ἀλλὰ τῆς συλλήψεως, καὶ δι' ὀργὴν σπαργῶντα μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπὶ τὴν βασιλείαν.

Ἔνιοι δέ φασιν, οὐκ ἀρκούμενον οἷς ἐλάμβανεν εἰς τὸ καθ' ἡμέραν δεῖπνον, ἀποστῆναι βασιλέως· εὔηθες λέγοντες. εἰ γὰρ ἄλλο μηδὲν, ἀλλὰ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ὅσα βούλοιτο τῶν αὐτῆς παρέχουσα καὶ διδοῦσα. μαρτυρεῖ δὲ τῷ πλούτῳ καὶ τὸ μισθοφορικὸν πολλαχόθι διὰ τῶν φίλων καὶ ξένων αὐτῷ διατρεφόμενον, ὡς Ξενοφῶν εἴρηκεν. ἀθρόους μὲν γὰρ οὐ συνῆγεν, ἔτι τὴν παρασκευὴν ἐπικρυπτόμενος, ἀλλαχόθι δὲ ἄλλους ἐπὶ πολλαῖς προφάσεσι

præterea alia agant, cæteris est obscurum. Hæc quum acturus Artoxerxes esset, adit eum Tissaphernes sacerdotem quendam adducens: qui in pueritia Cyri magister patriæ institutionis fuerat, atque artem magicam eum docuerat, ideoque præter omnes Persas quod non creatus Cyrus rex esset, graviter putabatur tulisse. Quocirca fides ei habita Cyrum criminanti. Detulit autem, deliberatum illi esse in templo circumvenire insidiis regem: atque quum vestem exueret, adoriri & obtruncare. Nonnulli ex hac delatione manus ei autumant injectas: alii penetrasse quoque in templum Cyrum, indicatumque, quum ibi lateret, a sacerdote. Moriturum jam mater ulnis complexa, ac capillo suo circumjiciens, colliganfque illius collum cum suo, multis lamentis & obsecrationibus obtinuit ei veniam, effecitque ut remitteretur ad mare. Qui non acquiescens illa in provincia, neque indulgentiæ memor fraternæ, sed vinculorum, ira consultrice acrius quam ante ad regnum gestivit.

Sunt qui dicant, quum eum attributi in exhibitionem & cultum suum pœniteret, desciviſſe Cyrum a rege: cæterum ineptiunt illi. Si enim nihil aliud, matrem certe habebat, cujus copiis uti & sumere quantum vellet de pecunia ejus valebat, quæ ei nihil denegasset. Testantur autem opes ejus mercenarii milites, qui multis locis, ut prodidit Xenophon, per amicos & hospites ei alebantur. Non contraxit enim illos, quod consilium suum adhuc tegeret, catervatim: sed alibi alios qui variis prætextibus scribebant externum

σεσι ξενολογοῦντας εἶχε. βασιλέως δὲ ἥ τε μήτηρ παροῦσα τὰς ὑποψίας ἀφῄρει, καὶ Κῦρος αὐτὸς ἀεὶ θεραπευτικῶς ἔγραφε, τὰ μὲν αἰτούμενος παρ' αὐτοῦ, τὰ δὲ Τισσαφέρνους ἀντικατηγορῶν, ὡς δὴ πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ ζήλου καὶ ἀγῶνος ὄντος. ἦν δέ τις καὶ μέλλησις ἐν τῇ φύσει τοῦ βασιλέως, ἐπιείκεια φαινομένη τοῖς πολλοῖς. ἐν ἀρχῇ δὲ καὶ πάνυ ζηλοῦν ἔδοξε τὴν Ἀρτοξέρξου τοῦ ὁμωνύμου πρᾳότητα, ἡδίω τε ἑαυτὸν παρέχων ἐντυγχάνεσθαι, καὶ περὶ τὸ τιμᾶν καὶ χαρίζεσθαι κατ' ἀξίαν ὑπερβάλλων. κολάσεως δὲ πάσης ἀφαιρῶν τὸ ὑβρίζον, καὶ ἡδόμενος ἐν τῷ δέχεσθαι χάριτας, οὐχ ἧττον τοῖς διδοῦσιν ἢ τοῖς λαμβάνουσιν· ἐν δὲ τῷ διδόναι φαινόμενος εὔχαρις καὶ φιλάνθρωπος. οὐδὲν γὰρ ἦν οὕτω σμικρόν τι τῶν διδομένων, ὃ μὴ προσεδέξατο προθύμως· ἀλλὰ καὶ ῥόαν μίαν ὑπερφυᾶ μεγέθει προσενέγκαντος Ὠμίσου τινὸς αὐτῷ, Νὴ τὸν Μίθραν, εἶπεν, οὗτος ὁ ἀνὴρ καὶ πόλιν ἂν ἐκ μικρᾶς ταχὺ ποιήσειε μεγάλην πιστευθείς.

Ἐπεὶ δὲ ἄλλων ἄλλα προσφερόντων, καθ' ὁδὸν αὐτουργὸς ἄνθρωπος οὐδὲν ἐπὶ καιροῦ φθάσας εὑρεῖν, τῷ ποταμῷ προσέδραμε, καὶ ταῖν χεροῖν ὑπολαβὼν τοῦ ὕδατος προσήνεγκεν, ἡσθεὶς ὁ Ἀρτοξέρξης φιάλην ἔπεμψεν αὐτῷ χρυσῆν καὶ χιλίους δαρεικούς. Εὐκλείδᾳ δὲ τῷ Λάκωνι πολλὰ παῤῥησιαζομένῳ πρὸς αὐτὸν αὐθαδῶς, ἐκέλευσεν εἰπεῖν τὸν χιλίαρχον, ὅτι σοὶ μὲν ἔξεστιν εἰπεῖν ἃ βασιλεῖ βούλει· ἐμοὶ δὲ καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν. ἐν δὲ θήρᾳ τινὶ Τιριβάζου δείξαντος αὐτῷ τὸν κάνδυν ἐσχισμένον, ἠρώτησεν ὅ,τι δεῖ ποιεῖν. ἐκείνου δ' εἰπόντος, ἄλλον αὐτὸς ἔνδυσαι, τοῦτον δ' ἐμοὶ δός· οὕτως ἐποίησεν,

num militem, habebat. Mater interim regis, quæ cum rege agebat, diluebat ſuſpiciones, atque ipſe ſemper obſequioſe ſcribebat Cyrus, qua poſtulans aliquid a rege, qua Tiſſaphernem recriminans, quaſi æmulatio cum illo ſibi & concertatio foret. Erat autem inſita quædam regi tarditas, quæ vulgo lenitas ducebatur. Initio enim mire ſectari Artoxerxis ſibi cognominis viſus eſt moderationem, blandiorem aditu ſe præbendo, atque in largiendis pro merito honoribus beneficiiſque effuſum, omni ſuppliciorum exactioni detrahendo contumeliam, exultandoque in accipienda gratia, non ſecus ſi dares quam ſi acciperes, in dando hilarem ſe & benignum oſtendendo. Donum enim erat adeo exiguum nullum quod non illuſtri gratia exciperet. Immo vero quum malum Punicum Omiſes quidam ei inuſitata magnitudine obtuliſſet, Per Mithram, inquit, etiam urbem vir hic, ſi ei concredita ſit, ex puſillo cito reddat amplam.

Dum alia alii offerunt, in itinere homo tenuis, quum nihil ſubito ad manum haberet, ad amnem cucurrit, hauſtamque manibus aquam obtulit ei. Ea re delectatus Artoxerxes miſit ei phialam auream cum mille Daricis. Euclidæ Laconi multa verba præfracte apud ipſum effundenti juſſit dicere tribunum, Tibi licet quæ libet ad me dicere: mihi & dicere & facere. In venatione monſtrantem ſibi Tiribazem candyn ſuum laceratum, quid agendum eſſet rogavit. Quum ſubjeciſſet ille, Alium ipſe indue, hunc mihi dona: ita fecit,

σεν, εἰπών, Δίδωμι μὲν ὦ Τιρίβαζε σοὶ τοῦτον, φορεῖν δὲ ἀπαγορεύω. τοῦ δὲ Τιριβάζου μὴ φροντίσαντος (ἦν γὰρ οὐ πονηρὸς, ὑπόκουφος δὲ καὶ παράφορος) ἀλλὰ τόν τε κάνδυν εὐθὺς ἐκεῖνον ἐνδύντος, καὶ δῶρα χρυσᾶ καὶ γυναικεῖα τῶν βασιλικῶν περιθεμένου, πάντες μὲν ἠγανάκτουν· οὐ γὰρ ἐξῆν. ὁ μέντοι βασιλεὺς κατεγέλασε, καὶ εἶπε, Δίδωμί σοι καὶ τὰ χρυσία φορεῖν ὡς γυναικὶ, καὶ τὴν στολὴν ὡς μαινομένῳ. τραπέζης δὲ τῆς αὐτῆς μηδενὸς μετέχοντος, ἀλλ' ἡ μητρὸς βασιλέως, ἢ γαμετῆς γυναικὸς, καθεζομένων τῆς μὲν ὑπ' αὐτὸν, τῆς δὲ μητρὸς ὑπὲρ αὐτὸν, Ἀρτοξέρξης καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐκάλει τράπεζαν, Ὀστάνην καὶ Ὀξάθρην, νεωτέρους ὄντας. ἐν δὲ τοῖς μάλιστα κεχαρισμένην ὄψιν παρεῖχε τοῖς Πέρσαις ἡ τῆς γυναικὸς Στατείρας ἁρμάμαξα, γυμνὴ τῶν παραπετασμάτων ἀεὶ προσφερομένη, καὶ διδοῦσα ταῖς δημότισιν ἀσπάσασθαι αὐτὴν, καὶ προσελθεῖν· ὅθεν ἠγαπᾶτο τοῖς πολλοῖς ἡ βασίλεια.

Τὸν μέντοι Κῦρον οἱ νεωτερισταὶ καὶ πολυπράγμονες, ὡς λαμπρὸν ἄνδρα τῇ ψυχῇ καὶ πολεμικὸν διαφερόντως καὶ φιλέταιρον, ᾤοντο τὰ πράγματα ποθεῖν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἡγεμονίας βασιλέως δεῖσθαι φρόνημα καὶ φιλοτιμίαν ἔχοντος. οὐχ ἧττον οὖν τοῖς ἄνω πιστεύων ὁ Κῦρος, ἢ τοῖς περὶ αὐτὸν, ἐπεχείρει τῷ πολέμῳ· καὶ Λακεδαιμονίοις ἔγραφε παρακαλῶν βοηθεῖν, καὶ συνεκπέμπειν ἄνδρας, οἷς ἔφη δώσειν, ἂν μὲν πεζοὶ παρῶσιν, ἵππους, ἂν δὲ ἱππεῖς, συνωρίδας· ἐὰν δὲ ἀγροὺς ἔχωσι, κώμας· ἐὰν δὲ κώμας, πόλεις· μισθοῦ δὲ τοῖς στρατευομένοις οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλὰ μέτρον ἔσεσθαι. μεγαληγορῶν

δὲ

cit, addens, Hunc tibi Tiribaze dono, sed gerere interdico. Contemnens id Tiribazus, (erat enim haud improbus, sed levior & stolidior) quum candyn illum confestim induisset, monilibusque aureis & muliebribus a rege donatis excoluisset se, stomachabantur cuncti. Neque enim fas erat. At rex derisit eum, & ait, Permitto tibi aurum gerere ut mulieri, & vestem illam ut insano. Mensæ regis præter matrem ejus & conjugem nemo erat consors: quarum hæc infra, mater supra illum recumbebat. Artoxerxes etiam fratribus suis mensam participavit, Ostani & Oxathri, ætate minoribus. Jam spectaculum gratissimum præbebat Persis uxoris ejus Statiræ currus, qui velis detractis semper progrediebatur, fœminisque popularibus salutandi eam & adeundi faciebat copiam. Hinc regnum ejus favorabile ad multitudinem fuit.

Cyrum vero novatores hominesque inquieti, ut animo virum magnifico & insignem bellatorem & amicorum studiosum, regno existimabant necessarium esse, atque imperii molem regem desiderare animosum & gloriæ cupidum. Igitur non minus Cyrus superiorum provinciarum nominibus fretus quam iis qui circa ipsum erant, aggreditur bellum. Lacedæmonios per literas orat ut auxilia & milites sibi mittant: quibus ostendit se largiturum, si pedestres venissent, equos: si equestres, bigas: si prædia haberent, vicos: si vicos, urbes: stipendium militibus non annumeraturum, sed admensurum. Jactans autem se majorem

δὲ περὶ αὐτοῦ πολλά, καὶ καρδίαν ἔφη τοῦ ἀδελφοῦ φορεῖν βαρυτέραν, καὶ φιλοσοφεῖν μᾶλλον, καὶ μαγεύειν βελτίον, οἶνον δὲ πλείονα πίνειν καὶ φέρειν· ἐκεῖνον δὲ ὑπὸ δειλίας καὶ μαλακίας, ἐν μὲν τοῖς κυνηγεσίοις, μηδὲ ἐφ' ἵππου· ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις, μηδ' ἐπὶ θρόνου καθῆσθαι. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν σκυτάλην πρὸς Κλέαρχον ἀπέστειλαν, ὑπηρετεῖν Κύρῳ πάντα κελεύοντες. ὁ δὲ Κῦρος ἀνέβαινεν ἐπὶ βασιλέα, βαρβαρικήν τε πολλὴν ἔχων δύναμιν, καὶ μισθοφόρους Ἕλληνας ὀλίγῳ τρισχιλίων καὶ μυρίων ἀποδέοντας, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ποιούμενος προφάσεις τῆς στρατείας. οὐ μὴν ἔλαθέ γε εἰς πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἧκε βασιλεῖ Τισαφέρνης αὐτάγγελος· καὶ πολὺς θόρυβος εἶχε τὰ βασίλεια, τῆς τε Παρυσάτιδος τὴν πλείστην αἰτίαν τοῦ πολέμου φερομένης, καὶ τῶν φίλων αὐτῆς ἐν ὑποψίᾳ ὄντων καὶ διαβολαῖς. μάλιστα δὲ ἠνία τὴν Παρυσάτιν ἡ Στάτειρα, τῷ πολέμῳ περιπαθοῦσα, καὶ βοῶσα, Ποῦ νῦν αἱ πίστεις ἐκεῖναι; ποῦ αἱ δεήσεις αἷς ἐξελομένη τὸν ἐπιβουλεύσαντα τῷ ἀδελφῷ, πολέμου καὶ κακῶν ἐμπέπληκας ἡμᾶς; ἐκ δὴ τούτων μισοῦσα τὴν Στάτειραν ἡ Παρυσάτις, καὶ φύσει βαρύθυμος οὖσα, καὶ βάρβαρος ἐν ὀργαῖς καὶ μνησικακίαις, ἐπεβούλευεν αὐτὴν ἀνελεῖν. ἐπεὶ δὲ Δείνων μὲν ἐν τῷ πολέμῳ συντελεσθῆναι τὴν ἐπιβουλὴν εἴρηκε, Κτησίας δὲ ὕστερον, ὃν οὔτε ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκός ἐστι παρόντα ταῖς πράξεσιν, οὔτε ἑκὼν αἰτίαν εἶχεν ἐκ τοῦ χρόνου μεταστῆναι τὸ ἔργον, ὡς ἐπράχθη διηγούμενος· οἷα πάσχει πολλάκις ὁ λόγος αὐτοῦ, πρὸς τὸ μυθῶδες καὶ δραματικὸν ἐπιτρεπόμενος τῆς ἀληθείας· τοῦτο μὲν ἣν ἐκεῖνος ἀπέδωκε, χώραν ἕξει.

Κύρῳ

rem in modum, etiam cor ait fratre ſe ferre gravius, doctioremque philoſophum & magum meliorem eſſe, vinum potare & ferre largius: illum vero præ timiditate & ignavia per venationes, ne equo quidem: in periculis, nec ſolio inſidere. Ergo Lacedæmonii miſſa ſcytala præceperunt Clearcho, Cyro ut in omnibus morem gereret. Ita in regem movit Cyrus. Habebat ſub ſignis magnas barbarorum copias, & mercede militantes Græcos paulo minus tredecim millia. Prætexuit alia ex aliis expeditioni ſuæ. Haud diu tamen regem fefellit, ſed ipſe regi nuntium Tiſſaphernes attulit: unde magnus motus occupavit regiam. Cauſa belli in Paryſatidem pene tota conferebatur, vocabanturque in ſuſpicionem & crimen amici ejus. Maxime vero fatigabat Paryſatidem Statira bello anxia, & vociferans, Ubi nunc illæ ſunt promiſſiones, ubi obſecrationes quibus liberando fratris inſidiatorem, bello nos & his miſeriis demerſiſti? Hinc exoſa Statiram Paryſatis, & ingenio mulier in iram & vindictam fero barbaricoque, necare eam eſt molita. Quia vero per bellum Dinon hoc ſcelus prodidit patratum, Cteſias poſt: (quem neque præterire tempus, quum rebus agendis interfuerit, conſentaneum eſt: neque cauſam habebat cur illud facinus ultro in narrando ut fuerat geſta, ex ſuo loco trajiceret: quod crebro ei in ſcribendo accidit, ut a veritate excurrat ad vana & fabuloſa) hoc, quem ille tribuit, habebit locum.

Ap-

Κύρῳ δὲ προσιόντι φῆμαι καὶ λόγοι προσέπιπτον, ὡς οὐ μάχεσθαι βασιλέως εὐθὺς ἐγνωκότος, οὐδὲ συνδραμεῖν εἰς χεῖρας αὐτῷ σπεύδοντος, ἀλλ' ἐν Πέρσαις ὑπομένειν, ἄχρις ἂν αἱ δυνάμεις ἐκεῖ πανταχόθεν συνέλθωσι. καὶ γὰρ τάφρον εὖρος ὀργυιῶν δέκα, καὶ βάθος ἴσον, ἐπὶ σταδίους διὰ τοῦ πεδίου τετρακοσίους ἐνέβαλε. καὶ ταύτης τε περιεῖδε τὸν Κῦρον ἐντὸς παρελθόντα, καὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς οὐ μακρὰν γενόμενον. Τιριβάζου δὲ, ὥς φασι, πρώτου τολμήσαντος εἰπεῖν ὡς οὐ δεῖ φυγομαχεῖν, οὐδὲ Μηδείας ἐκστάντα καὶ Βαβυλῶνος, ἀλλὰ καὶ Σούσων, ἐνδύεσθαι τῇ Περσίδι, πολλαπλασίαν μὲν ἔχοντα δύναμιν τῶν πολεμίων, μυρίους δὲ σατράπας καὶ στρατηγοὺς Κύρου καὶ φρονεῖν καὶ μάχεσθαι βελτίονας, ὥρμησε διαγωνίσασθαι τὴν ταχίστην. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐξαίφνης καταφανεὶς ἐνενήκοντα μυριάσι στρατοῦ διακεκοσμημένου λαμπρῶς, τοὺς πολεμίους, ἀσυντάκτους καὶ ἀνόπλους διὰ τὸ θαρρεῖν καὶ καταφρονεῖν ὁδοιποροῦντας, ἐξέπληξε καὶ συνετάραξεν, ὥστε σὺν θορύβῳ καὶ βοῇ πολλῇ μόλις εἰς τάξιν καθίστασθαι τὸν Κῦρον· ἔπειτα σιγῇ καὶ σχέδην ἐπάγων, θαῦμα ἐν τοῖς Ἕλλησι τῆς εὐταξίας παρεῖχε, κραυγὰς ἀτάκτους καὶ σκιρτήματα καὶ πολὺν τάραχον αὐτῶν καὶ διασπασμὸν ἐν πλήθει τοσούτῳ προσδεχομένοις. εὖ δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἔταξε τῶν δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα πρὸ τῆς ἑαυτοῦ φάλαγγος, ὡς πρὶν ἐν χερσὶ γενέσθαι, διακόψοντα τὰς τάξεις βίᾳ τῆς εἰσελάσεως.

Τὴν δὲ μάχην ἐκείνην πολλῶν μὲν ἀπηγγελκότων, Ξενοφῶντος δὲ μονον-

οὐχὶ

Appropinquanti Cyro fama & rumores acciderunt non habere in animo statim prœlio decernere regem, neque conferere cum eo manus properare: sed in Perside dum copiæ eo undique convenissent, subsistere. Etenim fossam passus latam decem & totidem altam, longam stadia per campum quadringenta duxit. Intra hanc penetrare Cyrum, atque non longe ab ipsa procedere Babylone permisit. Verum quum Tiribazus dicere ei primus non dubitavisset non esse protrahendum conflictum, neque Media Babyloneque atque adeo Susis cedentem abdere se in Persidem debere, qui exercitum habeat longe quam hostis ampliorem, & decem millia satraparum ducumque Cyro & consilio & virtute præstantiorum: maturavit quam primum acie decernere. Qui ut primum conspectus repente est cum novies centenis millibus militum splendide adornatorum: hostes, ex fiducia & contemptu incomposite & sine armis agmen facientes, perculit turbavitque, ut cum tumultu & magno clamore ægre in ordines eos Cyrus cogeret. Inde rex silentio & sedato gradu signa promovens, agminis tam compositi gratia obstupefecit Græcos: qui inconditos ululatus, ingentem incompositamque eorum fluctuationem & dissipationem tanto in numero exspectabant. Jam scienter etiam Græcis currus falcatos validissimos quosque in fronte opposuit, ut impressionis vi, prius quam ad manus ventum esset, disjicerent eorum ordines.

Quia vero pugnam hanc mandavere scriptis multi, eamque Xenophon tantum non

sub-

οὐχὶ δεικνύοντος ὄψει, καὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς οὐ γεγενημένοις ἀλλὰ γινομένοις, ἐφιστάντος ἀεὶ τὸν ἀκροατὴν ἐν πάθει καὶ συγκινδυνεύοντα διὰ τὴν ἐνάργειαν· οὐκ ἔστι νοῦν ἔχοντος ἐπεξηγεῖσθαι, πλὴν ὅσα τῶν ἀξίων λόγου παρῆλθεν εἰπεῖν ἐκεῖνον. ὁ μὲν οὖν τόπος ἐν ᾧ παρετάξαντο, Κούναξα καλεῖται, καὶ Βαβυλῶνος ἀπέχει σταδίους πεντακοσίους. Κῦρον δὲ πρὸ τῆς μάχης Κλεάρχου παρακαλοῦντος ἐξόπισθεν τῶν Μακεδόνων εἶναι, καὶ μὴ κινδυνεύειν αὐτόν, εἰπεῖν φασί, Τί λέγεις, ὦ Κλέαρχε; σὺ κελεύεις με τὸν βασιλείας ὀρεγόμενον, ἀνάξιον εἶναι βασιλείας; ἁμαρτόντος δὲ Κύρου μέγα τὸ δῦναι προπετῶς εἰς μέσα τὰ δεινὰ καὶ μὴ φυλάξασθαι τὸν κίνδυνον, οὐχ ἧττον ἥμαρτεν, εἰ καὶ μὴ μᾶλλον Κλέαρχος, ἀντιτάξαι κατὰ τὸν βασιλέα μὴ θελήσας τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ προσμίξας τῷ ποταμῷ τὸ δεξιόν, ὡς μὴ κυκλωθείη. τὴν γὰρ ἀσφάλειαν ἐξ ἅπαντος διώκοντα, καὶ πλεῖστον λόγον ἔχοντα τοῦ μηδὲν παθεῖν, οἴκοι μένειν ἦν κράτιστον. ὁ δὲ μυρίους σταδίους ἀπὸ θαλάσσης ἐν ὅπλοις ἀναβεβηκώς, μηδενὸς ἀναγκάζοντος, ἀλλ' ὅπως Κῦρον εἰς τὸν θρόνον καθίσῃ τὸν βασίλειον, εἶτα περισκοπῶν χώραν καὶ τάξιν, οὐκ ἀφ' ἧς σώσειε τὸν ἡγεμόνα καὶ μισθοδότην, ἀλλ' ἐν τίνι θέμενος ἑαυτὸν ἀσφαλῶς μαχεῖται καθ' ἡσυχίαν, ὅμοιος ἦν ὑπὸ δέους τῶν παρόντων ἐκβεβληκότι τοὺς περὶ τῶν ὅλων λογισμούς, καὶ προϊεμένῳ τὴν τῆς στρατηγίας ὑπόθεσιν. ὅτι γὰρ οὐδεὶς ἂν ὑπέμεινε τῶν τεταγμένων περὶ βασιλέα τοὺς Ἕλληνας ἐμπεσόντας, ὠσθέντων δι' ἐκείνων, καὶ βασιλέως φυγόντος ἢ πεσόντος, ὑπῆρχε Κύρῳ νικῶντι σῴζεσθαι καὶ βασιλεύειν, ἐκ τῶν πεπραγμένων δῆλόν ἐστι. διὸ

subjicit oculis, ac gesta non quasi acta sint, sed agantur, ubique proponit lectori, commovetque eum perspicuitate narrandi, ut si sit periculi socius: ea insanus sim si repetam, nisi quæ persequi ille omisit ad memoriam insignia. Igitur locus ubi pugnatum est, Cunaxa vocatur, qui a Babylone stadiis quingentis distat. Cyrum, quum ante prœlium moneret eum Clearchus ut pone Macedonum ordines se teneret, neque conjiceret in aleam semetipsum, ferunt respondisse, Quid ais Clearche? Tune jubes mihi qui regnum affecto, regno me ut ostendam indignum? Offendit quidem Cyrus quod inconsulte in media ruerit pericula, neque discrimen declinaverit: non minus impegit Clearchus tamen, immo magis: qui Græcos regi locare ex adverso noluit, sed dextrum cornu, ne circumveniretur, applicuit flumini. Nam securitatem undequaque quærenti, & præcipue ne quid omnino acciperet incommodi spectanti, manere domi præstabat. Postquam vero spatium a mari tam immensum in armis erat emensus nemine urgente, tantum quo Cyrum in solium regium collocaret, tunc locum & ordinem circumspicere non unde ducem servaret & stipendium præbentem, verum ubi positus secure dimicaret, id hominis erat cui præsens formido consilia de summa rerum excussit, & qui propositum expeditionis finem deseruit. Nam cohortes quæ regem stipabant, non excepturas Græcorum impetum fuisse: quibus impulsis atque fugiente vel interempto rege incolumem victorem Cyrum futurum regnaturumque, ex ipso patet prœlii eventu. Qua-

διὸ τὴν Κλεάρχου μᾶλλον εὐλάβειαν ἢ τὸ Κύρου θράσος αἰτιατέον, ὡς τὰ πράγματα καὶ Κῦρον ἀπολέσασαν. εἰ γὰρ αὐτὸς ἐσκόπει βασιλεὺς ὅπου τάξας τοὺς Ἕλληνας ἀβλαβεστάτοις χρήσεται πολεμίοις, οὐκ ἂν ἐξεῦρεν ἑτέραν ἢ τὴν ἀπωτάτω χώραν ἑαυτοῦ καὶ τῶν περὶ ἑαυτόν· ἀφ᾽ ἧς οὔτε νικηθεὶς αὐτὸς ᾔσθετο, καὶ Κῦρος ἔφθη κατακοπεὶς, ἢ χρησάμενός τι τῇ Κλεάρχου νίκῃ. καίτοι Κῦρος τὸ συμφέρον οὐκ ἠγνόηκεν, ἀλλ᾽ ἐκεῖ Κλέαρχον ἐκέλευε τάττεσθαι κατὰ μέσον. ὁ δὲ αὐτῷ μέλειν εἰπὼν ὅπως ἕξει κάλλιστα, τὸ πᾶν διέφθειρεν.

Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ὅσον ἐβούλοντο τοὺς βαρβάρους ἐνίκων, καὶ διώκοντες ἐπὶ τὸ πλεῖστον προῆλθον· Κύρῳ δὲ γενναῖον ἵππον, ἄστομον δὲ καὶ ὑβριστὴν ἐλαύνοντι, Πασάκαν καλούμενον, ὡς Κτησίας φησὶν, ἀντεξήλασεν ὁ Καδουσίων ἄρχων, Ἀρταγέρσης, μέγα βοῶν, Ὦ τὸ κάλλιστον ἐν Πέρσαις ὄνομα Κύρου καταισχύνων, ἀδικώτατε ἀνθρώπων καὶ ἀφρονέστατε, κακοὺς μὲν Ἕλληνας ἔρχῃ κακὴν ὁδὸν ἄγων ἐπὶ τὰ Περσῶν ἀγαθά· δεσπότην δὲ σεαυτοῦ καὶ ἀδελφὸν ἐλπίζων ἀναιρήσειν, ὃς σοῦ μυριάκις μυρίους δούλους ἔχει κρείσσονας. αὐτίκα δὲ πειράσῃ· πρότερον γὰρ ἀπολεῖς ἐνταῦθα τὴν σεαυτοῦ κεφαλὴν, ἢ θεάσασθαι τὸ βασιλέως πρόσωπον. ταῦτα εἰπὼν, ἐξηκόντισεν ἐπ᾽ αὐτόν. ὁ δὲ θώραξ στερεῶς ἀντέσχε, καὶ οὐκ ἐτρώθη μὲν ὁ Κῦρος, ἐκραδάνθη δὲ, τῆς πληγῆς ἰσχυρᾶς προσπεσούσης. ἀποστρέψαντος δὲ τὸν ἵππον τοῦ Ἀρταγέρσου, βαλὼν ὁ Κῦρος ἔτυχε, καὶ διήλασε παρὰ τὴν κλεῖδα διὰ τοῦ τραχήλου τὴν αἰχμήν. τὸν μὲν οὖν Ἀρταγέρσην ἀποθανεῖν ὑπὸ Κύρου σχε-

δὸν

Quapropter Clearchi potius cautio quam Cyri culpanda est audacia: quod illa rem & Cyrum in præceps dederit. Si enim ipse ubi locaret Græcos circumspiceret rex Artoxerxes, quo quam minimum sibi detrimenti afferrent, locum non inveniret alium quam ab se suaque cohorte remotissimum: ex quo neque victum sensit se, & prius trucidatus Cyrus est quam ulli usui ei esset Clearchi victoria. Et quidem non fefellit Cyrum quid e re foret, sed Clearchum in media acie consistere jussit. Qui quum curæ sibi fore dixisset ut quam optime se res haberet, evertit universam.

Profligaverunt enim quantum cupiebant Græci barbaros, ac terga cædentes longissime insequuti sunt. Vehebatur Cyrus generoso equo, sed effræni & feroci, Pasaca nomine, ut est autor Ctesias. In eum præfectus Cadusiorum Artagerses invectus est, vociferans, O tu, qui præclarissimum in Persis Cyri nomen deformas, hominum scelestissime & amentissime, fortissimos viros Græcos itinere inauspicato ad diripiendas Persarum fortunas adducis, dominumque & fratrem tuum speras interficere, qui infinitos habet te præstantiores servos? Id mox experiere. Ante enim caput tuum hoc loco amittes quam faciem regis contempleris. Sic fatus, jaculum in illum torsit. Cæterum restitit valide lorica, nec vulneratus fuit Cyrus. Quia tamen gravis ictus accidit, intremuit. Quum avertisset equum Artagerses, jaculo Cyrus ingesto fixit eum, collumque secundum claviculam cuspide trajecit. Ac cæsum a Cyro Artagersem fatentur

fere

δὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσι· περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ Κύρου τελευτῆς ἐπεὶ Ξενοφῶν ἁπλῶς καὶ συντόμως, ἅτε δὴ μὴ παρὼν αὐτὸς, εἶπεν, οὐδὲν ἴσως κωλύει τὰ Δείνωνος ἰδίᾳ, καὶ πάλιν τὰ Κτησίου διελθεῖν.

Φησὶν οὖν ὁ μὲν Δείνων, ὅτι τοῦ Ἀρταγέρσου πεσόντος, εἰσελάσας βιαίως ὁ Κῦρος εἰς τοὺς προτεταγμένους τοῦ βασιλέως, κατέτρωσεν αὐτοῦ τὸν ἵππον, ὁ δὲ ἀπερρύη. Τιριβάζου δὲ ἀναλαβόντος αὐτὸν ἐπ' ἄλλον ἵππον ταχὺ, καὶ εἰπόντος αὐτῷ, Ὦ βασιλεῦ, μέμνησο τῆς ἡμέρας ταύτης· οὐ γὰρ ἀξία λήθης ἐστί· πάλιν ὁ Κῦρος ἐνσείσας τῷ ἵππῳ κατέβαλε τὸν Ἀρτοξέρξην. πρὸς δὲ τὴν τρίτην ἐπέλασιν δυσαναχετήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας ὡς βέλτιόν ἐστι μὴ ζῆν, ἀντεξήλαυνε τῷ Κύρῳ προπετῶς καὶ ἀπερισκέπτως εἰς ἐναντία βέλη φερομένῳ. καὶ βάλλει μὲν αὐτὸς ἀκοντίῳ, βάλλουσι δὲ οἱ περὶ αὐτόν. πίπτει δὲ ὁ Κῦρος, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, πληγεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ὡς δὲ ἕτεροί τινες, Καρὸς ἀνθρώπου πατάξαντος, ᾧ γέρας ἔδωκε τῆς πράξεως ταύτης ὁ βασιλεὺς, ἀλεκτρυόνα χρυσοῦν ἐπὶ δόρατος ἀεὶ πρὸ τῆς τάξεως ἐν ταῖς στρατιαῖς κομίζειν. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς Κᾶρας ἀλεκτρυόνας οἱ Πέρσαι, διὰ τοὺς λόφους οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, προσηγόρευον.

Ἡ δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ἐπιτεμόντι πολλὰ συντόμως ἀπαγγεῖλαι, τοιαύτη τις ἐστί. Κῦρος ἀποκτείνας Ἀρταγέρσην, ἤλαυνεν εἰς αὐτὸν βασιλέα τὸν ἵππον, καὶ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνον, ἀμφότεροι σιωπῇ. φθάνει δὲ βάλλων Ἀριαῖος ὁ Κύρου φίλος βασιλέα, καὶ οὐκ ἔτρωσε. βασιλεὺς δὲ ἀφεὶς τὸ δόρυ, Κύρου

fere omnes. At Cyri fatum quia Xenophon simpliciter & strictim, ut qui ipse non interfuerit, percurrit: nihil sane causæ est quin ea quæ prodidit Dinon, seorsum: inde, quæ Ctesias, referamus.

Refert ergo Dinon, postquam cecidit Artagerses, invectum magna vi Cyrum in eos qui frontem cohortis regiæ tegebant, equum regis vulnerasse, eumque ex equo defluxisse. Quum Tiribazus propere regem in alium equum imposuisset, additis hisce verbis: Memineris, rex, hujus diei, neque enim dignus est oblivione: Cyrum admisso iterum in Artoxerxem equo concussum deturbasse. Ad tertium incursum irritatus rex, præsentesque affatus, satius sibi esse non vivere, infestus equum in Cyrum concitat temere & cæco impetu in adversa tela ruentem: feritque Cyrum ipse jaculo, ferit etiam cohors ejus. Ibi Cyrus, ut nonnulli dictitant, cadit ictu regis: ut alii, ab homine Care percussus; quem præmio rex hujus facinoris donavit, ut in bello gallum aureum ex summa lancea perpetuo ante signa ferret. Etenim ipsos Caras Persæ gallos, cristarum causa quibus exornant galeas, appellabant.

Ctesiæ narratio, ut brevibus multa perstringam, hujuscemodi est: Cyrus trucidato Artagerse equum in regem permisit, & hic in illum, silentio uterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec sauciavit eum. Rex missa lancea a Cyro

Κύρου μὲν οὐκ ἔτυχε, Τισαφέρνην δὲ πιστὸν ἄνδρα Κύρῳ καὶ γενναῖον ἔβαλε καὶ κατέκτεινε. Κῦρος δ' ἐπ' αὐτὸν ἐξακοντίσας διὰ τοῦ θώρακος, ἔτρωσε τὸ στῆθος, ὅσον ἐνδῦναι δύο δακτύλους τὸ ἀκόντιον, πεσεῖν δὲ αὐτὸν ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου. φυγῆς δὲ καὶ ταραχῆς τῶν περὶ αὐτὸν γενομένης, ὁ μὲν ἀναστὰς μετ' ὀλίγων, ἐν οἷς καὶ Κτησίας ἦν, λόφον τινὰ πλησίον καταλαβὼν ἡσύχαζε· Κῦρον δὲ τοῖς πολεμίοις ἐνειλούμενον ὁ ἵππος ἐξέφερεν ὑπὸ θυμοῦ μακρὰν, ἤδη σκότους ὄντος, ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῶν φίλων. ἐπαιρόμενος δὲ τῇ νίκῃ, καὶ μεστὸς ὢν ὁρμῆς καὶ θράσους, διεξήλαυνε βοῶν, Ἐξίστασθε πενιχροί. τοῦτο δὲ Περσιστὶ πολλάκις αὐτοῦ βοῶντος, οἱ μὲν ἐξίσταντο προσκυνοῦντες· ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τοῦ Κύρου, καὶ παρατρέχων νεανίας Πέρσης, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀκοντίῳ βάλλει τὸν κρόταφον αὐτοῦ παρὰ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀγνοῶν ὅστις ἐστίν. πολὺ δὲ αἷμα τοῦ τραύματος ἐκβαλόντος, ἰλιγγιάσας καὶ καρωθεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὑπεκφυγὼν ἐπλάζετο· τὸν δ' ἐφίππιον πῖλον ἀπορρυέντα λαμβάνει τοῦ τὸν Κῦρον βαλόντος ἀκόλουθος, αἵματος περίπλεω. τὸν δὲ Κῦρον ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις, εὐνοῦχοι τινὲς παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρουν ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναθέσθαι, καὶ σώζειν. ἀδυνάτως δ' ἔχοντα, καὶ δι' αὐτοῦ προθυμούμενον βαδίζειν, ὑπολαβόντες ἦγον· τῷ μὲν σώματι καρηβαροῦντα καὶ σφαλλόμενον, οἰόμενον δὲ νικᾶν, ἀκούοντα τῶν φευγόντων ἀνακαλουμένων Κῦρον βασιλέα, καὶ φείσασθαι δεομένων. ἐν δὲ τούτῳ, Καύνιοι τινὲς ἄνθρωποι κακόβιοι καὶ ἄποροι, καὶ ταπεινῶν ὑπουργημάτων ἕνεκα τῇ τοῦ βασιλέως

στρα-

ro aberravit, Tiſſaphernem autem, fidum Cyro & fortem virum, percuſſit atque interemit. Cyrus interno per loricam regis jaculo vulnus pectori illius ingeſſit duos digitos altum: unde ille ictus vi defluxit ex equo ad terram. Fuga & tumultu cohortis regiæ edito, rex aſſurgens cum paucis, inter quos fuit Cteſias, tumulum vicinum cepit, ubi tenuit ſe quietum. Cyrum inter hoſtes volitantem equus ferox longe abſtulit, nec tenebris jam cognoſcebatur ab hoſtibus, & ab amicis quærebatur. Erectus autem victoria, ardoriſque & fiduciæ plenus, per medios vehebatur hoſtes, clamans, Cedite miſeri. Dum hoc identidem lingua Perſica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti ejus defluxiſſet, prætercurrens adoleſcens Perſes, Mithridati nomen erat, tempus Cyri jaculo ſecundum oculum ferit, inſcius qui ſit. Eructante vim ſanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine & ſopore collabitur. Equus fugiens aberrabat. Stratum equi prolapſum capit comes illius qui Cyrum percuſſit, ſanguine redundantem. Cyrum ex plaga ægre tandem colligentem ſe aſſiſtentes eunuchi pauci alteri equo impoſuere, quo eriperent eum: quem equitandi impotentem, pedibuſque connitentem ire, ſuſtinentes ducebant, corpore quidem ob vulnus in capite acceptum gravem ceſpitantemque, ſed victorem arbitrantem ſe quod fugientes audiret Cyrum regem alta voce appellantes, atque ut parceret ipſis orantes. Interea Caunii quidam homines tenues inopeſque, qui humilium miniſteriorum gratia regis

caſtra

στρατιᾶ παρακολουθοῦντες, ἔτυχον ἀναμιχθέντες ὡς φίλοι τοῖς περὶ τὸν Κῦρον. ὡς δὲ μόλις συνεῖδον τὰ περιθωρακίδια φοινικᾶ, λευκοῖς χρωμένων τῶν βασιλικῶν ἁπάντων, ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. εἷς οὖν ἐκείνων ἐτόλμησεν ἀγνοῶν ἐξόπισθεν βαλεῖν τὸν Κῦρον ἀκοντίῳ. τῆς δὲ περὶ τὴν ἰγνύαν φλεβὸς ἀναρραγείσης, πεσὼν ὁ Κῦρος, ἅμα παίει πρός τινι λίθῳ τὸν τετρωμένον κρόταφον, καὶ ἀποθνήσκει. τοιοῦτος μὲν ὁ Κτησίου λόγος, ᾧ, καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ, μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνήρηκεν.

Ἤδη δὲ αὐτοῦ τεθνηκότος, Ἀρτασύρας ὁ βασιλέως ὀφθαλμὸς ἔτυχεν ἵππῳ παρεξελαύνων. γνωρίσας οὖν τοὺς εὐνούχους ὀλοφυρομένους, ἠρώτησε τὸν πιστότατον αὐτῶν, Τίνα τοῦτον ὦ Παρίσκα κλαίεις παρακαθήμενος; ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχ ὁρᾷς ὦ Ἀρτασύρα Κῦρον τεθνηκότα; θαυμάσας οὖν ὁ Ἀρτασύρας, τῷ μὲν εὐνούχῳ θαρρεῖν παρεκελεύσατο καὶ φυλάττειν τὸν νεκρόν· αὐτὸς δὲ συντείνας πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, ἀπεγνωκότα μὲν ἤδη τὰ πράγματα, κακῶς δὲ καὶ τὸ σῶμα διακείμενον ὑπό τε δίψης καὶ τοῦ τραύματος, χαίρων φράζει ὡς αὐτὸς ἴδοι τεθνηκότα Κῦρον. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εὐθὺς ὥρμησεν αὐτὸς ἰέναι, καὶ τὸν Ἀρτασύραν ἄγειν ἐκέλευσεν ἐπὶ τὸν τόπον· ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν λόγος τῶν Ἑλλήνων καὶ φόβος ὡς διωκόντων, καὶ πάντα νικώντων καὶ κρατούντων, ἔδοξε πλείονας πέμψαι τοὺς κατοψομένους· καὶ τριάκοντα λαμπάδας ἔχοντες ἐπέμφθησαν. αὐτῷ δὲ μικρὸν ἀπολείποντι τοῦ τεθνάναι διὰ τὸ δίψην, Σατιβαρζάνης ὁ εὐνοῦχος περιθέων ἐζήτει ποτόν. οὐ γὰρ εἶχε τὸ χωρίον ὕδωρ, καὶ οὐδὲ ἦν ἐγγὺς τὸ στρατόπεδον. μόλις οὖν ἐπιτυγχάνει τῶν

castra sequebantur, confusi forte ut amici fuere cum illis qui circa Cyrum erant. Hi ut tandem punicea sagula eorum advertere, quum regii haberent omnes candida, intellexerunt hostes esse. Ita unus eorum ausus est, ignarus qui esset, Cyrum jaculo a tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapsus Cyrus tempus simul saucium ad saxum offendit, unde animam exhalavit. Hæc Ctesiæ verba sunt: quibus quasi hebeti mucrone vix tandem interficiens hominem eum sustulit.

Quo jam fato functo regis explorator Artasyras forte equo prætervectus est. Hic eunuchos lamentantes agnoscens, fidissimum ex his rogavit, Cuinam huic, Parisca, quem defleas, assides? Ille respondit, Non cernis exanimem, Artasyra, Cyrum? Igitur Artasyras mirabundus confirmavit eunuchum, & asservare jussit cadaver. Ipse citato ad Artoxerxem cursu, despondenti jam animum, & corpore graviter tam siti quam vulnere afflicto, ovans renuntiat mortuum suis oculis se Cyrum conspexisse. Ille vero primum ipse e vestigio intendit eo pergere, atque Artasyræ jussit ut ad locum duceret se. Cæterum quia multus rumor de Græcis & timor erat, quod fugientes dicerentur consectari, & undique victores esse atque profligasse suos: visum est complures speculatum mittere. Missi sunt triginta cum facibus. At regi tantum non siti enecto eunuchus Satibarzanes circumcursitans potum investigavit. Quippe erat locus ille sine aqua, & procul distabant castra. Tandem incidit in unum ex Cau-

τῶν Καυνίων ἐκείνων τῶν κακοβίων ἑνὸς, ἐν ἀσκίῳ φαύλῳ διεφθαρμένον ὕδωρ καὶ πονηρὸν ἔχοντος, ὅσον ὀκτὼ κοτύλας· καὶ λαβὼν τοῦτο καὶ κομίσας βασιλεῖ δίδωσιν. ἐκπιόντα δὲ ἅπαν ἠρώτησεν εἰ μὴ πάνυ δυσχεραίνοι τὸ ποτόν. ὁ δὲ ὤμοσε τοὺς Θεοὺς, μήτε οἶνον ἡδέως οὕτως πώποτε πεπωκέναι, μήτε ὕδωρ τὸ κουφότατον καὶ καθαρώτατον. ὥστε, ἔφη, τὸν δόντα σοι τοῦτο ἄνθρωπον ἂν ἐγὼ μὴ δυνηθῶ ζητήσας ἀμείψασθαι, τοὺς Θεοὺς εὔχομαι ποιῆσαι μακάριον καὶ πλούσιον.

Ἐν δὲ τούτῳ προσήλαυνον οἱ τριάκοντα λαμπροὶ καὶ περιχαρεῖς, ἀναγγέλλοντες αὐτῷ τὴν ἀνέλπιστον εὐτυχίαν. ἤδη δὲ καὶ πλήθει τῶν συντρεχόντων πάλιν πρὸς αὐτὸν καὶ συνισταμένων ἐθάῤῥει, καὶ κατέβαινεν ἀπὸ τοῦ λόφου φωτὶ πολλῷ περιλαμπόμενος. ὡς δὲ ἐπέστη τῷ νεκρῷ, καὶ κατά δή τινα νόμον Περσῶν ἡ δεξιὰ χεὶρ ἀπεκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομισθῆναι· καὶ τῆς κόμης δραξάμενος οὔσης βαθείας καὶ λασίας, ἐπεδείκνυεν τοῖς ἀμφιδοξοῦσιν ἔτι καὶ φεύγουσιν. οἱ δὲ ἐθαύμαζον καὶ προσεκύνουν· ὥστε ταχὺ μυριάδας ἑπτὰ περὶ αὐτὸν γενέσθαι, καὶ συνεισελάσαι πάλιν εἰς τὸ στρατόπεδον. ἐξεληλάκει δὲ, ὡς ὁ Κτησίας φησὶν, ἐπὶ τὴν μάχην τεσσαράκοντα μυριάσιν. οἱ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα πολὺ πλείονας γενέσθαι λέγουσι τὰς μεμαχημένας. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας ἐνακισχιλίους ἀνενεχθῆναι φησὶ πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, αὐτῷ δὲ δισμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς κειμένους. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει διαμφισβήτησιν· ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη ψεῦσμα, τὸ πεμφθῆναι φάναι πρὸς τοὺς Ἕλλη-

Cauniis illis egenis qui sordido in utriculo aquam putridam & vitiosam habebat ad octo heminas. Hunc arripit atque ad regem portat. Quum totum exhausisset rex, quæsivit de eo numne magnam nauseam movisset ei potus? Ille per Deos juravit, nec vinum unquam jucundius se potasse, nec aquam vel levissimam & limpidissimam. Itaque si minus ego, inquit, hominem qui eam tibi dedit, invenire, ut parem referam ei gratiam, valeam, Deos precor ut beatum & opulentum efficiant.

Interea recurrerunt triginta illi alacres atque exultantes, insperatamque ei felicitatem annuntiavere. Jam multitudine quoque denuo ad eum confluentium & coeuntium fultus, de colle ad crebra lumina descendit. Ut astitit cadaveri, atque ex lege quapiam Persarum dextra caputque a corpore detruncata fuere, caput ejus adferri jussit: comaque prolixa & spissa correpta fluctuantibus adhuc atque in fugam effusis ostendit. Obstupuerunt illi, eumque adoraverunt, atque ita brevi septuaginta millia militum aggregaverunt ad eum se, unaque in castra rediere. Eduxerat, ut Ctesias autor est, in aciem quadringenta millia. Dinon & Xenophon multo plures fuisse qui pugnaverunt memorant. Inito cæsorum numero Ctesias novem millia capitum relata perhibet ad Artoxerxem: sibi vero non minus viginti millia visos qui ceciderant. Verum hæc in controversia fuere. Illud vero jam Ctesiæ nobile est mendacium, qui se cum Zacynthio Phayllo & qui-

δὲ περὶ αὐτοῦ πολλὰ, καὶ καρδίαν ἔφη τοῦ ἀδελφοῦ φορεῖν βαρυτέραν, καὶ φιλοσοφεῖν μᾶλλον, καὶ μαγεύειν βέλτιον, οἶνον δὲ πλείονα πίνειν καὶ φέρειν· ἐκεῖνον δὲ ὑπὸ δειλίας καὶ μαλακίας, ἐν μὲν τοῖς κυνηγεσίοις, μηδὲ ἐφ' ἵππου· ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις, μηδ' ἐπὶ θρόνου καθῆσθαι. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν σκυτάλην πρὸς Κλέαρχον ἀπέστειλαν, ὑπηρετεῖν Κύρῳ πάντα κελεύοντες. ὁ δὲ Κῦρος ἀνέβαινεν ἐπὶ βασιλέα, βαρβαρικήν τε πολλὴν ἔχων δύναμιν, καὶ μισθοφόρους Ἕλληνας ὀλίγῳ τρισχιλίων καὶ μυρίων ἀποδέοντας, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ποιούμενος προφάσεις τῆς στρατείας. οὐ μὴν ἔλαθέ γε εἰς πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἧκε βασιλεῖ Τισαφέρνης αὐτάγγελος· καὶ πολὺς θόρυβος εἶχε τὰ βασίλεια, τῆς τε Παρυσάτιδος τὴν πλείστην αἰτίαν τοῦ πολέμου φερομένης, καὶ τῶν φίλων αὐτῆς ἐν ὑποψίᾳ ὄντων καὶ διαβολαῖς. μάλιστα δὲ ἠνία τὴν Παρυσάτιν ἡ Στάτειρα, τῷ πολέμῳ περιπαθοῦσα, καὶ βοῶσα, Ποῦ νῦν αἱ πίστεις ἐκεῖναι; ποῦ αἱ δεήσεις αἷς ἐξελομένη τὸν ἐπιβουλεύσαντα τῷ ἀδελφῷ, πολέμου καὶ κακῶν ἐμπέπληκας ἡμᾶς; ἐκ δὴ τούτων μισοῦσα τὴν Στάτειραν ἡ Παρυσάτις, καὶ φύσει βαρύθυμος οὖσα, καὶ βάρβαρος ἐν ὀργαῖς καὶ μνησικακίαις, ἐπεβούλευεν αὐτὴν ἀνελεῖν. ἐπεὶ δὲ Δείνων μὲν ἐν τῷ πολέμῳ συντελεσθῆναι τὴν ἐπιβουλὴν εἴρηκε, Κτησίας δὲ ὕστερον, ὃν οὔτε ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκός ἐστι παρόντα ταῖς πράξεσιν, οὔτε ἑκὼν αἰτίαν εἶχεν ἐκ τοῦ χρόνου μεταστῆναι τὸ ἔργον, ὡς ἐπράχθη διηγούμενος· οἷα πάσχει πολλάκις ὁ λόγος αὐτοῦ, πρὸς τὸ μυθῶδες καὶ δραματικὸν ἐπιτρεπόμενος τῆς ἀληθείας· τοῦτο μὲν ἣν ἐκεῖνος ἀπέδωκε, χώραν ἕξει.

Κύρῳ

rem in modum, etiam cor ait fratre se ferre gravius, doctioremque philosophum & magum meliorem esse, vinum potare & ferre largius: illum vero præ timiditate & ignavia per venationes, ne equo quidem: in periculis, nec solio insidere. Ergo Lacedæmonii missa scytala præceperunt Clearcho, Cyro ut in omnibus morem gereret. Ita in regem movit Cyrus. Habebat sub signis magnas barbarorum copias, & mercede militantes Græcos paulo minus tredecim millia. Prætexuit alia ex aliis expeditioni suæ. Haud diu tamen regem fefellit, sed ipse regi nuntium Tissaphernes attulit: unde magnus motus occupavit regiam. Causa belli in Parysatidem pene tota conferebatur, vocabanturque in suspicionem & crimen amici ejus. Maxime vero fatigabat Parysatidem Statira bello anxia, & vociferans, Ubi nunc illæ sunt promissiones, ubi obsecrationes quibus liberando fratris insidiatorem, bello nos & his miseriis demersisti? Hinc exosa Statiram Parysatis, & ingenio mulier in iram & vindictam fero barbaricoque, necare eam est molita. Quia vero per bellum Dinon hoc scelus prodidit patratum, Ctesias post: (quem neque præterire tempus, quum rebus agendis interfuerit, consentaneum est: neque causam habebat cur illud facinus ultro in narrando ut fuerat gesta, ex suo loco trajiceret: quod crebro ei in scribendo accidit, ut a veritate excurrat ad vana & fabulosa) hoc, quem ille tribuit, habebit locum.

Ap-

Κύρῳ δὲ προσιόντι φῆμαι καὶ λόγοι προσέπιπτον, ὡς οὐ μάχεσθαι βασιλέως εὐθὺς ἐγνωκότος, οὐδὲ συνδραμεῖν εἰς χεῖρας αὐτῷ ἀποδιδόντος, ἀλλ' ἐν Πέρσαις ὑπομένειν, ἄχρις ἂν αἱ δυνάμεις ἐκεῖ πανταχόθεν συνέλθωσι. καὶ γὰρ τάφρον εὖρος ὀργυιῶν δέκα, καὶ βάθος ἴσον, ἐπὶ σταδίους διὰ τοῦ πεδίου τετρακοσίους ἐνέβαλε. καὶ ταύτης τε περιεῖδε τὸν Κῦρον ἐντὸς παρελθόντα, καὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς οὐ μακρὰν γενόμενον. Τιριβάζου δὲ, ὥς φασι, πρώτου τολμήσαντος εἰπεῖν ὡς οὐ δεῖ φυγομαχεῖν, οὐδὲ Μηδείας ἐκστάντα καὶ Βαβυλῶνος, ἀλλὰ καὶ Σούσων, ἐνδύεσθαι τῇ Περσίδι, πολλαπλασίαν μὲν ἔχοντα δύναμιν τῶν πολεμίων, μυρίους δὲ σατράπας καὶ στρατηγοὺς Κύρου καὶ φρονεῖν καὶ μάχεσθαι βελτίονας, ὥρμησε διαγωνίσασθαι τὴν ταχίστην. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐξαίφνης καταφανεὶς ἐνενήκοντα μυριάσι στρατοῦ διακεκοσμημένου λαμπρῶς, τοὺς πολεμίους, ἀσυντάκτους καὶ ἀνόπλους διὰ τὸ θαρρεῖν καὶ καταφρονεῖν ὁδοιποροῦντας, ἐξέπληξε καὶ συνετάραξεν, ὥστε σὺν θορύβῳ καὶ βοῇ πολλῇ μόλις εἰς τάξιν καθίστασθαι τὸν Κῦρον· ἔπειτα σιγῇ καὶ σχέδην ἐπάγων, θαῦμα ἐν τοῖς Ἕλλησι τῆς εὐταξίας παρεῖχε, κραυγὰς ἀτάκτους καὶ σκιρτήματα καὶ πολὺν τάραχον αὐτῶν καὶ διασπασμὸν ἐν πλήθει τοσούτῳ προσδεχομένοις. εὖ δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἔταξε τῶν δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα πρὸ τῆς ἑαυτοῦ φάλαγγος, ὡς πρὶν ἐν χερσὶ γενέσθαι, διακόψοντα τὰς τάξεις βίᾳ τῆς εἰσελάσεως.

Τὴν δὲ μάχην ἐκείνην πολλῶν μὲν ἀπηγγελκότων, Ξενοφῶντος δὲ μονον-

οὐχὶ

Appropinquanti Cyro fama & rumores acciderunt non habere in animo statim prœlio decernere regem, neque conserere cum eo manus properare: sed in Perside dum copiæ eo undique convenissent, subsistere. Etenim fossam passus latam decem & totidem altam, longam stadia per campum quadringenta duxit. Intra hanc penetrare Cyrum, atque non longe ab ipsa procedere Babylone permisit. Verum quum Tiribazus dicere ei primus non dubitavisset non esse protrahendum conflictum, neque Media Babyloneque atque adeo Susis cedentem abdere se in Persidem debere, qui exercitum habeat longe quam hostis ampliorem, & decem millia satraparum ducumque Cyro & consilio & virtute præstantiorum: maturavit quam primum acie decernere. Qui ut primum conspectus repente est cum novies centenis millibus militum splendide adornatorum: hostes, ex fiducia & contemptu incomposite & sine armis agmen facientes, perculit turbavitque, ut cum tumultu & magno clamore ægre in ordines eos Cyrus cogeret. Inde rex silentio & sedato gradu signa promovens, agminis tam compositi gratia obstupefecit Græcos: qui inconditos ululatus, ingentem incompositamque eorum fluctuationem & dissipationem tanto in numero exspectabant. Jam scienter etiam Græcis currus falcatos validissimos quosque in fronte opposuit, ut impressionis vi, prius quam ad manus ventum esset, disjicerent eorum ordines.

Quia vero pugnam hanc mandavere scriptis multi, eamque Xenophon tantum non sub-

οὐχὶ δεικνύοντος ὄψει, καὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς οὐ γεγενημένοις ἀλλὰ γινομένοις, ἐφιστάντος ἀεὶ τὸν ἀκροατὴν ἐν πάθει καὶ συγκινδυνεύοντα διὰ τὴν ἐνάργειαν· οὐκ ἔστι νοῦν ἔχοντος ἐπεξηγεῖσθαι, πλὴν ὅσα τῶν ἀξίων λόγου παρῆλθεν εἰπεῖν ἐκεῖνον. ὁ μὲν οὖν τόπος ἐν ᾧ παρετάξαντο, Κούναξα καλεῖται, καὶ Βαβυλῶνος ἀπέχει σταδίους πεντακοσίους. Κῦρον δὲ πρὸ τῆς μάχης Κλεάρχου παρακαλοῦντος ἐξόπισθεν τῶν Μακεδόνων εἶναι, καὶ μὴ κινδυνεύειν αὐτὸν, εἰπεῖν φασὶ, Τί λέγεις, ὦ Κλέαρχε; σὺ κελεύεις με τὸν βασιλείας ὀρεγόμενον, ἀνάξιον εἶναι βασιλείας; ἁμαρτόντος δὲ Κύρου μέγα τὸ δῦναι προπετῶς εἰς μέσα τὰ δεινὰ καὶ μὴ φυλάξασθαι τὸν κίνδυνον, οὐχ ἧττον ἥμαρτεν, εἰ καὶ μὴ μᾶλλον Κλέαρχος, ἀντιτάξαι κατὰ τὸν βασιλέα μὴ θελήσας τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ προσμίξας τῷ ποταμῷ τὸ δεξιὸν, ὡς μὴ κυκλωθείη. τὴν γὰρ ἀσφάλειαν ἐξ ἅπαντος διώκοντα, καὶ πλεῖστον λόγον ἔχοντα τοῦ μηδὲν παθεῖν, οἴκοι μένειν ἦν κράτιστον. ὁ δὲ μυρίους σταδίους ἀπὸ θαλάσσης ἐν ὅπλοις ἀναβεβηκὼς, μηδενὸς ἀναγκάζοντος, ἀλλ᾽ ὅπως Κῦρον εἰς τὸν θρόνον καθίσῃ τὸν βασίλειον, εἶτα περισκοπῶν χώραν καὶ τάξιν, οὐκ ἀφ᾽ ἧς σώσει τὸν ἡγεμόνα καὶ μισθοδότην, ἀλλ᾽ ἐν τίνι θέμενος ἑαυτὸν ἀσφαλῶς μαχεῖται καθ᾽ ἡσυχίαν, ὅμοιος ἦν ὑπὸ δέους τῶν παρόντων ἐκβεβληκότι τοὺς περὶ τῶν ὅλων λογισμοὺς, καὶ προϊεμένῳ τὴν τῆς στρατηγίας ὑπόθεσιν. ὅτι γὰρ οὐδεὶς ἂν ὑπέμεινε τῶν τεταγμένων περὶ βασιλέα τοὺς Ἕλληνας ἐμπεσόντας, ὠσθέντων δὲ ἐκείνων, καὶ βασιλέως φεύγοντος ἢ πεσόντος, ὑπῆρχε Κύρῳ νικῶντι σώζεσθαι καὶ βασιλεύειν, ἐκ τῶν πεπραγμένων δῆλόν ἐστι.

διὸ

ſubjicit oculis, ac geſta non quaſi acta ſint, ſed agantur, ubique proponit lectori, commovetque eum perſpicuitate narrandi, ut ſi ſit periculi ſocius: ea inſanus ſim ſi repetam, niſi quæ perſequi ille omiſit ad memoriam inſignia. Igitur locus ubi pugnatum eſt, Cunaxa vocatur, qui a Babylone ſtadiis quingentis diſtat. Cyrum, quum ante prœlium moneret eum Clearchus ut pone Macedonum ordines ſe teneret, neque conjiceret in aleam ſemetipſum, ferunt reſpondiſſe, Quid ais Clearche? Tune jubes mihi qui regnum affecto, regno me ut oſtendam indignum? Offendit quidem Cyrus quod inconſulte in media ruerit pericula, neque diſcrimen declinaverit: non minus impegit Clearchus tamen, immo magis: qui Græcos regi locare ex adverſo noluit, ſed dextrum cornu, ne circumveniretur, applicuit flumini. Nam ſecuritatem undequaque quærenti, & præcipue ne quid omnino acciperet incommodi ſpectanti, manere domi præſtabat. Poſtquam vero ſpatium a mari tam immenſum in armis erat emenſus nemine urgente, tantum quo Cyrum in ſolium regium collocaret, tunc locum & ordinem circumſpicere non unde ducem ſervaret & ſtipendium præbentem, verum ubi poſitus ſecure dimicaret, id hominis erat cui præſens formido conſilia de ſumma rerum excuſſit, & qui propoſitum expeditionis finem deſeruit. Nam cohortes quæ regem ſtipabant, non excepturas Græcorum impetum fuiſſe: quibus impulſis atque fugiente vel interempto rege incolumem victorem Cyrum futurum regnaturumque, ex ipſo patet prœlii eventu.

Qua-

διὸ τὴν Κλεάρχου μᾶλλον εὐλάβειαν ἢ τὸ Κύρου θράσος αἰτιατέον, ὡς τὰ πράγματα καὶ Κῦρον ἀπολέσασαν. εἰ γὰρ αὐτὸς ἐσκόπει βασιλεὺς ὅπου τάξας τοὺς Ἕλληνας ἀβλαβεστάτοις χρήσεται πολεμίοις, οὐκ ἂν ἐξεῦρεν ἑτέραν ἢ τὴν ἀπωτάτω χώραν ἑαυτοῦ καὶ τῶν περὶ ἑαυτόν· ἀφ' ἧς οὔτε νικηθεὶς αὐτὸς ᾔσθετο, καὶ Κῦρος ἔφθη κατακοπεὶς, ἢ χρησάμενός τι τῇ Κλεάρχου νίκῃ. καίτοι Κῦρος τὸ συμφέρον οὐκ ἠγνόηκεν, ἀλλ' ἐκεῖ Κλέαρχον ἐκέλευε τάττεσθαι κατὰ μέσον. ὁ δὲ αὐτῷ μέλειν εἰπὼν ὅπως ἕξει κάλλιστα, τὸ πᾶν διέφθειρεν.

Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ὅσον ἐβούλοντο τοὺς βαρβάρους ἐνίκων, καὶ διώκοντες ἐπὶ τὸ πλεῖστον προῆλθον· Κύρῳ δὲ γενναῖον ἵππον, ἄστομον δὲ καὶ ὑβριστὴν ἐλαύνοντι, Πασάκαν καλούμενον, ὡς Κτησίας φησὶν, ἀντεξήλασεν ὁ Καδουσίων ἄρχων, Ἀρταγέρσης, μέγα βοῶν, Ὦ τὸ κάλλιστον ἐν Πέρσαις ὄνομα Κύρου καταισχύνων, ἀδικώτατε ἀνθρώπων καὶ ἀφρονέστατε, κακοὺς μὲν Ἕλληνας ἔρχῃ κακὴν ὁδὸν ἄγων ἐπὶ τὰ Περσῶν ἀγαθά· δεσπότην δὲ σεαυτοῦ καὶ ἀδελφὸν ἐλπίζων ἀναιρήσειν, ὃς σοῦ μυριάκις μυρίους δούλους ἔχει κρείσσονας. αὐτίκα δὲ πειράσῃ· πρότερον γὰρ ἀπολεῖς ἐνταῦθα τὴν σεαυτοῦ κεφαλὴν, ἢ θεάσασθαι τὸ βασιλέως πρόσωπον. ταῦτα εἰπὼν, ἐξηκόντισεν ἐπ' αὐτόν. ὁ δὲ θώραξ στερεῶς ἀντέσχε, καὶ οὐκ ἐτρώθη μὲν ὁ Κῦρος, ἐκραδάνθη δὲ, τῆς πληγῆς ἰσχυρᾶς προσπεσούσης. ἀποστρέψαντος δὲ τὸν ἵππον τοῦ Ἀρταγέρσου, βαλὼν ὁ Κῦρος ἔτυχε, καὶ διήλασε παρὰ τὴν κλεῖδα διὰ τοῦ τραχήλου τὴν αἰχμήν. τὸν μὲν οὖν Ἀρταγέρσην ἀποθανεῖν ὑπὸ Κύρου σχεδὸν

Quapropter Clearchi potius cautio quam Cyri culpanda est audacia: quod illa rem & Cyrum in præceps dederit. Si enim ipse ubi locaret Græcos circumspiceret rex Artoxerxes, quo quam minimum sibi detrimenti afferrent, locum non inveniret alium quam ab se suaque cohorte remotissimum: ex quo neque victum sensit se, & prius trucidatus Cyrus est quam ulli usui ei esset Clearchi victoria. Et quidem non fefellit Cyrum quid e re foret, sed Clearchum in media acie consistere jussit. Qui quum curæ sibi fore dixisset ut quam optime se res haberet, evertit universam.

Profligaverunt enim quantum cupiebant Græci barbaros, ac terga cædentes longissime insequuti sunt. Vehebatur Cyrus generoso equo, sed effræni & feroci, Pasaca nomine, ut est autor Ctesias. In eum præfectus Cadusiorum Artagerses invectus est, vociferans, O tu, qui præclarissimum in Persis Cyri nomen deformas, hominum scelestissime & amentissime, fortissimos viros Græcos itinere inauspicato ad diripiendas Persarum fortunas adducis, dominumque & fratrem tuum speras interficere, qui infinitos habet te præstantiores servos? Id mox experiere. Ante enim caput tuum hoc loco amittes quam faciem regis contempleris. Sic fatus, jaculum in illum torsit. Cæterum restitit valide lorica, nec vulneratus fuit Cyrus. Quia tamen gravis ictus accidit, intremuit. Quum avertisset equum Artagerses, jaculo Cyrus ingesto fixit eum, collumque secundum claviculam cuspide trajecit. Ac cæsum a Cyro Artagersem fatentur fere

δὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσι· περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ Κύρου τελευτῆς ἐπεὶ Ξενοφῶν ἁπλῶς καὶ συντόμως, ἅτε δὴ μὴ παρὼν αὐτὸς, εἶπεν, οὐδὲν ἴσως κωλύει τὰ Δείνωνος ἰδίᾳ, καὶ πάλιν τὰ Κτησίου διελθεῖν.

Φησὶν οὖν ὁ μὲν Δείνων, ὅτι τοῦ Ἀρταγέρσου πεσόντος, εἰσελάσας βιαίως ὁ Κῦρος εἰς τοὺς προτεταγμένους τοῦ βασιλέως, κατέτρωσεν αὐτοῦ τὸν ἵππον, ὁ δὲ ἀπερρύη. Τιριβάζου δὲ ἀναλαβόντος αὐτὸν ἐπ' ἄλλον ἵππον ταχὺ, καὶ εἰπόντος αὐτῷ, Ὦ βασιλεῦ, μέμνησο τῆς ἡμέρας ταύτης· οὐ γὰρ ἀξία λήθης ἐστί· πάλιν ὁ Κῦρος ἐνσείσας τῷ ἵππῳ κατέβαλε τὸν Ἀρτοξέρξην. πρὸς δὲ τὴν τρίτην ἐπέλασιν δυσανασχετήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας ὡς βέλτιόν ἐστι μὴ ζῆν, ἀντεξήλαυνε τῷ Κύρῳ προπετῶς καὶ ἀπερισκέπτως εἰς ἐναντία βέλη φερομένῳ. καὶ βάλλει μὲν αὐτὸς ἀκοντίῳ, βάλλουσι δὲ οἱ περὶ αὐτόν. πίπτει δὲ ὁ Κῦρος, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, πληγεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ὡς δὲ ἕτεροί τινες, Καρὸς ἀνθρώπου πατάξαντος, ᾧ γέρας ἔδωκε τῆς πράξεως ταύτης ὁ βασιλεὺς, ἀλεκτρυόνα χρυσοῦν ἐπὶ δόρατος ἀεὶ πρὸ τῆς τάξεως ἐν ταῖς στρατιαῖς κομίζειν. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς Κᾶρας ἀλεκτρυόνας οἱ Πέρσαι, διὰ τοὺς λόφους οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, προσηγόρευον.

Ἡ δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ἐπιτεμόντι πολλὰ συντόμως ἀπαγγεῖλαι, τοιαύτη τίς ἐστι. Κῦρος ἀποκτείνας Ἀρταγέρσην, ἤλαυνεν εἰς αὐτὸν βασιλέα τὸν ἵππον, καὶ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνον, ἀμφότεροι σιωπῇ. φθάνει δὲ βάλλων Ἀριαῖος ὁ Κύρου φίλος βασιλέα, καὶ οὐκ ἔτρωσε. βασιλεὺς δὲ ἀφεὶς τὸ δόρυ, Κύρου

fere omnes. At Cyri fatum quia Xenophon simpliciter & strictim, ut qui ipse non interfuerit, percurrit: nihil sane causæ est quin ea quæ prodidit Dinon, seorsum: inde, quæ Ctesias, referamus.

Refert ergo Dinon, postquam cecidit Artagerses, invectum magna vi Cyrum in eos qui frontem cohortis regiæ tegebant, equum regis vulnerasse, eumque ex equo defluxisse. Quum Tiribazus propere regem in alium equum imposuisset, additis hisce verbis: Memineris, rex, hujus diei, neque enim dignus est oblivione: Cyrum admisso iterum in Artoxerxem equo concussum deturbasse. Ad tertium incursum irritatus rex, præsentesque affatus, satius sibi esse non vivere, infestus equum in Cyrum concitat temere & cæco impetu in adversa tela ruentem: feritque Cyrum ipse jaculo, ferit etiam cohors ejus. Ibi Cyrus, ut nonnulli dictitant, cadit ictu regis: ut alii, ab homine Care percussus; quem præmio rex hujus facinoris donavit, ut in bello gallum aureum ex summa lancea perpetuo ante signa ferret. Etenim ipsos Caras Persæ gallos, cristarum causa quibus exornant galeas, appellabant.

Ctesiæ narratio, ut brevibus multa perstringam, hujuscemodi est: Cyrus trucidato Artagerse equum in regem permisit, & hic in illum, silentio uterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec sauciavit eum. Rex missa lancea a Cyro

Κύρου μὲν οὐκ ἔτυχε, Τισαφέρνην δὲ πιστὸν ἄνδρα Κύρῳ καὶ γενναῖον ἔβαλε καὶ κατέκτεινε. Κῦρος δ' ἐπ' αὐτὸν ἐξακοντίσας διὰ τοῦ θώρακος, ἔτρωσε τὸ στῆθος, ὅσον ἐνδῦναι δύο δακτύλους τὸ ἀκόντιον, πεσεῖν δὲ αὐτὸν ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου. φυγῆς δὲ καὶ ταραχῆς τῶν περὶ αὐτὸν γενομένης, ὁ μὲν ἀναστὰς μετ' ὀλίγων, ἐν οἷς καὶ Κτησίας ἦν, λόφον τινὰ πλησίον καταλαβὼν ἡσύχαζε· Κῦρον δὲ τοῖς πολεμίοις ἐνειλούμενον ὁ ἵππος ἐξέφερεν ὑπὸ θυμοῦ μακρὰν, ἤδη σκότους ὄντος, ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῶν φίλων. ἐπαιρόμενος δὲ τῇ νίκῃ, καὶ μεστὸς ὢν ὁρμῆς καὶ θράσους, διεξήλαυνε βοῶν, Ἐξίστασθε πενιχροί. τοῦτο δὲ Περσιστὶ πολλάκις αὐτοῦ βοῶντος, οἱ μὲν ἐξίσταντο προσκυνοῦντες· ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τοῦ Κύρου, καὶ παρατρέχων νεανίας Πέρσης, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀκοντίῳ βάλλει τὸν κρόταφον αὐτοῦ παρὰ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀγνοῶν ὅστις ἐστίν. πολὺ δὲ αἷμα τοῦ τραύματος ἐκβαλόντος, ἰλιγγιάσας καὶ καρωθεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὑπεκφυγὼν ἐπλάζετο· τὸν δ' ἐφίππιον πῖλον ἀποῤῥυέντα λαμβάνει τοῦ τὸν Κῦρον βαλόντος ἀκόλουθος, αἵματος περίπλεω. τὸν δὲ Κῦρον ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις, εὐνοῦχοι τινὲς παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρουν ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναθέσθαι, καὶ σώζειν. ἀδυνάτως δ' ἔχοντα, καὶ δι' αὐτοῦ προθυμούμενον βαδίζειν, ὑπολαβόντες ἦγον· τῷ μὲν σώματι καρηβαροῦντα καὶ σφαλλόμενον, οἰόμενον δὲ νικᾶν, ἀκούοντα τῶν φευγόντων ἀνακαλουμένων Κῦρον βασιλέα, καὶ φείδεσθαι δεομένων. ἐν δὲ τούτῳ, Καύνιοί τινες ἄνθρωποι κακόβιοι καὶ ἄποροι, καὶ ταπεινῶν ὑπουργημάτων ἕνεκα τῇ τοῦ βασιλέως

στρα-

ro aberravit, Tiſſaphernem autem, fidum Cyro & fortem virum, percuſſit atque interemit. Cyrus interno per loricam regis jaculo vulnus pectori illius ingeſſit duos digitos altum: unde ille ictus vi defluxit ex equo ad terram. Fuga & tumultu cohortis regiæ edito, rex aſſurgens cum paucis, inter quos fuit Cteſias, tumulum vicinum cepit, ubi tenuit ſe quietum. Cyrum inter hoſtes volitantem equus ferox longe abſtulit, nec tenebris jam cognoſcebatur ab hoſtibus, & ab amicis quærebatur. Erectus autem victoria, ardoriſque & fiduciæ plenus, per medios vehebatur hoſtes, clamans, Cedite miſeri. Dum hoc identidem lingua Perſica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti ejus defluxiſſet, prætercurrens adoleſcens Perſes, Mithridati nomen erat, tempus Cyri jaculo ſecundum oculum ferit, inſcius qui ſit. Eructante vim ſanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine & ſopore collabitur. Equus fugiens aberrabat. Stratum equi prolapſum capit comes illius qui Cyrum percuſſit, ſanguine redundantem. Cyrum ex plaga ægre tandem colligentem ſe aſſiſtentes eunuchi pauci alteri equo impoſuere, quo eriperent eum: quem equitandi impotentem, pedibuſque connitentem ire, ſuſtinentes ducebant, corpore quidem ob vulnus in capite acceptum gravem ceſpitantemque, ſed victorem arbitrantem ſe quod fugientes audiret Cyrum regem alta voce appellantes, atque ut parceret ipſis orantes. Interea Caunii quidam homines tenues inopeſque, qui humilium miniſteriorum gratia regis

caſtra

στρατιᾷ παρακολουθοῦντες, ἔτυχον ἀναμιχθέντες ὡς φίλοι τοῖς περὶ τὸν Κῦρον. ὡς δὲ μόλις συνεῖδον τὰ περιθωρακίδια φοινικᾶ, λευκοῖς χρωμένων τῶν βασιλικῶν ἁπάντων, ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. εἷς οὖν ἐκείνων ἐτόλμησεν ἀγνοῶν ἐξόπισθεν βαλεῖν τὸν Κῦρον ἀκοντίῳ. τῆς δὲ περὶ τὴν ἰγνύαν φλεβὸς ἀναρραγείσης, πεσὼν ὁ Κῦρος, ἅμα παίει πρός τινι λίθῳ τὸν τετρωμένον κρόταφον, καὶ ἀποθνήσκει. τοιοῦτος μὲν ὁ Κτησίου λόγος, ᾧ, καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ, μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνῄρηκεν.

Ἤδη δὲ αὐτοῦ τεθνηκότος, Ἀρτασύρας ὁ βασιλέως ὀφθαλμὸς ἔτυχεν ἵππῳ παρεξελαύνων. γνωρίσας οὖν τοὺς εὐνούχους ὀλοφυρομένους, ἠρώτησε τὸν πιστότατον αὐτῶν, Τίνα τοῦτον ὦ Παρίσκα κλαίεις παρακαθήμενος; ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχ ὁρᾷς ὦ Ἀρτασύρα Κῦρον τεθνηκότα; θαυμάσας οὖν ὁ Ἀρτασύρας, τῷ μὲν εὐνούχῳ θαρρεῖν παρεκελεύσατο καὶ φυλάττειν τὸν νεκρόν· αὐτὸς δὲ συντείνας πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, ἀπεγνωκότα μὲν ἤδη τὰ πράγματα, κακῶς δὲ καὶ τὸ σῶμα διακείμενον ὑπό τε δίψης καὶ τοῦ τραύματος, χαίρων φράζει ὡς αὐτὸς ἴδοι τεθνηκότα Κῦρον. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εὐθὺς ὥρμησεν αὐτὸς ἰέναι, καὶ τὸν Ἀρτασύραν ἄγειν ἐκέλευσεν ἐπὶ τὸν τόπον· ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν λόγος τῶν Ἑλλήνων καὶ φόβος ὡς διωκόντων, καὶ πάντα νικώντων καὶ κρατούντων, ἔδοξε πλείονας πέμψαι τοὺς κατοψομένους· καὶ τριάκοντα λαμπάδας ἔχοντες ἐπέμφθησαν. αὐτῷ δὲ μικρὸν ἀπολείποντι τοῦ τεθνάναι διὰ τὸ δίψην, Σατιβαρζάνης ὁ εὐνοῦχος περιθέων ἐζήτει ποτόν. οὐ γὰρ εἶχε τὸ χωρίον ὕδωρ, καὶ οὐδὲ ἦν ἐγγὺς τὸ στρατόπεδον. μόλις οὖν ἐπιτυγχάνει

τῶν

castra sequebantur, confusi forte ut amici fuere cum illis qui circa Cyrum erant. Hi ut tandem punicea sagula eorum advertere, quum regii haberent omnes candida, intellexerunt hostes esse. Ita unus eorum ausus est, ignarus qui esset, Cyrum jaculo a tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapsus Cyrus tempus simul saucium ad saxum offendit, unde animam exhalavit. Hæc Ctesiæ verba sunt: quibus quasi hebeti mucrone vix tandem interficiens hominem eum sustulit.

Quo jam fato functo regis explorator Artasyras forte equo prætervectus est. Hic eunuchos lamentantes agnoscens, fidissimum ex his rogavit, Cuinam huic, Parisca, quem defleas, assides? Ille respondit, Non cernis exanimem, Artasyra, Cyrum? Igitur Artasyras mirabundus confirmavit eunuchum, & asservare jussit cadaver. Ipse citato ad Artoxerxem cursu, despondenti jam animum, & corpore graviter tam siti quam vulnere afflicto, ovans renuntiat mortuum suis oculis se Cyrum conspexisse. Ille vero primum ipse e vestigio intendit eo pergere, atque Artasyræ jussit ut ad locum duceret se. Cæterum quia multus rumor de Græcis & timor erat, quod fugientes dicerentur consectari, & undique victores esse atque profligasse suos: visum est complures speculatum mittere. Missi sunt triginta cum facibus. At regi tantum non siti enecto eunuchus Satibarzanes circumcursitans potum investigavit. Quippe erat locus ille sine aqua, & procul distabant castra. Tandem incidit in unum ex

Cau-

τῶν Καυνίων ἐκείνων τῶν κακοβίων ἑνὸς, ἐν ἀσκίῳ φαύλῳ διεφθαρμένον ὕδωρ καὶ πονηρὸν ἔχοντος, ὅσον ὀκτὼ κοτύλας· καὶ λαβὼν τοῦτο καὶ κομίσας βασιλεῖ δίδωσιν. ἐκπιόντα δὲ ἅπαν ἠρώτησεν εἰ μὴ πάνυ δυσχεραίνοι τὸ ποτόν. ὁ δὲ ὤμοσε τοὺς Θεοὺς, μήτε οἶνον ἡδέως οὕτως πώποτε πεπωκέναι, μήτε ὕδωρ τὸ κουφότατον καὶ καθαρώτατον. ὥστε, ἔφη, τὸν δόντα σοι τοῦτο ἄνθρωπον ἂν ἐγὼ μὴ δυνηθῶ ζητήσας ἀμείψασθαι, τοὺς Θεοὺς εὔχομαι ποιῆσαι μακάριον καὶ πλούσιον.

Ἐν δὲ τούτῳ προσήλαυνον οἱ τριάκοντα λαμπροὶ καὶ περιχαρεῖς, ἀναγγέλλοντες αὐτῷ τὴν ἀνέλπιστον εὐτυχίαν. ἤδη δὲ καὶ πλήθει τῶν συντρεχόντων πάλιν πρὸς αὐτὸν καὶ συνισταμένων ἐθάῤῥει, καὶ κατέβαινεν ἀπὸ τοῦ λόφου φωτὶ πολλῷ περιλαμπόμενος. ὡς δὲ ἐπέστη τῷ νεκρῷ, καὶ κατὰ δή τινα νόμον Περσῶν ἡ δεξιὰ χεὶρ ἀπεκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομισθῆναι· καὶ τῆς κόμης δραξάμενος οὔσης βαθείας καὶ λασίας, ἐπεδείκνυεν τοῖς ἀμφιδοξοῦσιν ἔτι καὶ φεύγουσιν. οἱ δὲ ἐθαύμαζον καὶ προσεκύνουν· ὥστε ταχὺ μυριάδας ἑπτὰ περὶ αὐτὸν γενέσθαι, καὶ συνεισελάσαι πάλιν εἰς τὸ στρατόπεδον. ἐξεληλάκει δὲ, ὡς ὁ Κτησίας φησὶν, ἐπὶ τὴν μάχην τεσσαράκοντα μυριάσιν. οἱ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα πολὺ πλείονας γενέσθαι λέγουσι τὰς μεμαχημένας. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας ἐνακισχιλίους ἀνενεχθῆναι φησὶ πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, αὐτῷ δὲ δισμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς κειμένους. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει διαμφισβήτησιν· ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη ψεῦσμα, τὸ πεμφθῆναι φάναι πρὸς τοὺς Ἕλλη-

Cauniis illis egenis qui sordido in utriculo aquam putridam & vitiosam habebat ad octo heminas. Hunc arripit atque ad regem portat. Quum totum exhausisset rex, quæsivit de eo numne magnam nauseam movisset ei potus? Ille per Deos juravit, nec vinum unquam jucundius se potasse, nec aquam vel levissimam & limpidissimam. Itaque si minus ego, inquit, hominem qui eam tibi dedit, invenire, ut parem referam ei gratiam, valeam, Deos precor ut beatum & opulentum efficiant.

Interea recurrerunt triginta illi alacres atque exultantes, insperatamque ei felicitatem annuntiavere. Jam multitudine quoque denuo ad eum confluentium & coeuntium fultus, de colle ad crebra lumina descendit. Ut astitit cadaveri, atque ex lege quapiam Persarum dextra caputque a corpore detruncata fuere, caput ejus adferri jussit: comaque prolixa & spissa correpta fluctuantibus adhuc atque in fugam effusis ostendit. Obstupuerunt illi, eumque adoraverunt, atque ita brevi septuaginta millia militum aggregaverunt ad eum se, unaque in castra rediere. Eduxerat, ut Ctesias autor est, in aciem quadringenta millia. Dinon & Xenophon multo plures fuisse qui pugnaverunt memorant. Inito cæsorum numero Ctesias novem millia capitum relata perhibet ad Artoxerxem: sibi vero non minus viginti millia visos qui ceciderant. Verum hæc in controversia fuere. Illud vero jam Ctesiæ nobile est mendacium, qui se cum Zacynthio Phayllo & qui-

Ἕλληνας αὐτὸν μετὰ Φαΰλλου τοῦ Ζακυνθίου καί τινων ἄλλων. ὁ γὰρ Ξενοφῶν ἠπίστατο συνδιατρίβοντα βασιλεῖ Κτησίαν. μέμνηται γὰρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐντετυχὼς δῆλός ἐστιν. οὐκ ἂν οὖν ἐλθόντα, καὶ λόγων τοσούτων ἑρμηνέα γενόμενον, παρῆκεν ἀνώνυμον, Φάϋλλον δὲ τὸν Ζακύνθιον ὠνόμαζεν. ἀλλὰ δαιμονίως ὁ Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὤν, καὶ οὐχ ἧττον φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας ἐν τῇ διηγήσει χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν· ἐν αἷς γενόμενος πολλὰ καὶ καλὰ μιμνήσκεται Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαίμονος.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην δῶρα κάλλιστα μὲν ἐξέπεμψε καὶ μέγιστα τῷ Ἀρταγέρσου παιδί, τοῦ πεσόντος ὑπὸ Κύρου· καλῶς δὲ καὶ Κτησίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπετίμησεν. τὸν δὲ Καύνιον ἐκεῖνον ἐξανευρών, ὃς ἐπέδωκε τὸ ἀσκίον, ἐξ ἀδόξου καὶ πένητος ἔντιμον καὶ πλούσιον ἐποίησεν. ἦν δέ τις ἐμμέλεια καὶ περὶ τὰς τῶν ἐξαμαρτανόντων δικαιώσεις. Ἀρβάκην μὲν γάρ τινα Μῆδον ἐν τῇ μάχῃ πρὸς Κῦρον φυγόντα, καὶ πάλιν ἐκείνου πεσόντος μεταστάντα, δειλίαν καὶ μαλακίαν καταγνούς, οὐ προδοσίαν οὐδὲ κακόνοιαν, ἐκέλευσε γυμνὴν ἀναλαβόντα πόρνην περιβάδην ἐπὶ τοῦ τραχήλου δι' ἡμέρας ὅλης ἐν ἀγορᾷ περιφέρειν. ἑτέρου δὲ πρὸς τῷ μεταστῆναι ψευσαμένου καταβαλεῖν δύο τῶν πολεμίων, προσέταξε διαπεῖραι τρισὶ βελόναις τὴν γλῶτταν. οἰόμενος δὲ καὶ βουλόμενος δοκεῖν καὶ λέγειν πάντας ἀνθρώπους ὡς αὐτὸς ἀπέκτονε Κῦρον, Μιθριδάτῃ τῷ βαλόντι πρώτῳ Κῦρον ἐξέπεμψε δῶρα, καὶ λέγειν ἐκέλευσε τοὺς διδόντας, ὡς τούτοις σε τιμᾷ ὁ βασιλεὺς ὅτι τὸν ἐφίππιον

quibusdam aliis missum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Ctesiam. Siquidem meminit ejus, & constat hosce libros eum volvisse. Quare nuntium eum & tantæ fuisse legationis interpretem non præterisset tacitum: præsertim cum Phayllum Zacynthium nominarit. Sed mire scilicet ambitiosus Ctesias, nec secius Laconum & Clearchi studiosus, passim in historia aliquas sibi ipsi attribuit partes: in quibus quum est, multa & præclara de Clearcho commemorat & de Lacedæmone.

Secundum prœlium eximia dona & maxima Artagersis, qui a Cyro fuerat interemptus, filio misit. Magnifice etiam Ctesiam cæterosque honoravit. Præterea reperit Caunium illum qui utriculum dederat: hunc ex obscuro & inope celebrem reddidit & lautum. Præstitit & insontibus plectendis se moderatum. Siquidem Arbaci cuidam Medo, qui in conflictu perfugerat ad Cyrum, mox perempto illo se receperat ad ipsum, timiditatis & ignaviæ notam inurens, non proditionis vel improbitatis, imperavit ut nudum collo impositum equitantis modo scortum per integrum diem circumferret in foro. Alteri qui præter transitionem mentitus fuerat duos hostes se obtruncasse, jussit tribus acubus trajici linguam. Quum vero arbitraretur & omnium hominum vellet existimationem & sermonem esse interfectum ab se Cyrum: Mithridati, qui Cyrum sauciaverat primus, dona misit, præcepitque iis qui dona ferebant, referre, Hisce te præmiis rex ornat, quod stra-

πιον Κύρου πῖλον εὑρὼν ἀνήνεγκας. τοῦ δὲ Καρὸς ὑφ' οὗ τὴν ἰγνύαν πληγεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε καὶ αὐτοῦ δωρεὰν αἰτοῦντος, ἐκέλευσεν εἰπεῖν τοὺς διδόντας, ὅτι σοι ταῦτα δίδωσι βασιλεὺς εὐαγγελίων δευτερεῖα. πρῶτος γὰρ Ἀρτασύρας, μετ' ἐκεῖνον δὲ σὺ τὴν Κύρου τελευτὴν ἀπήγγειλας. ὁ μὲν οὖν Μιθριδάτης ἀπῆλθε σιωπῇ λυπούμενος· τὸν δὲ ἄθλιον Κᾶρα κοινόν τι πάθος ὑπὸ ἀβελτερίας κατέσχε. διαφθαρεὶς γὰρ ὑπὸ τῶν παρόντων, ὡς ἔοικεν, ἀγαθῶν, καὶ ἀναπεισθεὶς εὐθὺς ἀντιποιεῖσθαι τῶν ὑπὲρ αὐτόν, οὐκ ἠξίου τὰ δοθέντα μισθὸν εὐαγγελίων ἔχειν, ἀλλ' ἠγανάκτει μαρτυρόμενος καὶ βοῶν, ὅτι Κῦρον οὐδεὶς ἕτερος ἀλλ' αὐτὸς ἀπεκτόνοι, καὶ τὴν δόξαν οὐ δικαίως ἀποστεροῖτο. ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ βασιλεύς, σφόδρα παρωξύνθη, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκέλευσεν ἀποτεμεῖν τοῦ ἀνθρώπου. παροῦσα δὲ ἡ μήτηρ, Μὴ σύ γε, εἶπεν, οὕτω τὸν Κᾶρα τοῦτον, ὦ βασιλεῦ, τὸν ὀλέθριον ἀπαλλάξῃς, ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ τὸν ἄξιον ἀπολήψεται μισθὸν ὧν τολμᾷ λέγειν. ἐπιτρέψαντος δὲ τοῦ βασιλέως, ἐκέλευσε τοὺς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν ἡ Παρύσατις λαβόντας τὸν ἄνθρωπον, ἐφ' ἡμέρας δέκα στρεβλοῦν, εἶτα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξαντας, εἰς τὰ ὦτα θερμὸν ἐντήκειν χαλκόν, ἕως ἀποθάνοι.

Κακῶς δὲ ἀπώλετο καὶ Μιθριδάτης μετ' ὀλίγον χρόνον ἐκ τῆς αὐτῆς ἀβελτερίας. κληθεὶς γὰρ ἐπὶ δεῖπνον, ἔνθα καὶ βασιλέως καὶ τῆς μητρὸς εὐνοῦχοι παρῆσαν, ἧκεν ἐσθῆτι χρυσῇ κεκοσμημένος, οἷς ἔλαβε παρὰ βασιλέως. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ δειπνεῖν ἀφίκοντο, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ μέγιστον δυνάμενος τῶν Παρυσάτιδος εὐνούχων, Ὡς καλὴν μὲν ἐσθῆτά σοι ταύτην, Μιθριδάτης,

stratum equi, quem invenisti, retuleris ei Cyri. Cari quoque, a quo in poplite Cyrus vulneratus occubuit, præmium flagitanti, nuntiare quos misit cum dono injunxit, Hoc donum tibi rex, quod secundus felicem nuntium ei attuleris, mandavit dari. Primus enim Artasyras, secundum illum tu Cyri excessum attulisti. Ac Mithridates cum offensione tacitus abscessit. Miserum Carem idem qui stolidos solet, tenuit morbus. Quippe præsenti gestiens fortuna, inductusque statim ad afferendum ea quæ supra sortem suam erant, dedignatus est oblatum prosperi nuntii præmium accipere, sed fremuit, testans Deos clamitansque ab nullo Cyrum alio quam ab se peremptum: qua gloria immeritò se spoliari. Quibus relatis majorem in modum exarsit rex, ac cervicem homini abscindi imperavit. Assistens autem mater regis, Tu vero noli permittere, inquit, Carem hunc nefarium tam levi defungi pœna, sed mercedem a me recipiet temeraria lingua dignam sua. Permittente ei rege, jussit carnificibus Parysatis ut abriperent hominem, ac per dies decem excruciarent, inde oculis effossis in aures fervens æs instillarent, dum exspiraret.

Misere item periit brevi post ex væcordia sua Mithridates. Invitatus ad cœnam, cui & regis & ejus matris eunuchi intererant, accessit ad convivium veste & auro, quæ acceperat a rege, comptus. Inter epulandum ille qui inter Parysatidis eunuchos poterat apud illam plurimum, affatur eum, Ut elegantem hanc tibi vestem, Mithridate,

της, ὁ βασιλεὺς δέδωκε, καλὰ δὲ στρεπτὰ καὶ ψέλλια· πολλοῦ δὲ ἄξιος ὁ ἀκινάκης. ἢ μακάριόν σε καὶ περίβλεπτον ἅπασι πεποίηκεν. ἤδη δὲ μεθύων ὁ Μιθριδάτης, Τί δὲ ταῦτά ἐστιν, εἶπεν, ὦ Σπαραμίξη· μειζόνων γὰρ ἐγὼ καὶ καλλιόνων βασιλεῖ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἄξιον ἐμαυτὸν παρέσχον. καὶ ὁ Σπαραμίξης ἐπιμειδιάσας, φθόνος μὲν οὐδεὶς, ὦ Μιθριδάτα, εἶπεν· ἐπεὶ δέ φασιν Ἕλληνες οἶνον καὶ ἀλήθειαν εἶναι, τί λαμπρὸν ὦ τὰν, ἢ μέγα, πῖλον εὑρεῖν ἵππου περιῤῥυέντα, καὶ τοῦτον ἀνενεγκεῖν; ταῦτα δὲ οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἀληθὲς ἔλεγεν, ἀλλὰ βουλόμενος ἐκκαλύψαι πρὸς τοὺς παρόντας, ὑπεκίνει τὴν κουφότητα τοῦ ἀνθρώπου, λάλου καὶ ἀκρατοῦς γεγονότος διὰ τὸν οἶνον. εἶπεν οὖν μὴ κατασχὼν, Ὑμεῖς μὲν, ὅ,τι βούλεσθε πίλους λέγετε καὶ φλυάρους· ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω διαῤῥήδην, ὑπὸ ταύτης ἀνῃρῆσθαι Κῦρον τῆς χειρός. οὐ γὰρ ὡς Ἀρταγέρσης, ἠκόντισα κενὸν καὶ μάταιον, ἀλλὰ τοῦ μὲν ὀφθαλμοῦ μικρὸν ἥμαρτον, τοῦ δὲ κροτάφου τυχὼν καὶ διελάσας, κατέβαλον τὸν ἄνδρα· καὶ τέθνηκεν ὑπ' ἐκείνου τοῦ τραύματος. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι τὸ τέλος ἤδη τοῦ Μιθριδάτου καὶ τὴν κακοδαιμονίαν ὁρῶντες, εἰς τὴν γῆν ἔκυψαν· ὁ δὲ ἑστιῶν αὐτοὺς, ὦ τὰν, ἔφη, Μιθριδάτα, πίνωμεν ἐν τῷ παρόντι καὶ ἐσθίωμεν, τὸν βασιλέως δαίμονα προσκυνοῦντες, λόγους δὲ μείζους ἢ καθ' ἡμᾶς ἐάσωμεν.

Ἐκ τούτου, τῇ μὲν Παρυσάτιδι φράζει τὸν λόγον ὁ εὐνοῦχος, ἐκείνη δὲ τῷ βασιλεῖ, βασιλεὺς δὲ ἠγανάκτησεν, ὥσπερ ἐλεγχόμενος, καὶ τὸ κάλλιστον καὶ ἥδιστον ἀπολλύων τῆς νίκης. ἐβούλετο γὰρ βαρβάρους ἅπαντας πεπεῖσθαι καὶ Ἕλληνας,

te, rex donavit, elegantes etiam torques & armillas, jam pretiosum acinacem. Quam beatum te & omnibus reddidit suspiciendum. Temulentus jam Mithridates, Quæ hæc, sunt, inquit, Sparamixe? Nempe majora ego & præclariora, quo die conflictum est, sum meritus a rege. Cui arridens Sparamixes, Nihil equidem, infit, invideo, Mithridate: verum, quoniam aiunt Græci in vino veritatem esse, quid præclari sodes aut magni est equo delapsum invenisse stratum, atque hunc retulisse? Id non, quo rem ignoraret, jactavit: sed ut rem præsentibus arbitris ille effutiret, loquacis & impotentis jam ex vino sui stimulabat levitatem. Igitur non temperavit quin diceret, Vos, ut libet, strata commemorate & ejusscemodi quisquilias: ego diserte vobis affirmo interfectum hac manu Cyrum. Neque enim ut Artagerses jaculum torsi irritum & vanum, sed paululum aberravi ab oculo, fixoque & trajecto tempore illum prostravi: quo ex vulnere interiit. Hic cæteri exitum jam & funestam sortem cernentes Mithridatis in terram oculos dejecere. At convivator, Heus tu, inquit, Mithridate, bibamus nunc & epulemur, regis fortunam adorantes. Verba forte nostra majora valeant.

Inde sermonem Parysatidi indicat eunuchus, illa regi. Rex ira flagravit, quasi revinceretur, pulcherrimumque & jucundissimum amitteret victoriæ decus. Volebat enim omnibus barbaris & Græcis persuasum,

Ἕλληνας, ὡς ἐν ταῖς ἐξελάσεσι καὶ συμπλοκαῖς δοὺς καὶ λαβὼν πληγὴν, ἐτρώθη μὲν αὐτὸς, ἔκτεινε δὲ ἐκεῖνον. ἐκέλευσε γοῦν τὸν Μιθριδάτην ἀποθανεῖν σκαφευθέντα. τὸ δὲ σκαφευθῆναι, τοιοῦτόν ἐστι· σκάφας δύο πεποιημένας ἐφαρμόζειν ἀλλήλαις λαβόντες, εἰς τὴν ἑτέραν κατακλίνουσι τὸν κολαζόμενον ὕπτιον· εἶτα τὴν ἑτέραν ἐπάγοντες καὶ συναρμόζοντες, ὥστε τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἔξω καὶ τοὺς πόδας ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἀποκεκρύφθαι, διδόασιν ἐσθίειν τῷ ἀνθρώπῳ. κἂν μὴ θέλῃ, προσβιάζονται, κεντοῦντες τὰ ὄμματα· φαγόντι δὲ, πιεῖν μέλι, καὶ γάλα συγκεκραμένον ἐγχέουσιν εἰς τὸ στόμα, καὶ κατὰ τοῦ προσώπου καταχέουσιν. εἶτα πρὸς τὸν ἥλιον ἀεὶ στρέφουσιν ἐναντία τὰ ὄμματα, καὶ μυιῶν προσκαθημένων πλῆθος πᾶν ἀποκρύπτεται τὸ πρόσωπον. ἐντὸς δὲ ποιοῦντος ὅσα ποιεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι ἐσθίοντας ἀνθρώπους καὶ πίνοντας, εὐλαὶ καὶ σκώληκες ὑπὸ φθορᾶς καὶ σηπεδόνος ἐκ τοῦ περιττώματος ἀναζέουσιν, ὑφ' ὧν ἀναλίσκεται τὸ σῶμα διαδυομένων εἰς τὰ ἐντός. ὅταν γὰρ ἤδη φανερὸς ᾖ τεθνηκὼς ὁ ἄνθρωπος, ἀφαιρεθείσης τῆς ἐπάνω σκάφης, ὁρῶσι τὴν μὲν σάρκα κατεδηδεσμένην, περὶ δὲ τὰ σπλάγχνα τοιούτων θηρίων ἑσμοὺς ἐσθιόντων καὶ προσπεφυκότων. οὕτως ὁ Μιθριδάτης ἑπτακαίδεκα ἡμέρας φθειρόμενος μόλις ἀπέθανε.

Λοιπὸς δ' ἦν τῇ Παρυσάτιδι σκοπὸς, ὁ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Κύρου Μεσαβάτης, βασιλέως εὐνοῦχος. ὡς οὖν αὐτὸς οὐδεμίαν καθ' ἑαυτοῦ λαβὴν παρεδίδου, τοιοῦτον ἐπιβουλῆς τρόπον ἡ Παρύσατις συνέθηκεν. ἦν τά τε ἄλλα θυμόσοφος γυνὴ καὶ δεινὴ κυβεύειν· διὸ καὶ βασιλεῖ πρὸ

suasum, in impressionibus & concursibus quum inferret & acciperet plagam, hinc se vulneratum fuisse, hinc se Cyrum interfecisse. Itaque necari Mithridatem scaphis jussit. Est id supplicii hujuscemodi genus. Scaphas duas inter se congruentes accipiunt: in alteram supinum eum qui pœnæ est destinatus, locant: inde inducunt alteram, & coaptant ita, ut caput manus & pedes exerantur, reliquum sit inclusum corpus; tum cibum homini præbent; quem si rejiciat, compellunt eum, oculos fodicantes, sumere. A cibo mel & lac confusum ei ad potum infundunt: tum ad solem obvertunt assidue oculos ejus, ut incubantium examine muscarum tota integatur facies. Quum autem intus faciat quæ homines qui edunt & bibunt, necesse habent, tineæ & lumbrici ex tabe & putredine excrementorum proveniunt: a quibus corpus in viscera penetrantibus consumitur. Postquam enim constat exspirasse hominem, ablata superiore scapha carnem cernunt corrosam, & ejusmodi vermium examina mordicus affixorum visceribus, eaque adedentium. Ad hunc modum Mithridates septemdecim dies tabescens tandem interiit.

Supererat Parysatidi quem peteret, ille qui caput & manum Cyri præciderat, Mesabates regis eunuchus. Hic ubi ansam dedit ipse adversus se nullam, hanc technam est in caput ejus Parysatis comm[illegible]nta. Fuit cætera ingeniosa sua sponte mulier & alea ludendi artifex. Quare ante bellum

πρὸ τοῦ πολέμου πολλάκις συνεκύβευε· μετὰ δὲ τὸν πόλεμον δή ποτε τὸν Ἀρτοξέρξην ὡρμημένον ἀλύειν σχολῆς οὔσης προὐκαλεῖτο περὶ χιλίων δαρεικῶν κυβεῦσαι· καὶ κυβεύοντα περιεῖδε νικῆσαι, καὶ τὸ χρυσίον ἀπέδωκε. προσποιουμένη δὲ ἀνιᾶσθαι καὶ φιλονεικεῖν, ἐκέλευσεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς περὶ εὐνούχου διακυβεῦσαι· κἀκεῖνος ὑπήκουσε. ποιησάμενοι δὲ συνθήκας, πέντε μὲν ἑκάτερον ὑπεξελέσθαι τοὺς πιστοτάτους, ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν, ὃν ἂν ὁ νικῶν ἕληται, δοῦναι τὸν ἡττώμενον ἐπὶ τούτοις ἐκύβευον. σφόδρα δὲ γενομένη πρὸς τῷ πράγματι, καὶ σπουδάσασα περὶ τὴν παιδιάν, εὖ δέ πως αὐτῇ καὶ τῶν κύβων πεσόντων, νικήσασα λαμβάνει τὸν Μεσαβάτην. οὐ γὰρ ἦν ἐν τοῖς ὑπεξῃρημένοις. καὶ πρὶν ἐν ὑποψίᾳ βασιλέα γενέσθαι τοῦ πράγματος, ἐγχειρίσασα τοῖς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν, προσέταξεν ἐκδεῖραι ζῶντα· καὶ τὸ μὲν σῶμα πλάγιον διὰ τριῶν σταυρῶν ἀναπῆξαι, τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπατταλεῦσαι. γενομένων δὲ τούτων, καὶ βασιλέως χαλεπῶς φέροντος, καὶ παροξυνομένου πρὸς αὐτήν, εἰρωνευομένη μετὰ γέλωτος, ὡς ἡδύς, ἔφασκεν, εἶ καὶ μακάριος, εἰ χαλεπαίνεις διὰ γέροντα πονηρὸν εὐνοῦχον, ἐγὼ δὲ χιλίους ἐκκυβευθεῖσα δαρεικοὺς σιωπῶ καὶ στέργω. βασιλεὺς μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἐξηπατήθη μεταμελόμενος, ἡσυχίαν ἦγεν· ἡ δὲ Στάτειρα καὶ πρὸς τἆλλα φανερῶς ἠναντιοῦτο, καὶ τούτοις ἐδυσχέραινεν, ὡς ἄνδρας εὐνούχους καὶ πιστοὺς βασιλεῖ διὰ Κῦρον ὠμῶς καὶ παρανόμως ἀπολλυούσης αὐτῆς.

Ἐπεὶ δὲ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς Τισαφέρνης ἐξηπάτησεν καὶ παρα-

bellum crebro cum rege ludebat alea, & post bellum restituta in gratiam, eam familiaritatem non declinabat regis, & ut cum eo luderet, atque amorum conscia administraque in iis & adjutrix esset: ac plane minimam ejus fruendi & cum eo consuetudinem habendi Statiræ faciebat copiam, cum supra omnes illi infesta, tum plurimum ipsa affectans apud regem posse. Igitur quum captasset aliquando languentem otio Artoxerxem, provocavit eum ad alea in mille Daricos ludendum, ac vincere jactu ei permisit, repræsentavitque argentum. Simulans autem dolere ac pungi victam se, petivit ut de integro aleam jacerent de eunucho. Gessit ei morem ille: pacti, ut quinos uterque reciperet fidissimos, ex reliquis quem victor legisset, ut daret victus: hac lege luserunt. Quum intenta esset atque in ludum incubuisset, præterea cecidisset ei feliciter alea, victrix Mesabatem sumit: neque enim de exemptis erat, & prius quam quid ageretur, odoraretur rex, tradidit eum carnificibus, vivumque præcepit excoriari, ac corpus transversum in tres sustolli cruces, & pellem seorsum palo suffigi. His actis quum accensus rex in eam stomacharetur, illa cum risu cavillata, Hominem jucundum, inquit, & egregium, qui senis improbi eunuchi excandescis gratia: ego mille alea perditis Daricis taceo & acquiesco. Ita rex impositum sibi esse dolens, obticuit. At Statira cum alias aperte illam oppugnabat, tum hæc ferebat moleste, quod eunuchos & regi fideles crudeliter violenterque Cyri causa interficeret.

Postquam Clearchum aliosque duces interposito jurejurando circumvenit Tissaphernes,

παρεσπόνδησεν ὅρκων γενομένων, καὶ συλλαβὼν ἀνέπεμψεν ἐν πέδαις δεδεμένους, δεηθῆναί φησιν αὐτοῦ τὸν Κλέαρχον ὁ Κτησίας, ὅπως κτενὸς εὐπορήσειε. τυχόντα δὲ καὶ τημελήσαντα τὴν κεφαλὴν, ἡσθῆναί τε τῇ χρείᾳ, καὶ τὸν δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς καὶ οἰκείους· εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφραγῖδι, Καρυάτιδας ὀρχουμένας. τὰ δὲ πεμπόμενα σιτία τῷ Κλεάρχῳ τοὺς συνδεδεμένους στρατιώτας ἀφαιρεῖσθαι καὶ καταναλίσκειν, ὀλίγα τῷ Κλεάρχῳ διδόντας ἀπ' αὐτῶν. ἰᾶσθαι δὲ καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας, πλείονα τῷ Κλεάρχῳ πέμπεσθαι διαπραξάμενος, ἰδίᾳ δὲ ἕτερα τοῖς στρατιώταις δίδοσθαι· καὶ ταῦτα μὲν ὑπουργῆσαι καὶ παρασχεῖν, χάριτι καὶ γνώμῃ τῆς Παρυσάτιδος. πεμπομένου δὲ καθ' ἡμέραν τῷ Κλεάρχῳ κωλῆνος ἐπὶ τοῖς σιτίοις, παρακαλεῖν αὐτὸν καὶ διδάσκειν, ὡς χρὴ μικρὸν εἰς τὸ κρέας ἐμβαλόντα μαχαίριον, ἀποκρύψαντα πέμψαι, καὶ μὴ περιιδεῖν ἐν τῇ βασιλέως ὠμότητι τὸ τέλος αὐτοῦ γενόμενον. αὐτὸν δὲ φοβούμενον μὴ ἐθελῆσαι· βασιλέα δὲ τῇ μὲν μητρὶ παραιτουμένῃ μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον, ὁμολογῆσαι καὶ ὀμόσαι· πεισθέντα δὲ αὖθις ὑπὸ τῆς Στατείρας, ἀποκτεῖναι πάντας πλὴν Μένωνος. ἐκ δὲ τούτου τὴν Παρύσατιν ἐπιβουλεῦσαι τῇ Στατείρᾳ, καὶ συσκευάσασθαι τὴν φαρμακείαν κατ' αὐτῆς· οὐκ εἰκότα λέγων, ἀλλὰ πολλὴν ἀλογίαν ἔχοντα τῆς αἰτίας· εἰ δεινὸν ἔργον οὕτως ἔδρασε καὶ παρεκινδύνευσεν ἡ Παρύσατις, διὰ Κλέαρχον ἀνελεῖν τολμήσασα τὴν γνησίαν βασιλέως γυναῖκα, καὶ τέκνων κοινωνὸν ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ἐπιτραγῳδεῖται τῇ Κλεάρ-

χου

nes, comprehensosque & vinculis astrictos ad regem misit: rogatum refert se a Clearcho Ctesias ut pectinis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque pectinis usu, & annulum suum amicitiæ mutuæ ad necessarios & familiares Lacedæmone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, a concaptivis militibus interversa & consumpta, pauca vero ex illis relicta Clearcho. Cui rei etiam refert se remedium Ctesias adhibuisse, effecisseque ut copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus separatim præberentur alia; atque hæc subministrasse & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Quum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria perna, orasse ipsum Clearchum ac subjecisse, modicum pugionem ut in carnem conditum clam sibi mitteret, neque sineret ut regis fata sua paterent atrocitati: cæterum abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate jurejurando annuisse: verum impulsu inde Statiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Statiræ tetendisse Parysatidem insidias, virusque ei concinnasse. Verum parum probabilia affert, & conjuncta cum absurda causa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitavisse Parysatidem, Clearchi gratia, sustinentem justam regis conjugem liberorumque consortem ad regnum educatorum necare. Cæterum non obscure exaggerat hæc ad Clearchi commendandam

χου μνήμη. καὶ γὰρ ἀναιρεθέντων φησὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν παρασπαράττεσθαι καὶ ὀρνέων· τῷ δὲ Κλεάρχου νεκρῷ θύελλαν ἀνέμου, γῆς θῖνα πολλὴν φέρουσαν, ἐπιχῶσαι καὶ ἐπικρύψαι τὸ σῶμα· φοινίκων δέ τινων διασπαρέντων, ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος ἀναφῦναι καὶ κατασκιάσαι τὸν τόπον· ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλειν, ὡς ἄνδρα Θεοῖς φίλον ἀνῃρηκότι τὸν Κλέαρχον..

Ἡ δ' οὖν Παρύσατις, μίσους τε πρὸς τὴν Στάτειραν ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένου καὶ ζηλοτυπίας, ὁρῶσα τὴν μὲν αὐτῆς δύναμιν αἰδουμένου βασιλέως καὶ τιμῶντος οὖσαν, τὴν δ' ἐκείνης ἔρωτι καὶ πίστει βέβαιον καὶ ἰσχυρὰν, ἐπεβούλευσεν ὑπὲρ τῶν μεγίστων, ὡς ᾤετο, παραβαλλομένη. θεράπαιναν εἶχε πιστὴν καὶ δυναμένην παρ' αὐτῇ μέγιστον, ὄνομα Γίγιν· ἣν ὁ μὲν Δείνων ὑπουργεῖσθαι τῇ φαρμακείᾳ φησὶ, συγγνῶναι δὲ μόνον ἄκουσαν ὁ Κτησίας. τὸν δὲ δόντα τὸ φάρμακον οὗτος μὲν ὀνομάζει Βελιτάραν, ὁ δὲ Δείνων Μελάνταν. ἐκ δὲ τῆς πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμεναι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλαις, ὅμως τῷ δεδιέναι καὶ φυλάττεσθαι, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ περίττωματος οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός· ᾗ καὶ νομίζουσιν ἀνέμῳ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῶον· ὀνομάζεται δὲ ῥυντάκης. τοῦτό φησιν ὁ Κτησίας μικρᾷ μαχαιρίδι κεχρισμένῃ τῷ φαρμάκῳ κατὰ θάτερα τὴν Παρύσατιν διαιροῦσαν, ἐκμάξαι τῷ ἑτέρῳ μέρει τὸ φαρμάκον· καὶ τὸ μὲν ἄχραντον καὶ καθαρὸν εἰς τὸ στόμα βαλοῦσαν αὐτὴν ἐσθίειν, δοῦναι δὲ τῇ Στατείρᾳ

dam memoriam. Etenim attexit hoc quoque, duces obtruncatos cæteros fuisse a canibus & alitibus laniatos, Clearchi cadaveri venti procellam cumulum terræ excitasse adeo ut corpus obrueret & contegeret: quo loco enato palmeto, brevi eximium nemus excrevisse, ac locum eum inumbrasse: itaque magna ductum pœnitentia regem, quod virum Diis charum peremisset Clearchum.

Parysatis ergo, quum odium jam inveteratum atque æmulationem concepisset in Statiram, cernens potentiam suam a rege se reverente & honorante proficisci, illius vero amore & fide stabilem firmamque, struxit ei insidias, de summa, uti arbitrabatur, aleam jaciens. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam: quam administram veneni Dinon tradidit fuisse, consciam modo invitam Ctesias. Illum qui venenum dedit, hic Belitaram appellat, ille Melantam. Instituentes autem ex superioribus suspicionibus ac simultate congredi denuo & una cœnare, cum metu tamen & cautione iisdem epulis atque iisdem utebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua avis, quæ omni caret excremento, habetque intestina omnia adipe differta: unde vento arbitrantur & rore hoc animal vivere; ryntaces dicitur. Hanc autumat Ctesias cultello, quem altero latere illeverat toxico, dissecuisse Parysatidem, atque infecisse alteram partem veneno, partem sinceram & puram ori ingestam ipsam mandisse, Statiræ vero

Στάτειρα τὸ πεφαρμαγμένον. ὁ δὲ Δείνων οὐ τὴν Παρύσατιν, ἀλλὰ τὸν Μελάνταν τέμνοντα τῷ μαχαιρίῳ τὰ φαρμασσόμενα τῶν κρεῶν τιθέναι κατὰ τὴν Στάτειραν. ἀποθνήσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ σπαραγμῶν, αὐτή τε συνῃσθάνετο τοῦ κακοῦ, καὶ βασιλεῖ παρέσχεν ὑποψίαν κατὰ τῆς μητρὸς, εἰδότι τὸ θηριῶδες αὐτῆς καὶ δυσμείλικτον. ὅθεν εὐθὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν ὁρμήσας, τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ τραπεζοκόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατεστρέβλωσε· τὴν δὲ Γίγιν ἡ Παρύσατις πολὺν χρόνον εἶχεν οἴκοι μετ᾽ αὐτῆς, καὶ βασιλέως ἐξαιτοῦντος οὐκ ἔδωκεν· ἀλλ᾽ ὕστερον αὐτῆς δεηθείσης εἰς τὸν οἶκον ἀφεθῆναι νυκτὸς, αἰσθόμενος καὶ λόχον ὑφεὶς συνήρπασε, καὶ κατέγνω θάνατον. ἀποθνήσκουσι δὲ οἱ φαρμακεῖς ἐν Πέρσαις κατὰ νόμον οὕτως· λίθος ἐστὶ πλατὺς ἐφ᾽ οὗ τὴν κεφαλὴν καταθέντες αὐτῶν, ἑτέρῳ λίθῳ παίουσι καὶ πιέζουσιν, ἄχρις οὗ συνθλάσωσι τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλήν. ἡ οὖν Γίγις οὕτως ἀπέθανε. τὴν δὲ Παρύσατιν ὁ Ἀρτοξέρξης ἄλλο μὲν οὐδὲν οὔτε εἶπε κακὸν, οὔτε ἐποίησεν, εἰς δὲ Βαβυλῶνα βουλομένην ἐξέπεμψεν, εἰπὼν ἕως ἐκείνη περίεστιν αὐτὸς οὐκ ὄψεσθαι Βαβυλῶνα. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν οἰκίαν οὕτως εἶχεν.

Ἐπεὶ δὲ τοὺς Κύρῳ συναναβάντας Ἕλληνας σπουδάσας λαβεῖν ὁ βασιλεὺς οὐδὲν ἧττον ἢ Κῦρον περιγενέσθαι, καὶ τὴν βασιλείαν κατασχεῖν, οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ Κῦρον τὸν ἡγεμόνα καὶ τοὺς αὐτῶν στρατηγοὺς ἀποβαλόντες ἐξ αὐτῶν μονονουχὶ τῶν βασιλείων ἐσώθησαν, ἐξελέγξαντες καὶ ἀποφήναντες τὰ Περσῶν καὶ βασιλέως πράγματα, χρυσὸν ὄντα πολὺν καὶ τρυφὴν, καὶ γυναῖκας, τὰ
δὲ

vero dedisse virulentam. Dinon vero non Parysatidem, sed Melantam medicatas carnes secuisse cultro & Statiræ apposuisse. Quum animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret mulier, & ipsa olfecit maleficium, & suspicionem regi adversus matrem attulit, feritatem illius & animum implacabilem cognoscenti. Unde quæstioni extemplo intentus, ministros matris & mensæ structores corripuit ac tormentis laceravit. At Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deposcentique denegavit regi: verum post orante illa ut domum nocte dimitteretur, certior factus locatis insidiis comprehendit Gigim, eamque rei capitalis damnavit. Legitima pœna veneficis apud Persas hæc infligitur: Saxum est latum, cui capita illorum imponentes altero saxo feriunt & elidunt, quoad contuderint faciem & caput. Ad hunc modum periit Gigis. Parysatidem Artoxerxes nullo nec verbo nec facto læsit, nisi quod petentem relegaverit Babylonem, adjiciens, quoad superesset illa, non visurum se Babylonem. Ita res Artoxerxis domi se habebant.

Ut vero rex adductos a Cyro Græcos, quos non minus elaboraverat in potestatem suam redigere quam vincere Cyrum & regnum retinere, non potuit capere, sed imperatore amisso Cyro ducibusque suis, ex ipsa prope emerserunt regia, detegentes & revelantes Persarum & regis res vim auri esse & luxum & mulieres: cætera

δὲ ἄλλα τῦφον καὶ ἀλαζονείαν· πᾶσα μὲν ἡ Ἑλλὰς ἐξεθάῤῥησε καὶ κατεφρόνησε τῶν βαρβάρων· Λακεδαιμονίοις δὲ καὶ δεινὸν ἐφαίνετο, εἰ μὴ νῦν γε δουλείας ἐξελοῦσι τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἕλληνας, μηδὲ παύσουσι προπηλακιζομένους ὑπ' αὐτῶν. πρότερον δὲ διὰ Θίμβρωνος, εἶτα διὰ Δερκυλλίδου πολεμοῦντες, οὐδὲν δὲ πράττοντες ἀξιόλογον, Ἀγησιλάῳ τῷ βασιλεῖ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν. ὁ δὲ περαιωθεὶς ναυσὶν εἰς Ἀσίαν εὐθὺς ἦν ἐνεργὸς, καὶ δόξαν εἶχε μεγάλην· καὶ Τισαφέρνην παραταξάμενος ἐνίκησε, καὶ τὰς πόλεις ἀφίστη. τούτων δὲ γινομένων συμφρονήσας ὁ Ἀρτοξέρξης ὃν τρόπον αὐτοῖς ἐστι πολεμητέον, ἔπεμψεν Ἑρμοκράτην τὸν Ῥόδιον εἰς τὴν Ἑλλάδα χρυσίον πολὺ κομίζοντα, διδόναι καὶ διαφθείρειν τοὺς πλεῖστον ἐν ταῖς πόλεσι δυναμένους κελεύσας, καὶ πόλεμον Ἑλληνικὸν κινεῖν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα. τοῦ δὲ Ἑρμοκράτους ταῦτα πράττοντος, καὶ τῶν μεγίστων πόλεων συνισταμένων, καὶ τῆς Πελοποννήσου διαταραττομένης, μετεπέμποντο τὸν Ἀγησίλαον ἐκ τῆς Ἀσίας οἱ ἄρχοντες. ὅτε δὴ καί φασιν αὐτὸν ἀπιόντα πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν, ὡς τρισμυρίοις τοξόταις ἐξελαύνοιτο τῆς Ἀσίας ὑπὸ βασιλέως. τὸ γὰρ Περσικὸν νόμισμα τοξότην ἐπίσημον εἶχεν.

Ἐξέβαλε δὲ καὶ τῆς θαλάσσης Λακεδαιμονίους, Κόνωνι τῷ Ἀθηναίῳ μετὰ Φαρναβάζου στρατηγῷ χρησάμενος. ὁ γὰρ Κόνων διέτριβε μὲν ἐν Κύπρῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, οὐ τὴν ἀσφάλειαν ἀγαπῶν, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, ὥσπερ ἐν πελάγει τροπὴν περιμένων. ὁρῶν δὲ καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λογισμοὺς δυνάμεως, καὶ τὴν βασιλέως δύναμιν ἀνδρὸς

tera fastum ac minas; cum tota se erexit Græcia & despexit barbaros, tum Lacedæmonii turpe duxerunt nisi tunc certe incolentes Asiam Græcos servitute eximerent, atque ab illorum assererent contumeliis. Ac primum ubi duce Thimbrone, deinde Dercyllida arma in Asiam promoventes nihil memorabile gesserunt, præfecere bello regem Agesilaum. Qui transportato protinus in Asiam exercitu, rebus gerendis intentus magnum nomen comparavit. Tissaphernem fudit fugavitque, & civitates ad defectionem impulit. His actis advertens Artoxerxes quemadmodum gerendum bellum esset, Rhodium Hermocratem magna vi auri instructum misit in Græciam, mandans ut corrumperet illos quorum summa esset in civitatibus auctoritas, bellumque in Lacedæmonios totius Græciæ conciret. Id exequente Hermocrate, potentissimisque civitatibus conspirantibus, atque conturbata Peloponneso, Agesilaum revocaverunt ex Asia magistratus Lacedæmoniorum. Quo quidem tempore ferunt decedentem apud amicos dixisse, triginta millibus sagittariorum ex Asia se a rege expelli. Sunt enim nummi Persici sagittario signati.

Lacedæmonios etiam mari summovit, Cononis Atheniensis cum Pharnabazo ductu. Siquidem Conon in Cypro post prœlium navale ad Ægos flumen egit, non securitatem sectans, sed rerum conversionem, sicut in mari æstus opperiens reciprocationem. Qui quod videret sua consilia viribus, & regis vires viro pru-

ἀνδρὸς ἔμφρονος δεόμενον, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν βασιλεῖ περὶ ὧν διενοεῖτο. καὶ ταύτην ἐκέλευσε τὸν κομίζοντα μάλιστα μὲν ἀποδοῦναι διὰ Ζήνωνος τοῦ Κρητὸς, ἢ Πολυκρείτου τοῦ Μενδαίου· τούτων δ' ἦν ὁ μὲν Ζήνων ὀρχηστὴς, ὁ δὲ Πολύκρειτος, ἰατρός· ἂν δὲ οὗτοι μὴ παρῶσι, διὰ Κτησίου τοῦ ἰατροῦ. λέγεται δὲ ὁ Κτησίας τὴν ἐπιστολὴν λαβὼν παρεγγράψαι τοῖς ὑπὸ τοῦ Κόνωνος ἐπεσταλμένοις, ὅπως καὶ Κτησίαν ἀποστείλῃ πρὸς αὐτὸν, ὡς ὠφέλιμον ὄντα ταῖς ἐπὶ θαλάσσῃ πράξεσιν. ὁ δὲ Κτησίας αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ βασιλέα φησὶ προσθεῖναι τὴν λειτουργίαν αὐτῷ ταύτην. ἀλλ' ἐπεὶ κρατήσας τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ διὰ Φαρναβάζου καὶ Κόνωνος, ἀφείλετο τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν Λακεδαιμονίους, ἐπέστρεψε πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Ἑλλάδα πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ τὴν περιβόητον εἰρήνην βραβεῦσαι τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου προσαγορευομένην. ὁ δὲ Ἀνταλκίδης Σπαρτιάτης Λέοντος ἦν υἱὸς, καὶ σπουδάσας βασιλεῖ διεπράξατο τὰς ἐν Ἀσίᾳ πόλεις Ἑλληνίδας ἁπάσας, καὶ νήσους ὅσαι προσκυροῦσιν Ἀσίᾳ, παρεῖναι Λακεδαιμονίους αὐτῷ κεκτῆσθαι φόρων ὑποτελεῖς, εἰρήνης γενομένης τοῖς Ἕλλησι· εἰ δεῖ τὴν τῆς Ἑλλάδος ὕβριν καὶ προδοσίαν εἰρήνην καλεῖν, ἧς πόλεμος οὐδεὶς ἀκλεέστερον ἤνεγκε τὸ τέλος τοῖς κρατηθεῖσι.

Διὸ καὶ τοὺς ἄλλους Σπαρτιάτας ἀεὶ βδελυττόμενος ὁ Ἀρτοξέρξης, καὶ νομίζων, ὥς φησι Δείνων, ἀνθρώπων ἁπάντων ἀναιδεστάτους εἶναι, τὸν Ἀνταλκίδαν ὑπερηγάπησεν εἰς Πέρσας ἀναβάντα. καί ποτε λαβὼν ἕνα τῶν ἀνθινῶν στεφάνων, καὶ βάψας εἰς μύρον τὸ πολυτελέστατον, ἀπὸ δείπνου ἔπεμψε

prudente egere, ad regem misit de rationibus suis epistolam, quam tabellario jussit potissimum Zenone interprete Cretensi vel Polycrito Mendæo reddere: (horum fuit Zeno saltator, medicus Polycritus) qui si abessent, Ctesia medico. Fama est hunc accepta epistola Cononis, scriptis ejus adjecisse ut Ctesiam quoque ad se mitteret, utpote virum ad res maritimas conducibilem. Ctesias vero regem ait sua sponte hoc sibi muneris injunxisse. At postquam obtenta per Pharnabazum & Conona apud Cnidum navali victoria, maritimo imperio exuit Lacedæmonios, convertit ad se pene totam Græciam, adeo ut celebrem illam pacem Græcis quæ appellata est Antalcidia, quibus vellet conditionibus daret. Fuit Antalcidas Spartiates, Leontis filius. Hic regis studiosus, effecit ut ei urbes Græcas & insulas quæ contribuuntur Asiæ, permitterent Lacedæmonii vectigales possidere, pace cum Græcis facta; si probrum Græciæ & proditio pax appellanda est, qua bellum nullum fœdiorem victis attulit exitum.

Unde Artoxerxes, qui a cæteris Spartiatis semper fuit aversus, homines existimans eos esse, ut ait Dinon, omnium impudentissimos, profectum in Persidem impense complexus est Antalcidam, coronamque unam ex floribus factam in pretiosissimum demersit unguentum, eamque ex

 cœna

ψε τῷ Ἀνταλκίδᾳ· καὶ πάντες ἐθαύμασαν τὴν φιλοφροσύνην. ἦν δὲ, ὡς ἔοικεν, οὗτος ἐπιτήδειος ἐντρυφηθῆναι καὶ τοιοῦτον λαβεῖν στέφανον, ὀρχησάμενος ἐν Πέρσαις τὸν Λεωνίδαν καὶ τὸν Καλλικρατίδαν. ὁ μὲν γὰρ Ἀγησίλαος, ὡς ἔοικε, πρὸς τὸν εἰπόντα, Φεῦ τῆς Ἑλλάδος, ὅπου μηδίζουσιν ἡμῖν οἱ Λάκωνες, Οὐ μᾶλλον, εἶπεν, οἱ Μῆδοι λακωνίζουσι. τοῦ δὲ ῥήματος ἡ κομψότης τὴν τοῦ πράγματος αἰσχύνην οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡγεμονίαν ἀπώλεσαν, ἐν Λεύκτροις ἀγωνισάμενοι καλῶς· ἡ δὲ δόξα τῆς Σπάρτης προαπώλετο ταῖς ὁμολογίαις ἐκείναις. ἄχρι μὲν οὖν ἐπρώτευεν ἡ Σπάρτη, ξένον ἐποιεῖτο καὶ φίλον ὠνόμαζεν ἑαυτοῦ τὸν Ἀνταλκίδαν· ἐπεὶ δὲ ἡττήθησαν ἐν Λεύκτροις ταπεινὰ πράττοντες, ἐδέοντο μὲν χρημάτων, καὶ τὸν Ἀγησίλαον εἰς Αἴγυπτον ἐξέπεμψαν· ὁ δὲ Ἀνταλκίδας ἀνέβη πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, παρακαλῶν ἐπαρκέσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις. ὁ δὲ οὕτως ἐξημέλησε καὶ παρεῖδε καὶ ἀπέρριψεν αὐτὸν, ὥστε καταβάντα καὶ χλευαζόμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, φοβούμενον δὲ καὶ τοὺς ἐφόρους, ἀποκαρτερῆσαι. ἀνέβη δὲ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος, καὶ Πελοπίδας, ἤδη τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην νενικηκώς. ἀλλὰ οὗτος μὲν οὐδὲν αἰσχρὸν ἐποίησεν· Ἰσμηνίας δὲ προσκυνῆσαι κελευόμενος, ἐξέβαλε πρὸ αὐτοῦ χαμᾶζε τὸν δακτύλιον, εἶτα κύψας ἀνείλετο, καὶ παρέσχε δόξαν προσκυνοῦντος. Τιμαγόρᾳ δὲ τῷ Ἀθηναίῳ διὰ Βηλούριδος τοῦ γραμματέως εἰσπέμψαντι γραμματίδιον ἀπόρρητον ἡσθεὶς, μυρίους τε δαρεικοὺς ἔδωκε, καὶ γάλακτος βοείου δεομένῳ δι᾽ ἀσθένειαν, ὀγδοήκοντα βοῦς ἀμέλ-

cœna Antalcidæ misit: quem favorem omnes admirati sunt. Cæterum erat, meo judicio, dignus ille quicum rex ageret licenter, & qui talem coronam acciperet, qui inter Persas Leonidam & Callicratidam saltavit. Nam Agesilaus quidem ad eum qui dixit, Miseram Græciam, ubi Lacones nobis cum Medis sentiunt, Minime, inquit, sed sentiunt cum Laconibus Medi. Atqui maculam rei non detersit illius dicti festivitas, sed imperium improspera pugna apud Leuctra perdidere, gloriamque insuper Spartæ illo effudere fœdere. Quousque ergo in primatu Græciæ Sparta fuit, hospitem habuit & amicum suum nominavit Antalcidam: ut vero ad Leuctra fusi Lacedæmonii sunt, afflictique eguerunt pecunia, atque idcirco Agesilaum in Ægyptum miserunt, Antalcidas autem ad Artoxerxem perrexit, oratum ut Lacedæmonios pecunia juvaret: ille usque eo neglexit, despexitque eum, & rejecit petitionem, ut regressus, quod videret se hostibus esse ludibrio, & metueret insuper Ephoros, vitam inedia finierit. Contenderunt etiam ad regem Thebanus Ismenias, & Pelopidas, jam acie Leuctrica victor. Cæterum nihil hic admisit turpe: Ismenias, quum adorare regem juberetur, annulum ad pedes suos humi abjecit, quem inclinato sustulit corpore: unde existimaverunt eum regem adorasse. Timagoræ Atheniensi, qui per Belurim scribam epistolam miserat ad ipsum de rebus arcanis, lætus mille Daricos donavit, & lactis bovini valetudinis causa indigenti boves octoginta dedit ad mulgendum,

quæ

ἀμέλγεσθαι παρηκολούθουν. ἔτι δὲ κλίνην καὶ στρώματα καὶ τοὺς στρωννύντας ἔπεμψεν, ὡς οὐ μεμαθηκότων Ἑλλήνων ὑποστρωννύναι· καὶ φορεῖς τοὺς κομίζοντας αὐτὸν ἄχρι θαλάσσης μαλακῶς ἔχοντα. παρόντι δὲ δεῖπνον ἐπέμπετο λαμπρότατον· ὥστε καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως Ὀστάνην, ὦ Τιμαγόρα, φάναι, μέμνησο ταύτης τῆς τραπέζης· οὐ γὰρ ἐπὶ σμικροῖς οὕτω σοι κεκοσμημένη παράκειται. τοῦτο δ' ἦν ὀνειδισμὸς εἰς προδοσίαν μᾶλλον ἢ χάριτος ὑπόμνησιν. Τιμαγόρου μὲν οὖν διὰ δωροδοκίαν Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν.

Ὁ δὲ Ἀρτοξέρξης ἓν ἀντὶ πάντων ὧν ἐλύπει τοὺς Ἕλληνας ηὔφρανε, Τισαφέρνην τὸν ἔχθιστον αὐτοῖς καὶ δυσμενέστατον ἀποκτείνας. ἀπέκτεινε δὲ, ταῖς διαβολαῖς αὐτοῦ τῆς Παρυσάτιδος συνεπιθεμένης. οὐ γὰρ ἐνέμεινεν ἐν τῇ ὀργῇ πολὺν χρόνον ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ διηλλάγη τῇ μητρὶ, καὶ μετεπέμψατο, νοῦν μὲν ὁρῶν ἔχουσαν καὶ φρόνημα βασιλείας ἄξιον, αἰτίας δὲ μηδεμιᾶς ἐμποδὼν οὔσης ἔτι, δι' ἣν ὕποπτοι συνόντες ἀλλήλοις, ἢ λυπήσουσιν. ἐκ δὲ τούτου πάντα πρὸς χάριν ὑπουργοῦσα βασιλεῖ, καὶ τῷ πρὸς μηδὲν ὧν ἐκεῖνος ἔπραττεν δυσκολαίνειν, ἔχουσα τὸ δύνασθαι παρ' αὐτῷ καὶ τυγχάνειν ἁπάντων, ᾔσθετο τῆς ἑτέρας τῶν θυγατέρων Ἀτόσσης ἐρῶντος ἔρωτα δεινόν· ἐπικρυπτομένου δὲ δι' ἐκείνην οὐχ ἥκιστα, καὶ κολάζοντος τὸ πάθος, ὥς φασιν ἔνιοι, καίτοι γεγενημένης ἤδη πρὸς τὴν παρθένον ὁμιλίας αὐτῷ λαθραίας. ὡς οὖν ὑπώπτευσεν ἡ Παρύσατις, τὴν παῖδα μᾶλλον ἢ πρότερον ἠσπάζετο· καὶ πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην ἐπῄνει τό,τε κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ ἦθος, ὡς βασι-

λικῆς

quæ eum comitabantur. Ad hæc lectum ei, vestem stragulam, & stratores, quasi rudibus ad sternendum Græcis, misit: bajulos item, qui ad mare infirma valetudine affectum deportarent. Cœna quoque præsenti lautissima missa. Unde frater regis Ostanes, Memineris, inquit, hujus Timagora mensæ. Neque enim levi de causa ita tibi instructa apponitur. Ea exprobratio proditionis potius quam beneficii erat suggestio. Igitur donorum acceptorum reum Timagoram capitis damnaverunt Athenienses.

Artoxerxes vero pro omnibus calamitatibus quas intulit Græcis, rem unam gratam fecit, quod inimicissimum eis & infestissimum Tissaphernem interemerit. Interemit eum, Parysatide delatas adversus eum exacuente calumnias. Neque enim iræ rex diu inhæsit, sed placatus accivit matrem, quod ingenio & animo ad regnum regendum videret præditam, neque causa ulla jam subesset quamobrem suspectarent in consuetudine aut offenderent sese mutuo. Deinceps in omnibus illa regi obsecundando, neque ulli rei, quam hic agebat, refragando, autoritatem apud eum nacta est, atque omnia assequuta. Animadvertit autem alteram filiam eum Atossam perdite amare, verum morbum suum ipsius causa vehementer habere occultum & comprimere, ut nonnulli dictitant, quamvis intercederet jam ei tecta cum virgine consuetudo. Ut igitur in suspicionem puella Parysatidi venit, cœpit eam magis quam ante fovere, atque apud Artoxerxem extollere, formamque & mores ejus ut regalis

galis

λικῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς. τέλος γοῦν, γῆμαι τὴν κόρην ἔπεισε, καὶ γνησίαν ἀποδεῖξαι γυναῖκα, χαίρειν ἐάσαντα δόξας Ἑλλήνων καὶ νόμους· Πέρσαις δὲ νόμον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ δικαιωτὴν αἰσχρῶν καὶ καλῶν ἀποδεδειγμένον. ἔνιοι μέντοι λέγουσιν, ὧν ἐστι καὶ Ἡρακλείδης ὁ Κυμαῖος, οὐ μίαν μόνον τῶν θυγατέρων, ἀλλὰ καὶ δευτέραν Ἄμηστριν γῆμαι τὸν Ἀρτοξέρξην, περὶ ἧς ὀλίγον ὕστερον ἀπαγγελοῦμεν. τὴν δὲ Ἄτοσσαν οὕτως ἠγάπησεν ὁ πατὴρ συνοικοῦσαν, ὥστε ἀλφοῦ κατανεμηθέντος αὐτῆς τὸ σῶμα, δυσχερᾶναι μὲν ἐπὶ τούτῳ μηδ᾽ ὁτιοῦν· εὐχόμενος δὲ περὶ αὐτῆς τῇ Ἥρᾳ, προσκυνῆσαι μόνην θεῶν ἐκείνην, ταῖς χερσὶ τῆς γῆς ἁψάμενος· δῶρά τε τῇ Θεῷ τοσαῦτα πέμψαι τοὺς σατράπας καὶ φίλους αὐτοῦ κελεύσαντος, ὥστε τὰ μεταξὺ τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν βασιλείων ἑκκαίδεκα στάδια χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ πορφύρας καὶ ἵππων ἐμπλησθῆναι.

Πόλεμον δὲ πρὸς μὲν Αἰγυπτίους διὰ Φαρναβάζου καὶ Ἰφικράτους ἐξενεγκὼν ἀπέτυχε, στασιασάντων ἐκείνων· ἐπὶ δὲ Καδουσίους αὐτὸς ἐστράτευσε τριάκοντα μυριάσι πεζῶν καὶ μυρίοις ἱππεῦσιν. ἐμβαλὼν δὲ εἰς χώραν τραχύτητι χαλεπὴν καὶ ὁμιχλώδη, καὶ τῶν ἀπὸ σπόρου καρπῶν ἄγονον, ἀπίοις δὲ καὶ μήλοις καὶ τοιούτοις ἄλλοις ἀκροδρύοις τρέφουσαν ἀνθρώπους πολεμικοὺς καὶ θυμοειδεῖς, ἔλαθε μεγάλαις ἀπορίαις καὶ κινδύνοις περιπεσών. οὔτε γὰρ ἐδώδιμον ἦν λαμβάνειν, οὔτε ἔξωθεν ἐπεισάγεσθαι. τὰ δὲ ὑποζύγια μόνον κατέκοπτεν, ὥστε ὄνου κεφαλὴν μόλις δραχμῶν ἑξήκοντα ὤνιον εἶναι. τὸ δὲ βασιλικὸν δεῖπνον ἐξελείφθη· καὶ τῶν ἵππων ὀλίγοι παρῆσαν ἔτι, τοὺς δὲ ἄλλους

ἐσθίοντες

galis & præclaræ puellæ. Denique ut duceret puellam suasit ei, ac legitimam conjugem faceret, Græcorum existimatione & legibus contemptis. Legem Persis ipsum a Deo, honestique & inhonesti datum normam. Sunt tamen qui dicant, ex quibus Cumæus est Heraclides, non unam hanc tantum filiam suam Artoxerxem, sed alteram etiam matrimonio sibi junxisse Amestrim, de qua mox dicemus. Atossam usque adeo dilexit pater matrimonio sibi conjunctam, ut quum esset vitiligo corpus ejus depasta, nihil quicquam fuerit ea re offensus, sed Junonem supplex pro ea unam adoraret ex Diis, manibus tellurem contingens; & donorum tantam vim jussu ejus satrapæ & amici mitterent, ut interjecta inter fanum & regiam sexdecim stadia auro, argento, purpura, equis affluerent.

Porro quum bellum ducibus Pharnabazo & Iphicrate movisset Ægyptiis, ob illorum dissensionem res fuit infecta. Cadusiis ipse intulit bellum tercentum millibus peditum & decem equitum. Regio eorum est salebrosa & nebulosa, sementisque & frugum infœcunda, pyris vero sylvestribus, pomis, & aliis id genus fructibus homines bellicosos ferocesque alit. In hanc delatum graves difficultates & discrimina imprudentem excepere. Nihil enim illic sumere erat commeatuum, neque aliunde importare. Jumentis modo tolerabant se, ut caput asini vix sexaginta drachmis venale esset. Deficiebant jam regem commeatus, pauci autem equi adhuc reliqui erant, cæteros

in

ἐσθίοντες κατηναλώκεσαν. ἐνταῦθα Τιρίβαζος, ἀνὴρ πολλάκις μὲν ἐν πρώτῃ δι' ἀνδραγαθίαν τάξει γενόμενος, πολλάκις δ' ἀπορριφεὶς διὰ κουφότητα, καὶ τότε ταπεινὰ πράττων καὶ περιορώμενος, ἔσωσε βασιλέα καὶ τὸν στρατόν. ὄντων γὰρ δυεῖν ἐν τοῖς Καδουσίοις βασιλέων, ἑκατέρου δὲ χωρὶς στρατοπεδεύοντος, ἐντυχὼν τῷ Ἀρτοξέρξῃ, καὶ φράσας περὶ ὧν διενοεῖτο πράττειν, ἐβάδιζεν αὐτὸς πρὸς τὸν ἕτερον τῶν Καδουσίων, καὶ πρὸς τὸν ἕτερον κρύφα τὸν υἱὸν ἔπεμψεν. ἐξηπάτα δὲ ἑκάτερον ἑκάτερος, λέγων ὡς ἅτερος ἐπιπρεσβεύεται πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, φιλίαν μόνῳ πράττων ἑαυτῷ καὶ συμμαχίαν· οὐκοῦν, εἰ σωφρονεῖ, χρῆναι πρότερον ἐντυγχάνειν ἐκείνῳ, αὐτὸν δὲ συμπράξειν ἅπαντα. τούτοις ἐπείσθησαν ἀμφότεροι, καὶ φθάνειν ἀλλήλους νομίζοντες, ὁ μὲν τῷ Τιριβάζῳ συνέπεμψε πρέσβεις, ὁ δὲ τῷ παιδὶ τοῦ Τιριβάζου. διατριβῆς δὲ γενομένης, ὑποψίαι καὶ διαβολαὶ κατὰ τοῦ Τιριβάζου τῷ Ἀρτοξέρξῃ προσέπιπτον. αὐτὸς δὲ δυσθύμως εἶχε, καὶ μετενόει πιστεύσας τῷ Τιριβάζῳ, καὶ τοῖς φθονοῦσιν ἐγκαλεῖν παρεῖχεν. ἐπεὶ δὲ ἧκεν ὁ Τιρίβαζος, ἧκε δὲ καὶ υἱὸς αὐτοῦ, τοὺς Καδουσίους ἄγοντες, ἐγένοντο δὲ σπονδαὶ πρὸς ἀμφοτέρους καὶ εἰρήνη· μέγας ὢν ὁ Τιρίβαζος ἤδη καὶ λαμπρὸς ἀνεζεύγνυε μετὰ τοῦ βασιλέως, ἐπιδεικνυμένου πᾶσαν τὴν δειλίαν καὶ τὴν μαλακίαν, οὐ τρυφῆς καὶ πολυτελείας, ὥσπερ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ἔκγονον οὖσαν, ἀλλὰ μοχθηρᾶς φύσεως ἀγεννοῦς δόξαις πονηραῖς ἑπομένης. οὔτε γὰρ χρυσός, οὔτε κάνδυς, οὔτε ὁ τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων περικείμενος ἀεὶ τῷ βασιλέως σώματι κόσμος ἐκεῖνον ἀπεκώλυε πονεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ὥσπερ οἱ τυχόντες·

in cibo consumpserant. Ibi Tiribazus, qui crebro locum apud regem virtutis causa obtinuerat primum, crebro ob levitatem eo dejectus, tunc vero abjectus contemptusque erat, regem & exercitum servavit. Nam apud Cadusios quum essent duo reges, uterque autem haberet seorsum castra, adiit Artoxerxem: cui postquam quid pararet, aperuit, ipse ad alterum Cadusiorum regem est profectus, ad alterum clam filium misit. Uterque utrique imposuit, alterum demonstrans missis ad Artoxerxem legatis amicitiam & societatem soli sibi quærere. Quare si saperet, faciendum ei ut prævertat, adjutorem se ei in omnibus fore. His ambo fidem habuere: & quia invidiam mutuam habebant suspectam, alter cum Tiribazo legatos, cum Tiribazi filio alter misit. Quum mora intercederet, in gravem opinionem & calumniam venit apud regem Tiribazus. Conciderat etiam animo rex, pœnitebatque eum quod fidem Tiribazo adjunxisset, & præbebat aures ejus æmulis. Adfuit Tiribazus tandem, adfuit quoque filius ejus, qui Cadusios adduxere. Fœdus etiam & pax cum utroque composita. Itaque celsus jam Tiribazus & magnificus regressus est cum rege. Qui omnem demonstravit ignaviam & mollitiam non ex deliciis & luxu, ut vulgus arbitratur, oriundam, sed ex improba & degenere, quæ pravas sequatur opiniones, natura. Neque enim aurum vel candys, vel duodecim millium talentorum regis corpus circumjectus mundus retinebat a laboribus eum & ærumnis instar militum gregariorum subeundis,

τυχόντες· ἀλλὰ τήν τε φαρέτραν ἐνημμένος, καὶ τὴν πέλτην φέρων αὐτὸς, ἐβάδιζε πρῶτος ὁδοὺς ὀρεινὰς καὶ προσάντεις, ἀπολιπὼν τὸν ἵππον, ὥστε τοὺς ἄλλους πτεροῦσθαι καὶ συνεπικουφίζεσθαι, τὴν ἐκείνου προθυμίαν καὶ ῥώμην ὁρῶντας. καὶ γὰρ διακοσίων καὶ πλειόνων σταδίων κατήνυεν ἡμέρας ἑκάστης πορείαν.

Ἐπεὶ δὲ εἰς σταθμὸν κατέβη βασιλικὸν, παραδείσους ἔχοντα θαυμαστοὺς καὶ κεκοσμημένους διαπρεπῶς ἐν τῷ πέριξ ἀδένδρῳ καὶ ψιλῷ χωρίῳ, κρύους ὄντος, ἐπέτρεψε τοῖς στρατιώταις ἐκ τοῦ παραδείσου ξυλίζεσθαι, τὰ δένδρα κόπτοντας, μήτε πεύκης μήτε κυπαρίττου φειδομένους. ὀκνούντων δὲ καὶ φειδομένων διὰ τὰ κάλλη καὶ τὰ μεγέθη, λαβὼν πέλεκυν αὐτὸς, ὅπερ ἦν μέγιστον καὶ κάλλιστον τῶν φυτῶν ἔκοψεν. ἐκ δὲ τούτου ξυλιζόμενοι, καὶ πολλὰ πυρὰ ποιοῦντες, εὐμαρῶς ἐνυκτέρευσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀποβαλὼν ἄνδρας, ἵππους δὲ ὁμοῦ τι πάντας, ἐπανῆλθε. καὶ δόξας καταφρονεῖσθαι διὰ τὴν ἀτυχίαν καὶ τὴν ἀπότευξιν τῆς στρατείας, ἐν ὑποψίαις εἶχε τοὺς πρώτους· καὶ πολλοὺς μὲν ἀνῄρει δι' ὀργὴν, πλείονας δὲ φοβούμενος. ἡ γὰρ δειλία φονικώτατόν ἐστιν ἐν ταῖς τυραννίσιν· ἵλεων δὲ καὶ πρᾶον καὶ ἀνύποπτον ἡ θαρραλεότης. διὸ καὶ τῶν θηρίων τὰ ἀτιθάσευτα καὶ δυσεξημερώτατα, ψοφοδεῆ καὶ δειλά· τὰ δὲ γενναῖα, πιστεύοντα μᾶλλον διὰ τὸ θαρρεῖν, οὐ φεύγει τὰς φιλοφροσύνας.

Ὁ δὲ Ἀρτοξέρξης, ἤδη πρεσβύτερος ὤν, ᾐσθάνετο τοὺς υἱοὺς ἀγῶνα περὶ
τῆς

subeundis, verum pendente ex humero pharetra parmam ferens primus ipse vias montosas & arduas dimoto equo scandebat. Unde cæteri illius alacritatem & robur conspicientes, volucres fiebant & expediti. Etenim stadiorum iter quotidie plus ducentorum conficiebat.

Ut ad diversorium quoddam regium descendit, ubi eximii erant & magnifice instructi horti vivariaque ferarum, quum circumjecta regio nullis arboribus vestita & nuda rigeret gelu, concessit militibus ut ex hortis atque vivariis arbores cæderent, ac lignarentur, neque picea abstinerent vel cupresso. Dubitantibus illis & temperantibus propter pulchritudinem & proceritatem arborum, correpta ipse securi maximam & præstantissimam arborem stravit. Hinc lignantes & frequentes pyras excitantes commodam noctem transegere. Multis tamen & fortibus viris desideratis, equis autem pene omnibus, reversus est. Quod vero vilescere se ob adversam fortunam & rem infeliciter bello gestam existimaret, cœpit habere principes suspectos, multosque ex ira, plures ex metu necavit. Quippe timiditas in tyrannide funestissima est: placidus & mansuetus & suspicione liber animus, fortis. Unde immites & maxime indomitæ feræ meticulosæ sunt pavidæque: generosæ, ex audacia confidentiores, non declinant consuetudinem hominum, vel eorum attrectationem.

Porro gravior jam ætate Artoxerxes advertit certamen filios de regno apud ami-

cos

τῆς βασιλείας ἐν τοῖς φίλοις καὶ τοῖς δυνατοῖς ἔχοντας. οἱ μὲν γὰρ εὐγνώμονες ἠξίουν, ὡς ἔλαβεν αὐτός, οὕτως ἀπολιπεῖν τὰ πρεσβεῖα Δαρείῳ τὴν ἀρχήν. ὁ δὲ νεώτατος, Ὦχος, ὀξὺς ὢν καὶ βίαιος, εἶχε μὲν καὶ τῶν περὶ τὸ βασίλειον οὐκ ὀλίγους σπουδαστάς, ἤλπιζε δὲ μάλιστα κατεργάσεσθαι τὸν πατέρα διὰ τῆς Ἀτόσσης. ἐκείνην γὰρ ἐθεράπευεν, ὡς γαμησομένην καὶ συμβασιλεύσουσαν αὐτῷ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν. ἦν δὲ λόγος ὅτι καὶ ζῶντος ἐλάνθανεν αὐτῇ πλησιάζων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἠγνόησεν ὁ Ἀρτοξέρξης· ταχὺ δὲ βουλόμενος ἐκκροῦσαι τῆς ἐλπίδος τὸν Ὦχον, ὅπως μὴ τὰ αὐτὰ Κύρῳ τολμήσαντος αὐτοῦ πόλεμοι καὶ ἀγῶνες αὖθις καταλάβωσι τὴν βασιλείαν, ἀνέδειξε τὸν Δαρεῖον βασιλέα, πεντηκοστὸν ἔτος γεγονότα, καὶ τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φέρειν ἔδωκε. νόμου δὲ ὄντος ἐν Πέρσαις δωρεὰν αἰτεῖν τὸν ἀναδειχθέντα, καὶ διδόναι τὸν ἀναδείξαντα πᾶν τὸ αἰτηθέν, ἄνπερ ᾖ δυνατόν, ᾔτησεν Ἀσπασίαν ὁ Δαρεῖος τὴν μάλιστα σπουδασθεῖσαν ὑπὸ Κύρου, τότε δὲ τῷ βασιλεῖ παλλακευομένην. ἦν δὲ Φωκία τὸ γένος ἀπ' Ἰωνίας, ἐλευθέρων γονέων, καὶ τεθραμμένη κοσμίως. ἐπεὶ δὲ Κύρου δειπνοῦντος εἰσήχθη μεθ' ἑτέρων γυναικῶν, αἱ μὲν ἄλλαι παρακαθεζόμεναι προσπαίζοντος αὐτοῦ καὶ ἁπτομένου καὶ σκώπτοντος οὐκ ἀηδῶς ἀνεδέχοντο τὰς φιλοφροσύνας, ἐκείνη δὲ παρὰ τὴν κλίνην εἱστήκει σιωπῇ, καὶ Κύρου καλοῦντος οὐχ ὑπήκουε. βουλομένων δὲ προσάγειν τῶν κατευναστῶν, οἰμώξεται μέντοι τούτων, εἶπεν, ὃς ἂν ἐμοὶ προσαγάγῃ τὰς χεῖρας. ἔδοξεν οὖν ἄχαρις τοῖς παροῦσιν εἶναι καὶ ἄγροικος. ὁ δὲ Κῦρος ἡσθεὶς

cos suos & primores habere. Siquidem æqui qui erant, censebant eum debere, ut ipse ceperat, ita relinquere præcipuum tanquam maximo natu debitum Dario regnum. Minimus natu Ochus, qui ardenti erat & violento ingenio, habebat quidem in regia non paucos suffragatores, sed maxime sperabat interprete Atossa patris se voluntatem paraturum. Illam enim nuptiarum spe & obtinendi post parentis fata consortii regni ostensa observabat. Fuit autem fama occultam ei stupri cum illa consuetudinem etiam vivo intercessisse patre: verum id Artoxerxem fefellit. Ut igitur cito spem præcideret Ocho, ne si eadem atque Cyrus designasset, bella certaminaque ex integro regnum suum premerent, Darium annos natum quinquaginta designavit regem, & citarim quam vocant, gestare directam ei permisit. Lex erat apud Persas, ut designatus donum peteret, & daret qui designaverat, modo fieri posset, quicquid esset petitum. Igitur poposcit Darius Aspasiam, quam Cyrus fuerat unice amplexus, & erat illa ea tempestate regis pellex. Phocensis genere fuit ex Ionia, parentibus orta ingenuis, atque educta liberaliter. Ea quum ad cœnam Cyri esset inter alias mulieres introducta, cæteræ accumbentes alludente illo & contrectante ipsas, salesque jaciente, comitatem ejus lætæ exceperunt: illa lecto astitit tacita, accersentique non paruit Cyro. Parantibus adducere ipsam cubiculariis, Væ ei, inquit, mihi qui admoverit manus. Igitur infestiva præsentibus & inurbana est visa. At Cyrus de-

ἡσθεὶς ἐγέλασε, καὶ εἶπε πρὸς τὸν ἀγαγόντα τὰς γυναῖκας, Ἆρα ἤδη συνορᾷς ὅτι μοι μόνην ταύτην ἐλευθέραν καὶ ἀδιάφθορον ἥκεις κομίζων; ἐκ δὲ τούτου προσεῖχεν ἀρξάμενος αὐτῇ, καὶ μάλιστα πασῶν ἔστερξε, καὶ σοφὴν προσηγόρευσεν. ἑάλω δὲ Κύρου πεσόντος ἐν τῇ μάχῃ, καὶ διαρπαζομένου τοῦ στρατοπέδου.

Ταύτην ὁ Δαρεῖος αἰτήσας, ἠνίασε τὸν πατέρα. δύσζηλα γὰρ τὰ βαρβαρικὰ δεινῶς περὶ τὸ ἀκόλαστον, ὥστε μὴ μόνον τὸν προσελθόντα καὶ θιγόντα παλλακῆς βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν πορείᾳ προελθόντα καὶ διελάσαντα τὰς ἁμάξας ἐφ' αἷς κομίζονται, θανάτῳ κολάζεσθαι. καίτοι τὴν μὲν Ἄτοσσαν εἶχεν ἔρωτι κτησάμενος γυναῖκα παρὰ τὸν νόμον· ἑξήκοντα δὲ καὶ τριακόσιαι παρετρέφοντο κάλλει διαφέρουσαι παλλακίδες. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αἰτηθεὶς ἐκείνην, ἐλευθέραν ἔφησεν εἶναι, καὶ λαμβάνειν ἐκέλευε βουλομένην, ἄκουσαν δὲ μὴ βιάζεσθαι. μεταπεμφθείσης δὲ τῆς Ἀσπασίας, καὶ παρ' ἐλπίδας τοῦ βασιλέως ἑλομένης τὸν Δαρεῖον, ἔδωκε μὲν ὑπ' ἀνάγκης τοῦ νόμου, δοὺς δὲ, ὀλίγον ὕστερον ἀφείλετο. τῆς γὰρ Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Ἐκβατάνοις, ἣν Ἀνεῖτιν καλοῦσιν, ἱέρειαν ἀπέδειξεν αὐτὴν, ὅπως ἁγνὴ διάγῃ τὸν ἐπίλοιπον βίον, οἰόμενος οὐ χαλεπὴν ἀλλὰ μετρίαν τινὰ καὶ παιδιᾷ μεμιγμένην ταύτην λήψεσθαι δίκην παρὰ τοῦ παιδός. ὁ δὲ ἤνεγκεν οὐ μετρίως, εἴτ' ἔρωτι τῆς Ἀσπασίας ἐμπαθὴς γεγονὼς, εἴτε ὑβρίσθαι καὶ κεχλευάσθαι νομίζων ὑπὸ τοῦ πατρός. αἰσθόμενος δὲ αὐτὸν οὕτως ἔχοντα Τιρίβαζος, ἔτι μᾶλλον ἐξετράχυνεν, ἐν τοῖς ἐκείνου συνιδὼν τὰ καθ' αὐτόν. ἦν δὲ τοιαῦτα. πλειόνων οὐσῶν βασιλεῖ θυγατέρων, ὡμολόγησε Φαρ-

delectatus risit, dixitque ei qui mulieres adduxerat, Ecquid jam advertis hanc te mihi solam liberam atque intactam adduxisse? Ex eo cœpit propensus in eam esse, amavitque eam supra omnes, ac sapientem appellavit. Capta fuit, quum Cyrus in prœlio occubuisset, & diriperentur castra ejus.

Hanc Darius cum petiisset, momordit patrem. Barbari enim in amoribus gravi æmulatione præditi sunt, ut non ille modo qui appellaverit & attigerit regis pellicem, verum etiam qui propius in itinere præterlatus fuerit & prævectus, quibus portantur, plaustra, capite luat. Quanquam autem haberet Atossam, quam contra leges duxerat uxorem, aleret insuper sexaginta & trecentas præcellentissima forma concubinas, postulatus illam tamen, liberam ait esse: acciperet eam ipsius voluntate, vim ne afferret invitæ. Accitam Aspasiam, ubi præter exspectationem regis elegit Darium, dedit quidem ei ex legis necessitate, sed datam paulo post eripuit. Nam quo reliquam vitam transigeret in cœlibatu, eam Dianæ quæ Ecbatanis colitur, quam Anitim vocant, sacerdotem legit: non acerbam existimans, sed modicam se jocularíamque hanc de filio sumpturum vindictam. Atqui non tulit id ille modice, seu Aspasiæ amore permotus, seu probro affici se & ludibrio ducens haberi a patre. Ita affectum Tiribazus considerans, impendio magis inflammavit, in illata huic injuria agnoscens illam quæ fuerat sibi illata ex hujuscemodi occasione. Filias rex complures habebat: ex his Phar-

Φαρναβάζῳ μὲν Ἀπάμαν δώσειν γυναῖκα, Ῥοδογύνην δὲ Ὀρείτῃ, Τιριβάζῳ δὲ Ἄμηστριν. καὶ ταῖς μὲν ἄλλοις ἔδωκε, Τιρίβαζον δὲ ἐψεύσατο, γήμας αὐτὸς τὴν Ἄμηστριν. ἀντ' ἐκείνης δὲ τῷ Τιριβάζῳ τὴν νεωτάτην Ἄτοσσαν ἠγγύησεν. ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτην ἐρασθεὶς ἔγημεν, ὡς εἴρηται, παντάπασι δυσμενῶς πρὸς αὐτὸν ὁ Τιρίβαζος ἔσχεν, οὐδὲ ἄλλως στάσιμος ὢν τὸ ἦθος, ἀλλ' ἀνώμαλος καὶ παράφορος. διὸ καὶ νῦν μὲν εὐημερῶν ὅμοια τοῖς πρώτοις, νῦν δὲ προσκρούων καὶ σκορακιζόμενος, οὐδεμίαν ἔφερεν ἐμμελῶς μεταβολήν· ἀλλὰ καὶ τιμώμενος, ἦν ἐπαχθὴς ὑπὸ χαυνότητος· καὶ τὸ κολουόμενον, οὐδὲ ταπεινὸν, οὐδὲ ἡσυχαῖον, ἀλλὰ τραχὺ καὶ ἀγέρωχον εἶχε.

Πῦρ οὖν ἐπὶ πῦρ ἐγίνετο τῷ νεανίσκῳ προσκείμενος ὁ Τιρίβαζος ἀεὶ, καὶ λέγων ὡς οὐδὲν ὀνίνησιν ἡ κίταρις ἑστῶσα περὶ τῇ κεφαλῇ τοὺς ὑφ' αὐτῆς μὴ ζητοῦντας ὀρθοῦσθαι τοῖς πράγμασι· κἀκεῖνον ἀβέλτερα φρονεῖν, τοῦ μὲν ἀδελφοῦ διὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἐνδυομένου τοῖς πράγμασι· τοῦ δὲ πατρὸς οὕτως ἔμπληκτον ἦθος καὶ ἀβέβαιον ἔχοντος, οἴεται βέβαιον αὐτῷ τὴν διαδοχὴν ὑπάρχειν. ὁ γὰρ Ἑλληνικοῦ χάριν γυναίου τὸν ἄψαυστον ἐν Πέρσαις ψευσάμενος νόμον, οὐ δήπου πιστός ἐστι τὰς περὶ τῶν μεγίστων ὁμολογίας ἐμπεδώσειν. οὐ ταὐτὸ δ' εἶναι τὸ μὴ τυχεῖν Ὤχῳ, κἀκείνῳ τὸ στέρεσθαι τῆς βασιλείας. Ὦχον μὲν γὰρ οὐδένα κωλύειν ἰδιώτην βιοῦν μακαρίως, ἐκείνῳ δὲ ἀποδεδειγμένῳ βασιλεῖ βασιλεύειν ἀνάγκη, ἢ μηδὲ ζῆν εἶναι. καθόλου μὲν οὖν ἴσως τὸ Σοφόκλειον,

Ταχεῖα

Pharnabazo Apamam despondit, Rhodogynem Oronti, Tiribazo Ameftrim. Cæteris autem collocavit eas: Tiribazum vero delusit, quod sibi ipsi matrimonio junxerit Ameftrim, cujus loco pactus est Tiribazo minimam Atossam. Ut vero hanc quoque impulsus amore, ut supra retulimus, duxit: omnino incensus in eum est Tiribazus, nec alias moribus constans, sed varius & vecors. Unde nunc acceptus inter primos regi, nunc ingratus & invisus, nullam vicissitudinem moderate ferebat, verum ubi in honore erat, nemo tolerabat hominis insolentiam: ubi in ordinem redactus, non summissum se gerebat neque pacatum, verum ferox & elatus erat.

Igitur quasi ignis igni admovebatur, quum stimularet assidue adolescentem Tiribazus, jactaretque nihil erectam in capite citarim prodesse his quos illa cooperit, si erigere non quærant ipsi res suas; nec sapienter eum sentire, si quum fœminarum ope rebus se insinuet frater ipsius, vel quum parens tam insulso & inconstanti ingenio sit, firmam sibi successionem ducat existere. Qui enim mulierculæ Græcæ gratia fixam apud Persas circumvenisset legem, ei nequaquam fidendum esse maximarum rerum fœderibus staturum. Non perinde esse Ocho non assequi, atque ipsi spoliari regno. Ochum enim quin beate vivat privatus, neminem interpellaturum: ipsi regi renuntiato regnare necesse esse, aut ne vivere quidem fore integrum. Nempe ubique obtinet fortasse Sophocleum illud,

 Por-

Ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ.

λεία γάρ τις ἡ πορεία καὶ κατάντης ἐπὶ τὸ βουλόμενον. βούλονται δὲ οἱ πλεῖστοι τὰ φαῦλα δι' ἀπειρίαν τῶν καλῶν καὶ ἄγνοιαν. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ μέγεθος τὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ πρὸς τὸν Ὦχον τοῦ Δαρείου δέος ὑπόθεσιν τῷ Τιριβάζῳ παρεῖχε. κυπρογένεια δὲ οὐ πάμπαν ἀναίτιος ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις.

Ἐπέδωκεν οὖν ἑαυτὸν τῷ Τιριβάζῳ, καὶ πολλῶν ἤδη συνισαμένων, εὐνοῦχος ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὸν τρόπον εἰδὼς ἀκριβῶς, ὅτι νυκτὸς ἐγνώκασιν ἐν τῷ θαλάμῳ κατακείμενον ἀναιρεῖν αὐτὸν ἐπεισελθόντες. ἀκούσαντι δὲ τῷ Ἀρτοξέρξῃ, καὶ τὸ παριδεῖν κίνδυνον τηλικοῦτον, ἀμελήσαντα τῆς διαβολῆς, δεινὸν ἐδόκει, καὶ τὸ πιστεῦσαι μηδενὸς ἐλέγχου γινομένου, δεινότερον. οὕτως οὖν ἐποίει· τὸν μὲν εὐνοῦχον ἐκείνοις ἐκέλευσε παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν· αὐτὸς δὲ τοῦ θαλάμου τὸν ὄπισθεν τῆς κλίνης τοῖχον ἐκκόψας καὶ θυρώσας, κατεκάλυψεν αὐλαίᾳ τὰς θύρας. ἐνστάσης δὲ τῆς ὥρας, καὶ φράσαντος τοῦ εὐνούχου τὸν καιρὸν, ἐπὶ τῆς κλίνης ὑπέμεινε, καὶ οὐκ ἐξανέστη πρότερον ἢ τῶν ἐπ' αὐτὸν ἐρχομένων τὰ πρόσωπα κατιδεῖν, καὶ γνωρίσαι σαφῶς ἕκαστον. ὡς δὲ εἶδεν ἐσπασμένους τὰ ἐγχειρίδια καὶ προσφερομένους, ταχὺ τὴν αὐλαίαν ὑπολαβὼν ἀνεχώρησεν εἰς τὸ ἐντὸς οἴκημα, καὶ τὰς θύρας ἐπήρραξε κράζων. ὀφθέντες γοῦν οἱ σφαγεῖς ὑπ' αὐτοῦ, πράξαντες δὲ μηθὲν, ἀπεχώρουν φυγῇ διὰ θυρῶν· καὶ τοὺς περὶ τὸν Τιρίβαζον ἐκέλευον ἀποχωρεῖν, ὡς φανεροὺς γεγονότας. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι διαλυθέντες ἔφυγον· ὁ δὲ Τιρίβαζος·

Propera malorum suada promovet pedem.
Trita est enim & prona ad id quod volumus via. Volunt autem plerique ob bonorum imperitiam & ignorationem mala. Enimvero regni amplitudo, & formido de Ocho Darii materiam dedit Tiribazo. Atque ipsa Venus non parum in causa fuit, quæ suggessit Aspasiæ ablationem.

Tiribazo ergo totum se dedit. Ubi frequentes jam conjurarunt, consilium detexit regi eunuchus, qui etiam rationem rei gerendæ exacte cognoverat: statuisse eos nocte in thalamum regis irrumpere, & obtruncare quiescentem. Audienti hæc Artoxerxi contemnere tantum periculum, & delationem negligere, grave videbatur, credere vero nullo intercedente indicio, gravius. Quare sic facit: Eunucho imperat ut se adjungat adhæreatque illis: ipse cubiculi parietem pone lectum exscindit, aperitque in eo januam, quam tapetibus velat. Instante hora, atque indicato per eunuchum tempore, remansit rex in lecto, neque ante exsurrexit quam ipsa ingressorum inspexisset ora, atque unumquemque exacte cognovisset. Ut districtis gladiis vidit eos irrumpentes, removit propere aulæam, atque in cubiculum interius conjecit se, foresque cum clamore illisit. Percussores igitur quum ab eo conspecti essent, re infecta ejecerunt se janua: Tiribazo, quod compertus esset, suaserunt ut reciperet se, cæteri diversi fugam arripuere. Tiribazus,

ρίβαζος συλλαμβανόμενος, πολλοὺς ἀπέκτεινε τῶν βασιλέως δορυφόρων, καὶ μόγις ἀκοντίῳ πληγεὶς πόῤῥωθεν ἔπεσε. τῷ δὲ Δαρείῳ μετὰ τῶν τέκνων ἀναχθέντι καθίσας τοὺς βασιλείους δικαστάς, οὐ παρὼν αὐτός, ἀλλ' ἑτέρων κατηγορησάντων, ἐκέλευσεν ὑπηρέτας τὴν ἑκάστου γραψαμένους ἀπόφασιν ὡς αὐτὸν ἐπανενεγκεῖν. ἀποφηναμένων δὲ πάντων ὁμοίως, καὶ καταγνόντων τοῦ Δαρείου θάνατον, οἱ μὲν ὑπηρέται συλλαβόντες αὐτόν, εἰς οἴκημα πλησίον ἀπήγαγον· ὁ δὲ δήμιος κληθεὶς ἧκε μὲν ξυρὸν ἔχων ᾧ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνουσι τῶν κολαζομένων, ἰδὼν δὲ τὸν Δαρεῖον ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεχώρει πρὸς τὰς θύρας ἀποβλέπων, ὡς οὐ δυνησόμενος οὐδὲ τολμήσων αὐτόχειρ γενέσθαι βασιλέως. ἔξωθεν δὲ τῶν δικαστῶν ἀπειλούντων καὶ διακελευομένων, ἀναστρέψας, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ δραξάμενος τῆς κόμης αὐτοῦ καὶ καταγαγών, ἀπέτεμε τῷ ξυρῷ τὸν τράχηλον. ἔνιοι δέ φασι τὴν κρίσιν γενέσθαι βασιλέως αὐτοῦ παρόντος, τὸν δὲ Δαρεῖον, ὡς κατελαμβάνετο τοῖς ἐλέγχοις, ἐπὶ στόμα πεσόντα, δεῖσθαι καὶ ἱκετεύειν· τὸν δὲ ὑπ' ὀργῆς ἀναστάντα καὶ σπασάμενον τὸν ἀκινάκην, τύπτειν, ἕως ἀπέκτεινεν· εἶτα εἰς τὴν αὐλὴν προελθόντα, τὸν Ἥλιον προσκυνῆσαι, καὶ εἰπεῖν, Εὐφραίνεσθε ἀπιόντες ὦ Πέρσαι, καὶ λέγετε τοῖς ἄλλοις, ὅτι τοῖς ἄθεσμα καὶ παράνομα διανοηθεῖσιν ὁ μέγας Ὠρομάζης δίκην ἐπιτέθεικεν.

Ἡ μὲν οὖν ἐπιβουλὴ τοιοῦτον ἔσχε τέλος. ὁ δὲ Ὦχος ἤδη μὲν ἦν ταῖς ἐλπίσι λαμπρός, ὑπὸ τῆς Ἀτόσσης ἐπαιρόμενος· ἔτι δὲ ἐφοβεῖτο τῶν μὲν γνησίων τὸν ὑπόλοιπον Ἀριάσπην, τῶν δὲ νόθων Ἀρσάμην. ὁ μὲν γὰρ Ἀριάσπης,

ribazus, dum comprehenditur, multos interfecit regis satellites. Ipse ægre tandem jaculo eminus ictus cecidit. At Dario cum liberis attracto regios judices tulit. Quia vero noluit interesse ipse, sed alios accusatores apposuit, præcepit scribis ut cujusque sententiam scriberent, & ad se referrent. Ut una sententia Darium omnes capitis damnaverunt, ministri correptum in propinquum carcerem deduxere. Quo carnifex accitus venit cum novacula, qua sontium capita decidunt. Qui ut Darium conspexit, obstupefactus recessit januam respectans, quasi non posset neque sustineret homicida esse regis. Cæterum judicibus foris minitantibus ei & præcipientibus, reversus, coma ejus altera manu arrepta, in terram prostrato cervicem novacula dempsit. Aliqui factum rege præsente asserunt judicium, ac Darium, ut probationibus convictus fuit, in faciem se abjecisse, supplicemque orasse regem: illum vero infensum surrexisse, strictoque acinace eum percussisse, quousque exspiravit: inde progressum in aulam Solem adorasse, ac dixisse, Abite læti Persæ, aliisque nuntiate magnum Oromazem de iis qui nefanda & detestabilia conceperant, repetivisse pœnas.

Hunc exitum conjuratio habuit. Erat jam Ochus spe celsus, quem erigebat Atossa: cæterum metuebat adhuc ex justis regis filiis reliquum Ariaspem, & ex concubinis natorum Arsamem. Ariaspes enim,

non

ἐλάσσονος, οὐ διὰ τὸ πρεσβύτερος εἶναι τοῦ Ὤχου, πρᾶος δὲ καὶ ἁπλοῦς καὶ φιλάνθρωπος, ἠξιοῦτο βασιλεύειν ὑπὸ τῶν Περσῶν· ὁ δὲ Ἀρσάμης καὶ νοῦν ἔχειν ἐδόκει, καὶ μάλιστα τῷ πατρὶ προσφιλὴς ὤν, οὐκ ἐλάνθανε τὸν Ὦχον. ἐπιβουλεύων οὖν ἀμφοτέροις, καὶ δολερὸς ὢν ὁμοῦ καὶ φονικός, ἐχρήσατο τῇ μὲν ὠμότητι τῆς φύσεως πρὸς τὸν Ἀρσάμην, τῇ δὲ κακουργίᾳ καὶ δεινότητι πρὸς τὸν Ἀριάσπην. ὑπέπεμψε γὰρ πρὸς αὐτὸν εὐνούχους καὶ φίλους βασιλέως, ἀπειλάς τινας ἀεὶ καὶ λόγους φοβεροὺς ἀπαγγέλλοντας, ὡς τοῦ πατρὸς ἐγνωκότος ἀποκτιννύειν αὐτὸν ὠμῶς καὶ ἐφυβρίστως. οἱ δὲ ταῦτα καθ' ἡμέραν ἐκφέρειν δοκοῦντες ὡς ἀπόρρητα, καὶ τὰ μὲν μέλλειν, τὰ δὲ ὅσον οὔπω πράξειν βασιλέα λέγοντες, οὕτως ἐξέπληξαν τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοσαύτην ἐνέβαλον πτοίαν αὐτῷ καὶ ταραχὴν καὶ δυσθυμίαν εἰς τοὺς λογισμούς, ὥστε φάρμακον σκευάσαντα τῶν θανασίμων καὶ πιόντα τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆναι. πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς, ἐκεῖνον μὲν ἀπέκλαυσε, τὴν δ' αἰτίαν ὑπώπτευεν· ἐλέγχειν δὲ καὶ ζητεῖν ἐξαδυνατῶν διὰ τὸ γῆρας, ἔτι μᾶλλον ἠσπάζετο τὸν Ἀρσάμην, καὶ δῆλος ἦν μάλιστα πιστεύων ἐκείνῳ καὶ παρρησιαζόμενος. ὅθεν οἱ περὶ τὸν Ὦχον οὐκ ἀνεβάλλοντο τὴν πρᾶξιν, ἀλλ' Ἀρπάτην υἱὸν Τιριβάζου παρασκευάσαντες, ἀπέκτειναν δι' ἐκείνου τὸν ἄνθρωπον. ἦν μὲν οὖν ἐπὶ ῥοπῆς μικρᾶς ὁ Ἀρτοξέρξης διὰ τὸ γῆρας ἤδη τότε· προσπεσόντος δὲ αὐτῷ τοῦ περὶ τὸν Ἀρσάμην πάθους, οὐδὲ ὀλίγον ἀντέσχεν, ἀλλ' εὐθὺς ὑπὸ λύπης καὶ δυσθυμίας ἀπεσ-


non quia ætatis prærogativa superabat Ochum, sed ob mansuetudinem & candorem & humanitatem rex a Persis flagitabatur: Arsames vero habebatur cordatus, eumque patrem habere in oculis non erat clam Ochum. Itaque utrumque insidiis appetens, qui subdolus juxta & sanguinarius esset, ingenii crudelitate in Arsamem, dolo & versutia usus est in Ariaspem. Submisit ad hunc regis eunuchos & amicos, qui assidue minas aliquas patris & sæva dicta ei afferrent, ac statutum illi esse crudeliter & contumeliose ipsum necare. Qui quum hæc indies indicare ei pro arcanis viderentur, ac partim deinceps, partim jamjam id exponerent regem patraturum, ita hominem perculere, in tantamque trepidationem, consternationem, & desperationem conjecerunt, ut veneno lethali parato & hausto vitam deponeret. Intellecta rex mortis ejus ratione, deflevit illum & caussam suspectavit: sed quia per senectutem excutere eam & quærere nequivit, magis magisque amplexus est Arsamem, nec obscure tulit ei imprimis fidere, atque omnia in sinu ejus deponere. Unde Ochus non protraxit rem, sed subornavit filium Tiribazi Harpatem. Hoc administro illum interemit. Erat jam tum ob exactam ætatem Artoxerxes in mortem præceps, ut parvo momento esset ad id opus, atque hac Arsamis clade oppressus ne paulisper quidem duravit, verum illico luctu & mœrore exstinctus est

ἀπεσβέσθη, βιώσας μὲν ἐννενήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη, βασιλεύσας δὲ δύο καὶ ἑξήκοντα· δόξας δὲ πρᾶος εἶναι καὶ φιλυπήκοος, οὐχ ἥκιστα διὰ τὸν υἱὸν Ὦχον, ὠμότητι καὶ μιαιφονίᾳ πάντας ὑπερβαλλόμενον.

est anno ætatis quarto & nonagesimo, regni sexagesimo secundo. Clemens habitus est & popularium amans, præcipue ob filium Ochum, qui sævitia & atrocitate omnes superavit.



ΑΡΑΤΟΣ.



Apud Ful: Ursin:

Α Ρ Α Τ Ο Σ.



ΑΡΟΙΜΙΑΝ τινὰ παλαιὰν, ὦ Πολύκρατες, δείσας μοι δοκεῖ τὸ δύσφημον αὐτῆς ὁ φιλόσοφος Χρύσιππος, οὐχ ὃν ἔχει τρόπον, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ᾤετο βέλτιον εἶναι, διατίθεσθαι,

Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ εὐδαίμονες υἱοί;

Διονυσόδωρος δὲ ὁ Τροιζήνιος, ἐλέγχων αὐτὸν, ἀντεκτίθησιν τὴν ἀληθινὴν, οὕτως ἔχουσαν,

Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί;

καί φησι τοὺς ἀφ' αὑτῶν οὐδενὸς ἀξίους ὄντας, ὑποδυομένους δὲ προγόνων τινῶν ἀρεταῖς, καὶ πλεονάζοντας ἐν τοῖς ἐκείνων ἐπαίνοις, ὑπὸ τῆς παροιμίας ἐπιστομίζεσθαι. ἀλλ' ᾧ γε φύσει τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων, κατὰ Πίνδαρον, ὥσπερ σοὶ πρὸς τὸ κάλλιστον ἀφομοιοῦντι τῶν οἴκοθεν παραδειγμάτων τὸν βίον, εὔδαιμον ἂν εἴη τὸ μεμνῆσθαι τῶν ἀπὸ γένους ἀρίστων, ἀκούοντας περὶ αὐτῶν ἀεί τι καὶ λέγοντας. οὐ γὰρ ἰδίων ἀπορίᾳ καλῶν ἐξαρτῶσιν ἀλλοτρίων

VETUS proverbium, Polycrate, veritus, meo judicio, dictum inauspicatum, philosophus Chrysippus, non uti erat, sed ut ipse probabat, scripsit,

Quis patrem laudet, bene felices nisi nati?

Hunc coarguens Dionysodorus Trœzenius, verum reponit, quod sic habet,

Quis patrem laudet, non felices nisi nati?

Ac demonstrat iis qui per se illaudati sunt, vestiunt autem se majorum quorundam virtutibus, insolescuntque illorum laudibus, os hoc obstrui proverbio. At cui generosa ex majoribus indoles innata est, ut ait Pindarus, sicut tibi, ut ad præclarissimum domesticorum exemplorum vitam componat: huic felicitas sit meminisse præstantissimorum avorum suorum, audienti semper de iis aliquid & referenti. Neque enim peculiaris hic penuria decoris ex alienis

τρίων ἐπαίνων τὴν δόξαν, ἀλλὰ τοῖς ἐκείνων τὰ οἰκεῖα συνάπτοντες, ὡς καὶ τοὺς γένους καὶ τοῦ βίου καθηγεμόνας εὐφημοῦσι. διὸ κἀγὼ τὸν Ἀράτου τοῦ σοῦ πολίτου καὶ προπάτορος βίον, ὃν οὔτε τῇ δόξῃ τῇ περὶ σεαυτὸν, οὔτε τῇ δυνάμει καταισχύνεις, ἀπέσταλκά σοι συγγεγραμμένον· οὐχ ὡς οὐχὶ πάντων ἀκριβέστατά σοι μεμεληκὸς ἐξ ἀρχῆς ἐπίστασθαι τὰς ἐκείνου πράξεις, ἀλλ' ὅπως οἱ παῖδές σου Πολυκράτης καὶ Πυθοκλῆς οἰκείοις παραδείγμασιν ἐντρέφωνται, τὰ μὲν ἀκούοντες, τὰ δὲ ἀναγινώσκοντες, ἅπερ αὐτοὺς μιμεῖσθαι προσήκει. φιλαύτου γὰρ ἀνδρὸς, οὐ φιλοκάλου, παντὸς ἀεὶ βέλτιστον ἡγεῖσθαι.

Ἡ Σικυωνίων πόλις, ἐπεὶ τὸ πρῶτον ἐκ τῆς ἀκράτου καὶ Δωρικῆς ἀριστοκρατίας, ὥσπερ ἁρμονίας συγχυθείσης, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ φιλοτιμίας δημαγωγῶν, οὐκ ἐπαύσατο νοσοῦσα καὶ ταραττομένη, καὶ τύραννον ἐκ τυράννου μεταβάλλουσα, μέχρις οὗ Κλέωνος ἀναιρεθέντος, εἵλοντο Τιμοκλείδαν ἄρχοντα καὶ Κλεινίαν, ἄνδρας ἐνδόξους τὰ μάλιστα καὶ ἐν δυνάμει τῶν πολιτῶν ὄντας. ἤδη δέ τινα τῆς πολιτείας κατάστασιν ἔχειν δοκούσης, Τιμοκλείδας μὲν ἀπέθανεν, Ἀβαντίδας δὲ ὁ Πασέου τυραννίδα πράττων ἑαυτῷ, τὸν Κλεινίαν ἀπέκτεινε· καὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων τοὺς μὲν ἐξέβαλε, τοὺς δὲ ἀνεῖλεν. ἐζήτει δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνελεῖν Ἄρατον, ἑπταετῆ καταλελειμμένον. ἐν δὲ τῇ περὶ τὴν οἰκίαν ταραχῇ συνεκπεσὼν τοῖς φεύγουσιν ὁ παῖς, καὶ πλανώμενος ἐν τῇ πόλει περίφοβος καὶ ἀβοήθητος, κατὰ τύχην ἔλαθεν εἰς οἰκίαν παρελθὼν γυναικὸς, ἀδελφῆς μὲν Ἀβαντίδου, Προφάντῳ δὲ τῷ Κλεινίου ἀδελφῷ γεγαμημένης,

ὄνομα

nis laudibus aucupatur gloriam, ſed ſua cum illorum copulans, tanquam ſtirpis & vitæ duces celebrat. Unde ego quoque civis tui & proavi vitam Arati, quem neque tua propria laude neque autoritate deformas, tibi conſcriptam mitto: non quin omnium diligentiſſima tibi cura ab initio fuerit illius res geſtas cognoſcere, ſed ut filii tui Polycrates & Pythocles in exemplis adoleſcant domeſticis, partim audiendo partim legendo quæ æmulari illos decet. Eſt enim ſibi placentis, non virtutum amantis, omnium ſe ſemper ducere præſtantiſſimum.

Sicyoniorum civitas, ut primum ex ſincero & Dorico optimatium principatu, ſicut confuſo concentu, in ſeditiones & concionatorum ambitiones impegit, non deſtitit ægrotare & tumultuari, tyrannum ex tyranno mutans, quoad interfecto Cleone principes Timoclidam & Cliniam legere, viros in primis inter cives claros & autoritate pollentes. Quum jam videretur aliquatenus compoſita reſpublica, Timoclidas fato functus eſt. Abantidas vero Paſeæ filius tyrannidem affectans obtruncavit Cliniam, amicoſque ejus & familiares partim in exilium egit, partim contrucidavit. Quæſivit etiam filium ejus ſeptennem relictum de medio tollere Aratum. Cæterum in domeſtico tumultu una cum fugientibus puer elapſus, palanſque per urbem trepidus & auxilio deſtitutus, forte fortuna in domum clam recepit ſe mulieris quæ Abantidæ ſoror erat, Prophanto Cliniæ fratri nupta, nomine

ὄνομα Σωσοῦς. αὕτη δὲ καὶ τὸ ἦθος οὖσα γενναία, καὶ σὺν Θεῷ τινι τὸ παιδίον οἰομένη καταπεφευγέναι πρὸς αὐτὴν, ἀπέκρυψεν ἔνδον, εἶτα νυκτὸς εἰς Ἄργος ὑπεξέπεμψεν.

Οὕτω δὲ ἐκκλαπέντι τῷ Ἀράτῳ καὶ διαφυγόντι τὸν κίνδυνον, εὐθὺς μὲν ἐνεφύετο καὶ συνηύξετο τὸ σφοδρὸν καὶ διάπυρον μῖσος ἐπὶ τοὺς τυράννους. τρεφόμενος δὲ παρὰ τοῖς ἐν Ἄργει ξένοις καὶ φίλοις πατρῴοις ἐλευθερίως, καὶ τὸ σῶμα βλαστάνον ὁρῶν εἰς εὐεξίαν καὶ μέγεθος, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἀσκήσει τῇ περὶ παλαίστραν, ὥστε καὶ πένταθλον ἀγωνίσασθαι, καὶ στεφάνων τυχεῖν. ἐπιφαίνεται δ' ἀμέλει καὶ ταῖς εἰκόσιν ἀθλητική τις ἰδέα, καὶ τὸ συνετὸν τοῦ προσώπου καὶ βασιλικὸν οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὸ σκαφίον. ὅθεν ἐνδεέστερον ἴσως ἢ πολιτικῷ προσῆκον ἀνδρὶ περὶ τὸν λόγον ἐσπούδασε· καίτοι γεγονέναι κομψότερος εἰπεῖν ἢ δοκεῖν τισιν, ἐκ τῶν ὑπομνημάτων κρίνουσιν, ἃ παρέργως καὶ ὑπὸ χεῖρα διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ὀνομάτων ἁμιλλησάμενος κατέλιπε. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀβαντίδαν μὲν οἱ περὶ Δεινίαν καὶ Ἀριστοτέλη τὸν διαλεκτικὸν, εἰωθότα τοῖς λόγοις αὐτῶν κατ' ἀγορὰν σχολαζόντων ἑκάστοτε παρεῖναι καὶ συμφιλονεικεῖν, ἐμβαλόντες εἰς τοιαύτην διατριβὴν, καὶ κατασκευάσαντες ἐπιβουλὴν, ἀνεῖλον. Πασίαν δὲ τὸν Ἀβαντίδου πατέρα τὴν ἀρχὴν ὑπολαβόντα Νικοκλῆς δολοφονήσας, ἑαυτὸν ἀνέδειξε τύραννον. τοῦτον ἐμφερέστατον λέγουσι τὴν ὄψιν Περιάνδρῳ τῷ Κυψέλου γενέσθαι· καθάπερ Ἀλκμαίωνι μὲν τῷ Ἀμφιάρεω, τὸν Πέρσην Ὀρόντην, Ἕκτορι δὲ τὸν Λακεδαιμόνιον νεανίσκον, ὃν ἱστο-

ρεῖ

mine Soso. Hæc, tum quod animo esset generosa, tum divina quadam sorte puerum existimans ad se confugisse, domi eum abscondit, mox clam noctu dimisit Argos.

Ita Arato, quum furtim fuisset ereptus, & deflexisset periculum, statim ingenitum est & cum eo adolevit fervidum odium & ardens tyrannorum. Quum ingenue educaretur Argis in hospitum & amicorum paternorum contubernio, corpusque insurgere in bonum habitum & proceritatem videret, ad meditationem contulit se palæstræ. Itaque quinquertionem certavit, coronasque obtinuit. Elucet nimirum & in simulacris ejus figura athletica, vultusque gravis & majestatis plenus non diffitetur athleticam voracitatem & ligonem. Unde minus forsitan quam in viro circa rempublicam versaturo requirebatur, ad dicendum incubuit, licet festiviorem in dicendo eum fuisse, quam quibusdam videretur, judicant ex commentariis quos obiter & in transcursu verbis obviis properans reliquit. Post Dinias & Aristoteles dialecticus Abantidam solitum, quum disputationibus vacarent in foro, semper esse præsto, eorumque se immiscere concertationibus, ubi in id studii conjecerunt eum, structis insidiis interfecere. Pasea autem Abantidæ patre, postquam ei in dominatum successit, dolo perempto, invasit tyrannidem Nicocles. Hunc germanissimum facie Periandro Cypseli autumant fuisse, ut Alcmæoni Amphiarai Orontem Persem, Hectori adolescentem Lacedæmonium, quem tradit Myr-

silus

ρεῖ Μυρσίλος ὑπὸ πλήθους τῶν θεωμένων, ὡς τοῦτο ἔγνωσαν, καταπατηθῆναι.

Τοῦ δὲ Νικοκλέους τέσσαρας μῆνας τυραννοῦντος, ἐν οἷς πολλὰ κακὰ τὴν πόλιν ἐργασάμενος ἐκινδύνευσεν ὑπὸ Αἰτωλῶν ἐπιβουλευομένην αὐτὴν ἀποβαλεῖν, ἤδη μειράκιον ὁ Ἄρατος ὢν, ἀξίωμα λαμπρὸν εἶχε δι' εὐγένειαν καὶ φρόνημα, ὃ διέφαινεν οὐ μικρὸν οὐδὲ ἀργὸν, ἐμβριθὲς δὲ καὶ παρ' ἡλικίαν, ἀσφαλεστέρᾳ γνώμῃ κεκραμένον. ὅθεν οἵ τε φυγάδες μάλιστα τὸν νοῦν ἐκείνῳ προσεῖχον, ὅ,τε Νικοκλῆς οὐκ ἠμέλει τῶν πραττομένων· ἀλλ' ἀδήλως ἀπεθεώρει καὶ παρεφύλαττεν αὐτοῦ τὴν ὁρμήν· τόλμημα μὲν οὐδὲν τηλικοῦτον δεδιὼς, οὐδὲ ἔργον οὐδὲν οὕτω παρακεκινδυνευμένον· ὑποπτεύων δὲ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτὸν διαλέγεσθαι φίλοις οὖσι καὶ ξένοις πατρῴοις. καὶ γὰρ ἀληθῶς ὁ Ἄρατος ἐπεχείρησε τὴν ὁδὸν ἐκείνην βαδίζειν. ὡς δὲ Ἀντίγονος μὲν ὑπισχνούμενος ἠμέλει, καὶ παρῆκε τὸν χρόνον, αἱ δ' ἀπ' Αἰγύπτου καὶ παρὰ Πτολεμαίου μακρὰν ἦσαν ἐλπίδες, ἔγνω δι' αὑτοῦ καταλύειν τὸν τύραννον.

Πρώτοις δὲ κοινοῦται τὴν γνώμην, Ἀριστομάχῳ καὶ Ἐκδήλῳ. τούτων ὁ μὲν, Σικυώνιος ἦν φυγὰς, ὁ δὲ Ἔκδηλος, Ἀρκὰς ἐκ Μεγάλης πόλεως, ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ πρακτικὸς, Ἀρκεσιλάου τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ γεγονὼς ἐν ἄστει συνήθης. δεξαμένων δὲ τούτων προθύμως, διελέγετο τοῖς ἄλλοις φυγάσιν, ὧν ὀλίγοι μὲν αἰσχυνθέντες ἐγκαταλιπεῖν τὴν ἐλπίδα, μετεῖχον τῶν πραττομένων· οἱ δὲ πολλοὶ καὶ τὸν Ἄρατον ἐπειρῶντο κατακωλύειν, ὡς ἀπει-

ρίᾳ

ſilus ab ſpectantium caterva fuiſſe, ubi id intellexerunt, obtritum.

Ubi tyrannidem Nicocles tenuit menſes quatuor, quibus afflictam ab ſe graviter pene amiſit per Ætolorum inſidias urbem: jam adoleverat Aratus, ingentique exiſtimatione ex nobilitate erat, & ſpiritibus qui effulgebant, non exiguis neque ignavis, ſed qui ſolidi ac ſupra ætatem ſecurioribus fulti conſiliis eſſent. Unde exules imprimis in illum conjiciebant oculos: neque Nicocles ea quæ ageret, negligebat, verum ſpeculabatur, & obſervabat ſecreto conatus ejus: non ille quidem quo ullum facinus vereretur tale, actumve aut cœptum tam audax: ſed quod ejus cum regibus amicis atque hoſpitibus paternis colloquia haberet ſuſpecta. Etenim Aratus revera illam inſtituerat viam. Cæterum quia negligebant & corrumpebant promiſſa Antigoni tempus, ſpes vero ab Ægypto & Ptolemæo longinqua erat: ſtatuit tyrannum per ſe opprimere.

Conſilium cum Ariſtomacho & Ecdelo primis conſociat. Horum ſuperior, exul Sicyonius erat: Ecdelus, Arcas Megalopolitanus, philoſophus & impiger, Arceſilai Academici quondam Athenis auditor. Quibus alacriter rem comprobantibus, convenit cæteros exules: quorum pauci deſerere eam ſpem erubeſcentes, ſocios ſe præbuere cœptorum: magna vero pars Aratum etiam ut rerum imperitia ferocientem ani-

niſi

εία πραγμάτων θρασυνόμενον. βουλομένου δ' αὐτοῦ χωρίον τι τῆς Σικυωνίας καταλαβεῖν, ὅθεν ὡρμημένος διαπολεμήσει πρὸς τὸν τύραννον, ἧκεν εἰς Ἄργος ἀνὴρ Σικυώνιος ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἀποδεδρακώς· ἦν δὲ τῶν φυγάδων ἑνὸς Ξενοκλέους ἀδελφός· καὶ τῷ Ἀράτῳ προσαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ξενοκλέους, ἔλεγε τοῦ τείχους καθ' ὃν ὑπερβὰς αὐτὸς ἐσώθη τόπον, ἐντὸς μὲν ὀλίγου δεῖν ἐπίπεδον εἶναι, προσπεφυκότα χωρίοις πετρώδεσι καὶ ὑψηλοῖς, τὸ δὲ ἔξωθεν ὕψος ὑπὸ κλιμάκων οὐ πάνυ ἀνέφικτον. ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ Ἄρατος, ἐκπέμπει μετὰ τοῦ Ξενοκλέους οἰκέτας ἰδίους δύο, Σεύθαν τε καὶ Τέχνωνα, κατασκεψομένους τὸ τεῖχος· ἐγνωκώς, εἰ δύναιτο κρύφα καὶ πρὸς ἕνα κίνδυνον, ὀξέως τὸ πᾶν ἀναρρῖψαι μᾶλλον, ἢ μακρῷ πολέμῳ καὶ φανεροῖς ἀγῶσιν ἰδιώτης ἀντικαθίστασθαι πρὸς τύραννον. ὡς δ' ἐπανῆλθον οἱ περὶ τὸν Ξενοκλέα, τοῦ μὲν τείχους εἰληφότες μέτρα, καὶ τοῦ τόπου τὴν φύσιν ἀπαγγέλλοντες οὐκ ἄβατον οὐδὲ χαλεπήν, τὸ δὲ λαθεῖν προσελθόντας ἐργῶδες εἶναι φάσκοντες, ὑπὸ κηπουροῦ τινος κυναρίων μικρῶν μὲν, ἐκτόπως δὲ μαχίμων καὶ ἀπαρηγορήτων· εὐθὺς ἐνίστατο τὴν πρᾶξιν.

Ἡ μὲν οὖν τῶν ὅπλων παρασκευὴ συνήθης ἦν, πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τότε κλοπείαις χρωμένων καὶ καταδρομαῖς ἐπ' ἀλλήλους· τὰς δὲ κλίμακας Εὐφράνωρ ὁ μηχανοποιὸς ἀναφανδὸν ἐπήξατο, τῆς τέχνης αὐτῷ τὰ ἀνύποπτον διδούσης, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν τῶν φυγάδων. ἄνδρας δὲ αὐτῷ τῶν μὲν ἐν Ἄργει φίλων ἕκαστος ἐξ ὀλίγων δέκα παρεῖχεν, αὐτὸς δὲ τῶν ἰδίων οἰκετῶν τριάκοντα καθώπλισεν. ἐμισθώσατο δὲ καὶ διὰ Πρώτου Ξενοφίλου τῶν ἀρχι-

κλώ-

nisi sunt retrahere. Dum deliberat sedem aliquam in agro Sicyonio occupare, ex cujus præsidio bellum moveat tyranno, ecce civis Sicyonius effracto carcere Argos venit. Erat hic unius exulum Xenoclis frater. Hic ad Aratum a Xenocle adductus muri locum demonstrat, quo transcenso evaserat, intus pene planum esse, nec multo terra editiorem, saxosæ regioni & excelsæ cohærentem: externum autem fastigium scalis non perinde arduum superatu. Quæ ut intellexit Aratus, mittit cum Xenocle ad murum explorandum duos ex servis suis, Seutham & Technona, certus, si res facultatem haberet, clam unoque periculo propere omnem aleam jacere potius, quam diuturno bello & aperto marte congredi privatus cum tyranno. Ut Xenocles cum servis reversus, inita muri mensura, naturam renuntiavit loci non inaccessam nec asperam, sed latere in aggrediendo, id operosum esse asseruit, propter hortulani cujuspiam catellos, parvos quidem, verum mire pugnaces implacabilesque: extemplo suscepit negotium.

Arma autem usitatum erat parare, quod omnes fere tunc furtivis in se mutuo excursionibus uterentur. Scalas vero Euphranor mechanicus fecit: quod detraheret ei omnem suspicionem artis professio. Nam erat hic quoque exul Sicyonius. Viros ei amici, quos habebat Argis, singuli ex paucis denos præbuere: insuper de servis suis triginta armavit. Ad hæc opera Xenophili principis grassatorum conduxit

κλώπων καὶ πολλοὺς στρατιώτας· οἷς διεδόθη λόγος ὡς ἐπὶ τὰς ἵππους τὰς βασιλικὰς εἰς τὴν Σικυωνίαν ἔξοδος ἔσοιτο. καὶ προεξεπέμφθησαν οἱ πολλοὶ σποράδες ἐπὶ τὸν Πολυγνώτου πύργον, ἐκεῖ κελευσθέντες περιμένειν. προεξεπέμφθη δὲ καὶ Καφησίας ὑπ' αὐτοῦ μετὰ τεσσάρων ἄλλων εὔζωνος, οὓς ἔδει πρὸς τὸν κηπουρὸν ἀφικέσθαι σκοταίους, φάσκοντας ὁδοιπόρους εἶναι, καὶ καταυλισαμένους αὐτόν τε συγκλεῖσαι καὶ τοὺς κύνας· οὐ γὰρ ἦν ἄλλη παρελθεῖν. τὰς δὲ κλίμακας διαλυτὰς οὔσας ἐμβαλόντες εἰς ἀχάνας, καὶ κατακαλύψαντες ἐφ' ἁμαξῶν προαπέστειλαν. ἐν τούτῳ δὲ κατασκόπων τινῶν ἐν Ἄργει τοῦ Νικοκλέους φανέντων, καὶ περιϊέναι λεγομένων ἀδήλως καὶ παραφυλάττειν τὸν Ἄρατον, ἅμ' ἡμέρᾳ προσελθὼν καὶ φανερὸς ὢν ἐν ἀγορᾷ διέτριβε μετὰ τῶν φίλων· εἶτ' ἀλειψάμενος ἐν τῷ γυμνασίῳ, καὶ παραλαβών τινας ἐκ τῆς παλαίστρας τῶν εἰωθότων πίνειν καὶ ῥαθυμεῖν μετ' αὐτοῦ νεανίσκων, ἀπῆρεν οἴκαδε· καὶ μετὰ μικρὸν ἑωρᾶτο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ δι' ἀγορᾶς ὁ μὲν στεφάνους φέρων, ὁ δὲ λαμπάδας ὠνούμενος, ὁ δὲ τοῖς εἰθισμένοις παρὰ πότον ψάλλειν καὶ αὐλεῖν γυναίοις διαλεγόμενος. ταῦτα δὲ οἱ κατάσκοποι πάντα ὁρῶντες ἐξηπάτηντο, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀναγελῶντες ἔλεγον, Οὐδὲν ἦν τυράννου δειλότερον, εἰ καὶ Νικοκλῆς τηλικαύτην πόλιν ἔχων καὶ τοσαύτην δύναμιν, ὀῤῥωδεῖ μειράκιον εἰς ἡδονὰς καὶ πότους μεθημερινοὺς τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια καταχρώμενον.

Οἱ μὲν οὖν οὕτω παραλογισθέντες ἀπηλλάγησαν. ὁ δ' Ἄρατος εὐθὺς μετ' ἄριστον ἐξελθὼν καὶ συνάψας πρὸς τὸν Πολυγνώτου πύργον τοῖς στρατιώ-

ταις,

duxit parvam militum manum: apud quos dissipatus sermo est expeditionem suscipi in fines Sicyonios ad diripiendum equas regias. Plerique alii post alios in Polygnoti turrim præmissi, atque ibi jussi operiri; Caphesias quoque expeditus cum quatuor aliis præmissus est. His injunctum ut sub tenebras pergerent ad hortulanum, viatores se esse ferentes: quo quum divertissent, ipsum includerent cum canibus: neque enim alius transitus patebat. Scalæ solutiles erant. Has in modios frumentarios conjectas contectasque in plaustris præmisere. Inter hæc quum speculatores aliquot Argis Nicoclis comparerent & circumcursitare tecte dicerentur, atque asservare Aratum: orta luce progressus & ostendens se cum amicis in foro deambulavit. Hinc unctus in gymnasio, abductis ex palæstra nonnullis adolescentibus qui potare secum & feriari solebant, domum est digressus. Mox conspecti sunt servi ejus per forum, hic coronas ferens, ille emens faces, alius cum mulierculis in convivio psallere & tibia canere solitis colloquens. Hæc quum exploratores omnia contemplarentur, ludificati sunt, atque inter se cachinnantes dixerunt nihil meticulosius tyranno esse: quando etiam Nicocles tanta succinctus urbe & viribus adolescentem paveat in delicias & compotationes diurnas exilii viaticum effundentem.

Atque illi hoc modo delusi discessere. At Aratus protinus a prandio egressus, ac cum militibus ad Polygnoti turrim conjunctus,

mo-

ταις, εἰς Νεμέαν προῆγεν, ὅπου τὴν πρᾶξιν ἐξέφηνε τοῖς πολλοῖς. τὸ δὲ πρῶτον ὑποσχέσεις τε καὶ παρακλήσεις ἐποιήσατο, καὶ συνθήματα παραδοὺς, Ἀπόλλωνα ὑπερδέξιον, προσῆγεν ἐπὶ τὴν πόλιν, συμμέτρως τῇ περιφορᾷ τῆς σελήνης ἐπιταχύνων, καὶ πάλιν ἀνιεὶς εἰς τὴν πορείαν, ὥστε τῷ μὲν φωτὶ χρῆσθαι καθ' ὁδὸν, ἤδη δὲ δυομένης περὶ τὸν κῆπον εἶναι πλησίον τοῦ τείχους. ἐνταῦθα Καφησίας ἀπήντησεν αὐτῷ, τῶν μὲν κυναρίων οὐ κρατήσας (ἔφθη γὰρ ἀποπηδήσαντα) τὸν δὲ κηπουρὸν ἐγκεκλεικώς. ἀθύμους δὲ τοὺς πλείστους γενομένους, καὶ κελεύοντας ἀπαλλάττεσθαι, παρεθάρρυνεν ὁ Ἄρατος, ὡς ἀπάξων, ἂν οἱ κύνες ἄγαν ἐνοχλῶσιν αὐτοῖς. ἅμα δὲ τοὺς τὰς κλίμακας φέροντας προπέμψας, ὧν Ἔκδηλος ἡγεῖτο καὶ Μνασίθεος, αὐτὸς ἐπηκολούθει σχολαίως, ἤδη τῶν κυναρίων ἐντόνως ὑλακτούντων καὶ συμπαρατρεχόντων τοῖς περὶ τὸν Ἔκδηλον. οὐ μὴν ἀλλὰ συνέμιξάν τε τῷ τείχει, καὶ προσήρεισαν τὰς κλίμακας ἀσφαλῶς. ἀναβαινόντων δὲ τῶν πρώτων, ὁ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν παραδιδοὺς ἐφώδευε κώδωνι, καὶ φῶτα πολλὰ καὶ θόρυβος ἦν τῶν ἐπιπορευομένων. οἱ δὲ, ὥσπερ εἶχον, αὐτοῦ πτήξαντες ἐπὶ τῶν κλιμάκων, τούτους μὲν οὐ χαλεπῶς ἔλαθον· ἄλλης δὲ φυλακῆς ἐναντίας ταύτῃ προσερχομένης, εἰς τὸν ἔσχατον κίνδυνον ἦλθον. ὡς δὲ κἀκείνην διέφυγον παρελθοῦσαν, εὐθὺς ἀνέβαινον οἱ πρῶτοι, Μνασίθεος καὶ Ἔκδηλος· καὶ τὰς ἑκατέρωθεν ὁδοὺς τοῦ τείχους διαλαβόντες, ἀπέστελλον Τέχνωνα πρὸς Ἄρατον, ἐπείγεσθαι κελεύοντες.

Ἦν δὲ οὐ πολὺ διάστημα ἀπὸ τοῦ κήπου πρὸς τὸ τεῖχος καὶ τὸν πύργον,

movit in Nemeam, ubi cœpta sua detexit multitudini. Primum promissis eos onerat & cohortatur, datoque signo Apolline dextro procedit ad urbem, ad lunæ circumactionem modo iter concitans, modo remittens. Ita lumine in via utitur, atque occumbente luna ad hortum venit prope mœnia. Hic occurrit ei Caphesias, qui caniculos non comprehenderat, quod prævertissent profugere, sed incluserat hortulanum. Consternatos plerosque, monentesque ut se reciperet, confirmavit Aratus, recepturum se ostendens si magnopere molesti ipsis canes essent. Simul illos qui ferebant scalas, præmittit: quos Ecdelus & Mnasitheus ducebant. Ipse sensim sequitur, latrantibus jam vehementer catellis sectantibusque Ecdelum. Adeunt murum tamen, scalasque sine periculo admovent. Subeuntibus primis, ille qui vigiliam matutinam tradebat, transibat illac ad tintinnabulum, multaque lumina & strepitus erant sequentium eum. Illi in scalis quieti contraxerunt se, atque ita hos non magno negotio fefellere. Cæterum alia statione huic ex adverso adventante, in extremum venere discrimen. Quam quum pariter prætereuntem effugissent, confestim conscenderunt primi Mnasitheus & Ecdelus, viasque ex utraque muri parte hinc inde insidentes, misso ad Aratum Technone significaverunt ei ut maturaret.

Non multum erat ab horto intervalli ad murum

γον, ἐν ᾧ κύων μέγας ἐφρούρει θηρευτικός. αὐτὸς μὲν οὖν οὐκ ᾔσθετο τὴν ἔφοδον, εἴτε φύσει νωθὴς ὢν, εἴτε μεθ' ἡμέραν κατάκοπος γεγονώς. τῶν δὲ τοῦ κηπουροῦ κυναρίων κάτωθεν ἐκκαλουμένων αὐτὸν, ὑπεφθέγγετο τυφλὸν καὶ ἄσημον τὸ πρῶτον, εἶτα μᾶλλον ἐπέτεινε παρερχομένων· καὶ κατεῖχεν ἤδη πολὺς ὑλαγμὸς τὸ χωρίον, ὥστε τὸν πέραν φύλακα κραυγῇ μεγάλῃ πυνθάνεσθαι τοῦ κυνηγοῦ, πρὸς τίνα τραχέως οὕτως ὁ κύων ὑλακτεῖ, καὶ μή τι γίνεται καινότερον. ὁ δ' ἀπὸ τοῦ πύργου αὐτὸν ἀντεφώνησε μηδὲν εἶναι δεινόν· ἀλλὰ τὸν κύνα πρὸς τὸ φῶς τῶν τειχοφυλάκων καὶ τὸν ψόφον τοῦ κώδωνος παροξύνεσθαι. τοῦτο μάλιστα τοὺς Ἀράτου στρατιώτας ἐπέῤῥωσεν, οἰομένους τὸν κυνηγὸν ἐπικρύπτειν, κοινωνοῦντα τῇ πράξει· εἶναι δὲ πολλοὺς καὶ ἄλλους ἐν τῇ πόλει τοὺς συνεργοῦντας. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ τείχει προσβαλλόντων, χαλεπὸς ἦν ὁ κίνδυνος, καὶ μῆκος ἐλάμβανε, τῶν μὲν κλιμάκων κραδαινομένων, εἰ μὴ καθ' ἕνα σχολαίως ἀναβαίνοιεν· ἡ δὲ ὥρα κατήπειγε, ἤδη φθεγγομένων ἀλεκτρυόνων, καὶ ὅσον οὔπω τῶν ἐξ ἀγροῦ τι φέρειν εἰωθότων πρὸς ἀγορὰν ἐπερχομένων. διὸ καὶ σπεύδων ὁ Ἄρατος ἀνέβαινε, τεσσαράκοντα τῶν πάντων ἀναβεβηκότων πρὸ αὐτοῦ· καὶ προσδεξάμενος ἔτι τῶν κάτωθεν ὀλίγους, ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ τυράννου καὶ τὸ στρατήγιον ἐπῆλθεν. ἐνταῦθα γὰρ οἱ μισθοφόροι παρενυκτέρευον. ἄφνω δ' ἐπιπεσὼν αὐτοῖς, καὶ συλλαβὼν ἅπαντας, οὐδένα δ' ἀποκτείνας, εὐθὺς διεπέμπετο πρὸς τοὺς φίλους, ἀνακαλούμενος ἕκαστον ἀπ' οἰκίας. καὶ συνδραμόντων πανταχόθεν, ἡμέρα μὲν ὑπέλαμπεν ἤδη, καὶ τὸ θέατρον ἦν ὄχλου μεστὸν, ἔτι πρὸς τὴν ἄδηλον αἰωρουμένων

rum & turrim in qua canis venaticus grandis excubabat. Hic, vel quod sua sponte esset torpidus, vel pridie defatigatus, non sensit scandentes murum. At catellis hortulani inferne eum excitantibus, primum cæcum & obscurum reddidit latratum: inde illis prætereuntibus magis intendit, tenebatque frequens jam latratus locum; adeo ut ex altera parte vigil elato clamore venatorem percunctaretur, quemnam tam aspere allatraret canis, & nunquid novi accidisset. Ille ex turri respondit alta voce, nihil mali esse, sed canem ad stationis lumen & strepitum tintinnabuli lacessitum. Hoc potissimum Arati milites roboravit, quod venatorem arbitrarentur conscium rem tegere, atque esse alios in civitate qui cœpta adjuvarent multos. At enim muro succedentium ingens fuit periculum, & mora eos occupavit: quod scalæ, nisi subirent singuli seorsum, vibrarent, tempusque urgeret, cantantibus jam gallis, & quod jamjam adfuturi essent qui ex agro aliquid erant ferre ad forum soliti. Quapropter maturavit Aratus scandere murum, quum quadraginta solum ante eum evasissent, acceptisque insuper ex iis qui infra stabant paucis, domum tyranni & prætorium petiit. Illic enim vigilias mercenarii milites agebant. Quos quum repente adortus comprehendisset cunctos, neque quemquam occidisset: confestim ad amicos misit diversos, qui ex ædibus quemque excirent. Ut hi undique concurrere, jam lux appetebat, & theatrum cœtu erat completum ad incertum rumorem etiamnum

ερημένων φήμην, καὶ σαφὲς οὐδὲν εἰδότων ὑπὲρ τῶν πραττομένων πρίν γε δὴ προελθὼν ὁ κῆρυξ εἶπεν ὡς Ἄρατος ὁ Κλεινίου παρακαλεῖ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν.

Τότε δὲ πιστεύσαντες ἥκειν ἃ πάλαι προσεδόκων, ὥρμησαν ἀθρόοι πρὸς τὰς θύρας τοῦ τυράννου πῦρ ἐπιφέροντες. ἤρθη δὲ φλὸξ μεγάλη καὶ καταφανὴς μέχρι Κορίνθου, τῆς οἰκίας ἀναφθείσης· ὥστε θαυμάσαντας τοὺς ἐν Κορίνθῳ, παρὰ μικρὸν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν βοήθειαν. ὁ μὲν οὖν Νικοκλῆς ἔλαθε διά τινων ὑπονόμων ὑπεκδὺς καὶ ἀποδρὰς ἐκ τῆς πόλεως· οἱ δὲ στρατιῶται καταπαύσαντες μετὰ τῶν Σικυωνίων τὸ πῦρ, διήρπαζον τὴν οἰκίαν. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐκώλυεν ὁ Ἄρατος, τά τε λοιπὰ χρήματα τῶν τυράννων εἰς μέσον ἔθηκε τοῖς πολίταις. ἀπέθανε δὲ οὐδεὶς οὐδὲ ἐτρώθη τοπαράπαν τῶν ἐπελθόντων, οὐδὲ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἄθικτον αἵματος ἐμφυλίου τὴν πρᾶξιν ἡ τύχη διεφύλαξε. κατήγαγε δὲ φυγάδας, τοὺς μὲν ὑπὸ Νικοκλέους ἐκπεπλωκότας, ὀγδοήκοντα, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν τυράννων, οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων, οἷς μακρὰ μὲν ἡ πλάνη καὶ ὁμοῦ τι πεντηκονταετὴς ἐγεγόνει. κατελθόντες δὲ οἱ πλεῖστοι πένητες, ὧν κύριοι πρότερον ἦσαν, ἐπελαμβάνοντο· καὶ βαδίζοντες ἐπὶ τὰ χωρία καὶ τὰς οἰκίας, δεινὴν ἀπορίαν τῷ Ἀράτῳ παρεῖχον, ἐπιβουλευομένην μὲν ἔξωθεν καὶ φθονουμένην ὑπ' Ἀντιγόνου τὴν πόλιν ὁρῶντι διὰ τὴν ἐλευθερίαν, ταραττομένην δὲ ὑπ' αὐτῆς καὶ στασιάζουσαν. ὅθεν ἐκ τῶν παρόντων ἄριστα κρίνας, προσέμιξεν αὐτὴν φέρων τοῖς Ἀχαιοῖς· καὶ Δωριεῖς ὄντες, ὑπέδυσαν ἑκουσίως ὄνομα καὶ πο-

tiamnum suspenso, neque quicquam certi quid ageretur, cognoscente: quousque tandem progressus præco pronuntiavit, Aratum Cliniæ filium cives ad libertatem vocare.

Tunc fidentes adesse id quod jamdiu exspectaverant, agmine contenderunt ad fores tyranni, subjicientes faces ædibus: unde flamma ingens edita atque conspicua Corinthum usque, flagrante illius domo, ut obstupescentes Corinthii, pene ad ferendas suppetias effuderint se. Nicocles autem occulte per cuniculos quosdam elapsus ex urbe evolavit. Milites vero postquam cum Sicyoniis restinxerunt ignem, domum ejus diripuerunt: neque id prohibuit Aratus, ac reliquas quoque tyrannorum facultates concessit civibus. Porro nemo occubuit vel omnino vulneratus fuit ex aggressoribus vel hostibus, sed sincerum & purum a civili sanguine fortuna hoc facinus conservavit. Reduxit exules, qui ejecti ab Nicocle fuerant, octoginta: qui tyrannorum dominatu superiorum, non minus quingentos, qui diu & fere quinquaginta annos fuerant palati. Horum plerique reversi inopes, pristinas possessiones suas vendicaverunt, ingredientesque prædia & domicilia sua in magnas difficultates conjecerunt Aratum: qui foris peti insidiis & invidiosam esse Antigono libertatis causa cernebat civitatem, concitari vero intus & seditione agitari. Quare, quod in præsentia visum optimum factu est, associavit eam Achæis: & quia Dorii erant, in nomen haud gravatim & rem-

πολιτείαν τὴν Ἀχαιῶν, οὔτε ἀξίωμα λαμπρὸν οὔτε μεγάλην ἰσχὺν ἐχόντων τότε. μικροπολῖται γὰρ ἦσαν οἱ πολλοὶ, καὶ γῆν οὔτε χρηστὴν οὔτε ἄφθονον ἐκέκτηντο, καὶ θαλάττῃ προσῴκουν ἀλιμένῳ, τὰ πολλὰ κατὰ ῥαχίας ἐκφερομένη πρὸς τὴν ἤπειρον. ἀλλὰ μάλιστα δὴ διέδειξαν οὗτοι τὴν Ἑλληνικὴν ἀλκὴν ἀπρόσμαχον οὖσαν, ὁσάκις τύχοι κόσμου καὶ συντάξεως ὁμοφρονούσης, καὶ νοῦν ἔχοντος ἡγεμόνος· οἳ τῆς μὲν πάλαι τῶν Ἑλλήνων ἀκμῆς οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, μέρος ὄντες, ἐν δὲ τῷ τότε μιᾶς ἀξιολόγου πόλεως σύμπαντες ὁμοῦ δύναμιν οὐκ ἔχοντες, εὐβουλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ, καὶ ὅτι τῷ πρώτῳ κατ' ἀρετὴν ἐδύναντο μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ πείθεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν, οὐ μόνον αὐτοὺς ἐν μέσῳ πόλεων καὶ δυνάμεων τηλικούτων καὶ τυραννίδων ἐφύλαξαν ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ὡς πλείστους ἐλευθεροῦντες καὶ σώζοντες διετέλουν.

Ἦν δὲ Ἄρατος τῷ τρόπῳ πολιτικὸς, μεγαλόφρων, ἀκριβέστερος εἰς τὰ κοινὰ μᾶλλον τῶν ἰδίων, πικρῶς μισοτύραννος, ἔχθρας ὅρῳ καὶ φιλίας ἀεὶ τῷ κοινῷ συμφέροντι χρώμενος. ὅθεν οὐχ οὕτως δοκεῖ γεγονέναι φίλος ἀκριβὴς, ὡς ἐχθρὸς εὐγνώμων καὶ πρᾶος, ὑπὸ τῆς πολιτείας ἐπ' ἀμφότερα τῷ καιρῷ μεταβαλλόμενος· ὁμονοίας ἐθνῶν καὶ κοινωνίας πόλεων, καὶ συνεδρίου καὶ θεάτρου μίαν φωνὴν ἀφιέντος, ὡς οὐδενὸς ἄλλ' ἢ τῶν καλῶν ἐραστής· πολέμῳ καὶ ἀγῶνι χρήσασθαι φανερῶς ἀθαρσὴς καὶ δύσελπις, κλέψαι δὲ πράγματα, καὶ συσκευάσασθαι καὶ κρύφα πόλεις καὶ τυράννους ἐπιβουλότατος. διὸ

καὶ

rempublicam transierunt Achæorum, qui ea tempestate nec dignitatem eximiam nec magnas vires obtinebant. Nam fere exigua oppida incolebant, agrum neque uberem neque latum possidebant, & mare accolebant importuosum, littore fere saxoso continentem pulsans. Verum hi clarissime robur esse Græcorum ostenderunt inexpugnabile, quoties ordine & concordia administratum ducem insuper sit prudentem nactum. Qui quum veterum Græciæ florentium virium essent in nulla prope censendi parte, atque id temporis unius non æquarent potentiam mediocris civitatis: recto consilio & consensione, & quod ei qui virtute præcelleret inducere in animum possent non invidere, sed auscultare & obtemperare, non solum in medio sese civitatum & copiarum tantarum tyrannidumque in libertate retinuere: sed assidue etiam plerosque alios Græcos in libertatem asseruerunt & conservaverunt.

Moribus fuit Aratus politicus, celsi animi, attentior ad rem publicam quam privatam, hostis acer tyrannorum, inimicitias & amicitias semper ex bono publico metiebatur. Quod in causa est ut non tam amicus firmus quam facilis & lenis inimicus videatur fuisse, reipublicæ causa hinc inde pro tempore varians. Consensio gentium, societas civitatum, conventus & theatrum unam mittebat vocem, amatorem eum nullius rei æque ac virtutis esse. Ad bellum & certamen timidus atque animo imbecillis aperte committendum, ad res vero dolo gerendas, & ad urbes & tyrannos clam surripiendos contechnandosque insidiator callidissimus. Quapropter

eum,

καὶ πολλὰ τῶν ἀνελπίστων κατορθώσας ἐν οἷς ἐτόλμησεν, οὐκ ἐλάττονα δοκεῖ τῶν δυνατῶν ἐγκαταλιπεῖν δι᾽ εὐλάβειαν. οὐ γὰρ μόνον, ὡς ἔοικε, θηρίων τινῶν ὄψεις ἐνεργοὶ διὰ σκότους οὖσαι, μεθ᾽ ἡμέραν ἀποτυφλοῦνται, ξηρότητι καὶ λεπτότητι τοῦ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὑγρότητος, μὴ φερούσης τὴν πρὸς τὸ φῶς σύγκρασιν· ἀλλὰ καὶ δεινότης τις ἐστὶν ἀνθρώπου καὶ σύνεσις ἐν τοῖς ὑπαιθρίοις καὶ διακεκηρυγμένοις εὐτάρακτος φύσει, πρὸς δὲ τὰς ἐπικρύφους καὶ λαθραίους ἀναθαρσοῦσα πράξεις. τὴν δὲ τοιαύτην ἀνωμαλίαν ἔνδεια λόγου φιλοσόφου περὶ τὰς εὐφυΐας ἀπεργάζεται, τὴν ἀρετὴν ὥσπερ καρπὸν αὐτοφυῆ καὶ ἀγεώργητον ἐκφέρουσα δίχα τῆς ἐπιστήμης. ταῦτα μὲν οὖν ἐξεταζέσθω τοῖς παραδείγμασιν.

Ὁ δὲ Ἄρατος ἐπεὶ κατέμιξε τοῖς Ἀχαιοῖς ἑαυτὸν καὶ τὴν πόλιν, ἐν τοῖς ἱππεῦσι στρατευόμενος, ἠγαπᾶτο δι᾽ εὐπείθειαν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, ὅτι, καίπερ συμβολὰς τῷ κοινῷ μεγάλας δεδωκὼς, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καὶ τὴν τῆς πατρίδος δύναμιν, ὡς ἑνὶ τῶν ἐπιτυχόντων χρῆσθαι παρεῖχεν αὐτῷ τὸν ἀεὶ στρατηγοῦντα τῶν Ἀχαιῶν· εἴτε Δυμαῖος, εἴτε Τριτεὺς, εἴτε μικροτέρας τινὸς ὢν τύχοι πόλεως. ἧκε δὲ αὐτῷ καὶ χρημάτων δωρεὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, πέντε καὶ εἴκοσι τάλαντα. ταῦτα ἔλαβε μὲν ὁ Ἄρατος, λαβὼν δὲ, τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ἐπέδωκεν ἀπορουμένοις, εἴς τε τἄλλα καὶ λύτρωσιν αἰχμαλώτων.

Ἐπεὶ δὲ οἱ φυγάδες ἦσαν ἀπαρηγόρητοι, τοῖς ἔχουσι τὰς κλήσεις ἐνοχλοῦντες, ἥ τε πόλις ἐκινδύνευεν ἀνάστατος γενέσθαι, μίαν ὁρῶν ἐλπίδα, τὴν

eum, qui præter exſpectationem præclare multa quæ tentare fuit auſus confecit, non pauciora apparet quæ effici poterant, minus audendo depoſuiſſe. Non tantum enim animantium quorundam, meo judicio, perſpicax noctu eſt oculorum acies, interdiu vero cæcutit, ariditate & ſubtilitate ejus qui in oculis eſt humoris, qui conſortii luminis eſt impatiens: verum etiam ſolertia eſt quædam hominis & prudentia in apertis rebus indictiſque certaminibus natura facile trepida, ad facta tecta clanculariaque animoſa. Hanc inconſtantiam efficit in bonis ingeniis doctrinæ inopia philoſophicæ: quæ virtutem ſicut fructum ſpontaneum & incultum citra doctrinam effert. Cæterum elucebunt hæc per exempla.

At Aratus poſtquam ſe civitatemque ſuam conjunxit Achæis, equo merens a magiſtratibus obedientiæ cauſa dilectus eſt, quod quamvis tantas acceſſiones reipublicæ contuliſſet, nomen ſuum & patriæ vires: obſequentem tamen ſe ut gregarius aliquis exhiberet prætori annuo Achæorum, quicunque is, ſive Dymæus, ſive Tritenſis, ſive ex minore forte oppido foret. Allata etiam fuit ei pecunia dono a rege Ptolemæo viginti quinque talenta. Hanc cepit quidem Aratus, ſed acceptam egenis civibus ſuis cum in alia, tum ad redimendos captivos dilargitus eſt.

Quia vero placari non poterant exules, qui prædiorum ſuorum poſſeſſores fatigabant, venit civitas in periculum extremum exitii. Quare

τὴν Πτολεμαίου φιλανθρωπίαν, ὥρμησεν ἐκπλεῦσαι καὶ δεηθῆναι τοῦ βασιλέως, ὅπως αὐτῷ χρήματα συμβάληται πρὸς τὰς διαλύσεις. ἀνήχθη μὲν οὖν ἀπὸ Μεθώνης ὑπὲρ Μαλέας, ὡς τῷ διὰ πόρου δρόμῳ χρησόμενος. πρὸς δὲ μέγα πνεῦμα καὶ πολλὴν θάλασσαν ἐκ πελάγους κατιοῦσαν ἐνδόντος τοῦ κυβερνήτου, παραφερόμενος μόλις ἥψατο τῆς Ἀδρίας πολεμίας οὔσης. ἐκρατεῖτο γὰρ ὑπὸ Ἀντιγόνου, καὶ φυλακὴν εἶχεν· ἣν φθάσας ἀπέβη, καὶ τὴν ναῦν καταλιπὼν, ἀπεχώρησε μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης, ἔχων ἕνα τῶν φίλων σὺν αὐτῷ Τιμάνθην. καὶ καταβαλόντες ἑαυτοὺς εἴς τινα τόπον ὕλης γέμοντα, χαλεπῶς ἐνυκτέρευον. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ὁ φρούραρχος ἐπελθὼν, καὶ ζητῶν τὸν Ἄρατον, ὑπὸ τῶν θεραπόντων ἐξηπατήθη τῶν ἐκείνου, δεδιδαγμένων λέγειν ὡς εὐθὺς ἀποδρὰς εἰς Εὔβοιαν ἐξέπλευσε. τὰ μέντοι κομιζόμενα, καὶ τὴν ναῦν, καὶ τοὺς θεράποντας ἀπέφηνε πολέμια, καὶ κατέσχε. μετὰ δὲ ἡμέρας οὐ πολλὰς ἐν ἀπόροις ὄντι τῷ Ἀράτῳ γίνεταί τις εὐτυχία Ῥωμαϊκῆς νεὼς παραβαλούσης κατὰ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὰ μὲν ἐπὶ σκοπὴν ἀνιὼν, τὰ δὲ κρυπτόμενος διῆγεν. ἔπλει μὲν οὖν ἡ ναῦς εἰς Συρίαν. ἐπέβη δὲ πείσας τὸν ναύκληρον ἄχρι Καρίας διακομισθῆναι· καὶ διεκομίσθη, κινδύνοις αὖθις οὐκ ἐλάττοσι χρησάμενος κατὰ θάλατταν. ἐκ δὲ Καρίας χρόνῳ πολλῷ περαιωθεὶς εἰς Αἴγυπτον, αὐτόθεν τε τῷ βασιλεῖ διακειμένῳ πρὸς ἑαυτὸν οἰκείως ἐνέτυχε, καὶ θεραπευομένῳ γραφαῖς καὶ πίναξιν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος. ἐν οἷς κρίσιν ἔχων οὐκ ἄμουσον ὁ Ἄρατος, ἀεί τι τῶν τεχνικῶν καὶ περιττῶν, μά-

Quare unicam ſpem videns Ptolemæi liberalitatem, perrexit navigare, & rogare regem ut argento ſibi ad conciliandam civitatem ſuam ſubveniret. Solvit ex Methone ſupra Maleam, ut breviſſimo curſu fretum trajiceret. Gubernatore autem acri vento ingentes volventi ex pelago fluctus permittente navem ablatus, ægre Adriam decurrit, oppidum hoſtile. Siquidem tenebatur ab Antigono & præſidium habebat: quam maturans devitare, egreſſusque navi relicta, receſſit procul a mari, atque eum unus comitatus amicus eſt Timanthes. Hi conjecerunt ſe in locum nemoroſum, ubi duriter noctem transegere. Mox ſuperveniens præſidii præfectus Aratum inveſtigavit: verum deceptus eſt ab illius ſervis, qui docti erant dicere modo eum profugiſſe, atque in Eubœam vela feciſſe. Navem tamen cum onere & famulitio ejus hoſtilem declaravit & tenuit. Paucis poſt diebus conſilio deſtituto Arato offertur forte fortuna navis Romana quæ ad eum locum appulit, quo nunc ſpeculatum aſcendebat, nunc cauſa ſui recondendi degebat. Ea navis curſum habebat in Syriam. Hanc conſcendit, inducto nauclero ut uſque ad Cariam deportaret ſe. Jactatus eſt autem periculis iterum in ſalo haud minoribus. Ex Caria vero tranſvectus longo ſpatio in Ægyptum, regem convenit, jampridem ſibi benevolum, quod picturis & tabulis Græcis eum honoraret. In quibus quia judicium habebat Aratus non inſcitum, aſſidue aliquid ei quod artificio & elegantia præſtaret,

μάλιστα δὲ Παμφίλου καὶ Μελάνθου, συνάγων καὶ κτώμενος ἀπέστελλεν.

Ἤνθει γὰρ ἔτι δόξα τῆς Σικυωνίας μούσης καὶ χρηστογραφίας, ὡς μόνης ἀδιάφθορον ἐχούσης τὸ καλόν· ὥστε καὶ Ἀπελλῆν ἐκεῖνον ἤδη θαυμαζόμενον, ἀφικέσθαι καὶ συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ταλάντῳ, τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τῆς τέχνης δεόμενον μεταλαβεῖν. διὸ τὰς μὲν ἄλλας εἰκόνας τῶν τυράννων ἀνεῖλεν εὐθὺς ὁ Ἄρατος, ὅτε τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε· περὶ δὲ τῆς Ἀριστράτου κατὰ Φίλιππον ἀκμάσαντος ἐβουλεύσατο πολὺν χρόνον. ἐγράφη μὲν γὰρ ὑπὸ πάντων τῶν περὶ τὸν Μέλανθον ἅρματι νικηφόρῳ παρεστὼς ὁ Ἀρίστρατος, Ἀπελλοῦ συνεφαψαμένου τῆς γραφῆς, ὡς Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἱστόρηκεν. ἦν δὲ τὸ ἔργον ἀξιοθέατον, ὥστε κάμπτεσθαι τὸν Ἄρατον ὑπὸ τῆς τέχνης, αὖθίς τε μίσει τῷ πρὸς τοὺς τυράννους ἐξαγόμενον, κελεύειν καθαιρεῖν. τὸν οὖν ζωγράφον Νεάλκη, φίλον ὄντα τοῦ Ἀράτου, παραιτεῖσθαί φασι, καὶ δακρύειν· ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, εἰπεῖν ὅτι τοῖς τυράννοις πολεμητέον, οὐ τοῖς τῶν τυράννων. ἐάσωμεν οὖν τὸ ἅρμα καὶ τὴν νίκην, αὐτὸν δέ σοι παρέξω τὸν Ἀρίστρατον ἐγὼ παραχωροῦντα τοῦ πίνακος. ἐπιτρέψαντος οὖν τοῦ Ἀράτου, διήλειψεν ὁ Νεάλκης τὸν Ἀρίστρατον· εἰς δὲ τὴν χώραν φοίνικα μόνον ἐνέγραψεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐτόλμησε παραβαλεῖν. τοὺς δὲ πόδας ἐξαλειφομένους τοῦ Ἀριστράτου διαλαθεῖν ὑπὸ τὸ ἅρμα λέγουσιν. ἔκ τε δὴ τούτων ὁ Ἄρατος ἠγαπᾶτο, καὶ διδοὺς πεῖραν, ἔτι μᾶλλον ἥψατο τοῦ βασιλέως, καὶ δωρεὰν ἔλαβε τῇ πόλει πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα. καὶ τούτων τεσσαράκοντα μὲν εὐθὺς

Pamphili imprimis & Melanthi, colligens & comparans mittebat.

Florebat enim gloria etiam tum Sicyoniæ artis & elegantis picturæ, velut quæ nitorem retineret sola illibatum, ut vel Apelles ille jam celebris eo se contulerit, ac quo consuetudinem aliquandiu cum illis viris haberet, talentum iis mercedis dederit, ut in existimationis magis quam artis eorum veniret societatem. Quapropter imagines Aratus cæteras tyrannorum, quum liberasset civitatem, sustulit: de Aristrato autem, qui viguit Philippi ævo, diu deliberavit. Pictus nempe fuit ab omnibus Melanthi asseclis, currui triumphali, quo vehebatur victoria, assistens Aristratus: cui tabulæ, ut Polemon geographus memoriæ prodidit, manum apposuit Apelles. Erat opus spectabile adeo ut flecteretur ab arte Aratus: rursus tyrannorum odio stimulatus detrahi præcepit tabulam. Ibi pictorem Nealcem perhibent, Arati amicum, lacrymabundum pro tabula deprecatum. Ut eum non movit, ibi cum tyrannis dixisse bellum gerendum, non cum imaginibus tyrannorum. Omittamus igitur, inquit, currum & victoriam, ipsum tibi præstabo Aristratum ego, ut tabula cedat. Quod quum permisisset Aratus, expungit Nealces Aristratum: ejus loco palmam subjecit, nihil aliud ausus fuit adjicere. Pedes deleti Aristrati delituisse ferunt sub curru. Ob hæc ergo fuit regi Aratus charus, cognitusque ab eo longe magis animum ejus devinxit sibi, accepitque dono civitati suæ centum quinquaginta talenta. Ex quibus quadraginta statim

εὐθὺς μεθ' ἑαυτοῦ κομίζων εἰς Πελοπόννησον κατῆγε, τὰ δὲ λοιπὰ διελὼν εἰς δόσεις ὁ βασιλεὺς ὕστερον κατὰ μέρος ἀπέστειλεν.

Ἦν μὲν οὖν μέγα καὶ τὸ χρήματα τοσαῦτα πορίσαι τοῖς πολίταις, ὅσων σμικρὸν μέρος ἄλλοι στρατηγοὶ καὶ δημαγωγοὶ λαμβάνοντες παρὰ βασιλέων, ἠδίκουν καὶ κατεδουλοῦντο καὶ προέπινον αὐτοῖς τὰς πατρίδας· μείζων δὲ ἡ διὰ τῶν χρημάτων τούτων κατασκευασθεῖσα τοῖς μὲν ἀπόροις πρὸς τοὺς πλουσίους διάλυσις καὶ ὁμόνοια, τῷ δὲ δήμῳ παντὶ σωτηρία καὶ ἀσφάλεια. θαυμαστὴ δὲ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἐν δυνάμει τοσαύτῃ μετριότης. ἀποδειχθεὶς δὲ αὐτοκράτωρ διαλλακτὴς καὶ κύριος ὅλως ἐπὶ τὰς φυγαδικὰς οἰκονομίας μόνος, οὐχ ὑπέμεινεν· ἀλλὰ πεντεκαίδεκα τῶν πολιτῶν προσκατέλεξεν ἑαυτῷ, μεθ' ὧν πόνῳ πολλῷ καὶ μεγάλαις πραγματείαις κατειργάσατο καὶ συνήρμοσε φιλίαν καὶ εἰρήνην τοῖς πολίταις. ἐφ' οἷς οὐ μόνον κοινῇ σύμπαντες οἱ πολῖται τιμὰς ἀπέδοσαν αὐτῷ πρεπούσας, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν οἱ φυγάδες, εἰκόνα χαλκῆν ἀναστήσαντες, ἐπέγραψαν τόδε τὸ ἐλεγεῖον,

Βουλαὶ μὲν καὶ ἄεθλα, καὶ ἁ περὶ Ἑλλάδος ἀλκὰ,
Τοῦδ' ἀνδρὸς στάλαις πλάθεται Ἡρακλέους·
Ἄμμες δ' εἰκόν' Ἄρατε τεὰν, νόστοιο τυχόντες,
Στάσαμεν, ἀντ' ἀρετᾶς ἠδὲ δικαιοσύνας,
Σωτῆρος, σωτῆρσι Θεοῖς, ὅτι πατρίδι τᾷ σᾷ
Δαίμον' ἴσον, θείαν τ' ὤπασας εὐνομίαν.

Ταῦτα διαπραξάμενος ὁ Ἄρατος, τοῦ μὲν πολιτικοῦ φθόνου μείζων γεγόνει

tim secum auferens, in Peloponnesum navigavit. Reliqua per portiones divisa misit deinceps ei rex minutatim.

Erat igitur magnificum vel tantum civibus argenti parasse, cujus exigua portione alii duces & concionatores accepta redempti a regibus jus violabant, addicebant se obnoxios, patriasque suas propinabant. Enimvero magnificentior hac pecunia fuit comparata pauperibus cum divitibus reconciliatio concordiaque, populo autem universo salus & securitas. Jam suspicienda erat illius tanta in potentia moderatio. Siquidem creatus ad exulum querelas componendas disceptator cum libera prorsus potestate & arbitrio, non suscepit id solus, sed allegit sibi quindecim cives: quibuscum multo labore & ingenti negotio confecit civibus inter se concinnavitque amicitiam atque concordiam. Quorum gratia non publice modo tota civitas meritis honoribus remuneravit eum, verum etiam exules privatim statuam ei ex ære posuerunt, cui hoc elegium inscripsere,

Consilia & pugnæ tum virtus nota Pelasgis,
Herculis ad cippos innotuere viri.
Fiximus in patriam sed nos tua signa reducti,
Justitiæ memores dulcis Arate tuæ,
Propitiis superis, servatoris. Tua enim illa
Fortuna leges restituis patriæ.

His rebus gestis invidiam quidem ob beneficia

ῥεομένων φήμην, καὶ σαφὲς οὐδὲν εἰδότων ὑπὲρ τῶν πραττομένων. πρίν γε δὴ προελθὼν ὁ κῆρυξ εἶπεν ὡς Ἄρατος ὁ Κλεινίου παρακαλεῖ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν.

Τότε δὲ πιστεύσαντες ἥκειν ἃ πάλαι προσεδόκων, ὥρμησαν ἀθρόοι πρὸς τὰς θύρας τοῦ τυράννου πῦρ ἐπιφέροντες. ἤρθη δὲ φλὸξ μεγάλη καὶ καταφανὴς μέχρι Κορίνθου, τῆς οἰκίας ἀναφθείσης· ὥστε θαυμάσαντας τοὺς ἐν Κορίνθῳ, παρὰ μικρὸν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν βοήθειαν. ὁ μὲν οὖν Νικοκλῆς ἔλαθε διά τινων ὑπονόμων ὑπεκδὺς καὶ ἀποδρὰς ἐκ τῆς πόλεως· οἱ δὲ στρατιῶται καταπαύσαντες μετὰ τῶν Σικυωνίων τὸ πῦρ, διήρπαζον τὴν οἰκίαν. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐκώλυεν ὁ Ἄρατος, τά τε λοιπὰ χρήματα τῶν τυράννων εἰς μέσον ἔθηκε τοῖς πολίταις. ἀπέθανε δὲ οὐδεὶς οὐδὲ ἐτρώθη τοπαράπαν τῶν ἐπελθόντων, οὐδὲ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἄθικτον αἵματος ἐμφυλίου τὴν πρᾶξιν ἡ τύχη διεφύλαξε. κατήγαγε δὲ φυγάδας, τοὺς μὲν ὑπὸ Νικοκλέους ἐκπεπτωκότας, ὀγδοήκοντα, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν τυράννων, οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων, οἷς μακρὰ μὲν ἡ πλάνη καὶ ὁμοῦ τι πεντηκονταετὴς ἐγεγόνει. κατελθόντες δὲ οἱ πλεῖστοι πένητες, ὧν κύριοι πρότερον ἦσαν, ἐπελαμβάνοντο· καὶ βαδίζοντες ἐπὶ τὰ χωρία καὶ τὰς οἰκίας, δεινὴν ἀπορίαν τῷ Ἀράτῳ παρεῖχον, ἐπιβουλευομένην μὲν ἔξωθεν καὶ φθονουμένην ὑπ' Ἀντιγόνου τὴν πόλιν ὁρῶντι διὰ τὴν ἐλευθερίαν, ταραττομένην δὲ ὑπ' αὐτῆς καὶ στασιάζουσαν. ὅθεν ἐκ τῶν παρόντων ἄριστα κρίνας, προσέμιξεν αὐτὴν φέρων τοῖς Ἀχαιοῖς· καὶ Δωριεῖς ὄντες, ὑπέδυσαν ἑκουσίως ὄνομα καὶ πο-

tiamnum suspenso, neque quicquam certi quid ageretur, cognoscente: quousque tandem progressus præco pronuntiavit, Aratum Cliniæ filium cives ad libertatem vocare.

Tunc fidentes adesse id quod jamdiu exspectaverant, agmine contenderunt ad fores tyranni, subjicientes faces ædibus: unde flamma ingens edita atque conspicua Corinthum usque, flagrante illius domo, ut obstupescentes Corinthii, pene ad ferendas suppetias effuderint se. Nicocles autem occulte per cuniculos quosdam elapsus ex urbe evolavit. Milites vero postquam cum Sicyoniis restinxerunt ignem, domum ejus diripuerunt: neque id prohibuit Aratus, ac reliquas quoque tyrannorum facultates concessit civibus. Porro nemo occubuit vel omnino vulneratus fuit ex aggressoribus vel hostibus, sed sincerum & purum a civili sanguine fortuna hoc facinus conservavit. Reduxit exules, qui ejecti ab Nicocle fuerant, octoginta: qui tyrannorum dominatu superiorum, non minus quingentos, qui diu & fere quinquaginta annos fuerant palati. Horum plerique reversi inopes, pristinas possessiones suas vendicaverunt, ingredientesque prædia & domicilia sua in magnas difficultates conjecerunt Aratum: qui foris peti insidiis & invidiosam esse Antigono libertatis causa cernebat civitatem, concitari vero intus & seditione agitari. Quare, quod in præsentia visum optimum factu est, associavit eam Achæis: & quia Dorii erant, in nomen haud gravatim & rem-

πολιτείαν τὴν Ἀχαιῶν, οὔτε ἀξίωμα λαμπρὸν οὔτε μεγάλην ἰσχὺν ἐχόντων τότε. μικροπολῖται γὰρ ἦσαν οἱ πολλοί, καὶ γῆν οὔτε χρηστὴν οὔτε ἄφθονον ἐκέκτηντο, καὶ θαλάττῃ προσῴκουν ἀλιμένῳ, τὰ πολλὰ κατὰ ῥαχίας ἐκφερομένῃ πρὸς τὴν ἤπειρον. ἀλλὰ μάλιστα δὴ διέδειξαν οὗτοι τὴν Ἑλληνικὴν ἀλκὴν ἀπρόσμαχον οὖσαν, ὁσάκις τύχοι κόσμου καὶ συντάξεως ὁμοφρονούσης, καὶ νοῦν ἔχοντος ἡγεμόνος· οἱ τῆς μὲν πάλαι τῶν Ἑλλήνων ἀκμῆς οὐδέν, ὡς εἰπεῖν, μέρος ὄντες, ἐν δὲ τῷ τότε μιᾶς ἀξιολόγου πόλεως σύμπαντες ὁμοῦ δύναμιν οὐκ ἔχοντες, εὐβουλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ, καὶ ὅτι τῷ πρώτῳ κατ' ἀρετὴν ἐδύναντο μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ πείθεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν, οὐ μόνον αὐτοὺς ἐν μέσῳ πόλεων καὶ δυνάμεων τηλικούτων καὶ τυραννίδων ἐφύλαξαν ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ὡς πλείστους ἐλευθεροῦντες καὶ σώζοντες διετέλουν.

Ἦν δὲ Ἄρατος τῷ τρόπῳ πολιτικός, μεγαλόφρων, ἀκριβέστερος εἰς τὰ κοινὰ μᾶλλον τῶν ἰδίων, πικρῶς μισοτύραννος, ἔχθρας ὅρῳ καὶ φιλίας ἀεὶ τῷ κοινῷ συμφέροντι χρώμενος. ὅθεν οὐχ οὕτως δοκεῖ γεγονέναι φίλος ἀκριβής, ὡς ἐχθρὸς εὐγνώμων καὶ πρᾷος, ὑπὸ τῆς πολιτείας ἐπ' ἀμφότερα τῷ καιρῷ μεταβαλλόμενος· ὁμονοίας ἐθνῶν καὶ κοινωνίας πόλεων, καὶ συνεδρίου καὶ θεάτρου μίαν φωνὴν ἀφιέντος, ὡς οὐδενὸς ἄλλ' ἢ τῶν καλῶν ἐραστής· πολέμῳ καὶ ἀγῶνι χρήσασθαι φανερῶς ἀθαρσὴς καὶ δύσελπις, κλέψαι δὲ πράγματα, καὶ συσκευάσασθαι καὶ κρύφα πόλεις καὶ τυράννους ἐπιβουλότατος. διὸ καὶ

rempublicam transierunt Achæorum, qui ea tempestate nec dignitatem eximiam nec magnas vires obtinebant. Nam fere exigua oppida incolebant, agrum neque uberem neque latum possidebant, & mare accolebant importuosum, littore fere saxoso continentem pulsans. Verum hi clarissime robur esse Græcorum ostenderunt inexpugnabile, quoties ordine & concordia administratum ducem insuper sit prudentem nactum. Qui quum veterum Græciæ florentium virium essent in nulla prope censendi parte, atque id temporis unius non æquarent potentiam mediocris civitatis: recto consilio & consensione, & quod ei qui virtute præcelleret inducere in animum possent non invidere, sed auscultare & obtemperare, non solum in medio sese civitatum & copiarum tantarum tyrannidumque in libertate retinuere: sed assidue etiam plerosque alios Græcos in libertatem asseruerunt & conservaverunt.

Moribus fuit Aratus politicus, celsi animi, attentior ad rem publicam quam privatam, hostis acer tyrannorum, inimicitias & amicitias semper ex bono publico metiebatur. Quod in causa est ut non tam amicus firmus quam facilis & lenis inimicus videatur fuisse, reipublicæ causa hinc inde pro tempore varians. Consensio gentium, societas civitatum, conventus & theatrum unam mittebat vocem, amatorem eum nullius rei æque ac virtutis esse. Ad bellum & certamen timidus atque animo imbecillis aperte committendum, ad res vero dolo gerendas, & ad urbes & tyrannos clam surripiendos contechnandosque insidiator callidissimus. Quapropter eum,

καὶ πολλὰ τῶν ἀνελπίστων κατορθώσας ἐν οἷς ἐτόλμησεν, οὐκ ἐλάττονα δοκεῖ τῶν δυνατῶν ἐγκαταλιπεῖν δι' εὐλάβειαν. οὐ γὰρ μόνον, ὡς ἔοικε, θηρίων τινῶν ὄψεις ἐνεργοὶ διὰ σκότους οὖσαι, μεθ' ἡμέραν ἀποτυφλοῦνται, ξηρότητι καὶ λεπτότητι τοῦ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὑγρότητος, μὴ φερούσης τὴν πρὸς τὸ φῶς σύγκρασιν· ἀλλὰ καὶ δεινότης τίς ἐστιν ἀνθρώπου καὶ σύνεσις ἐν τοῖς ὑπαιθρίοις καὶ διακεκηρυγμένοις εὐτάρακτος φύσει, πρὸς δὲ τὰς ἐπικρύφους καὶ λαθραίους ἀναθαρσοῦσα πράξεις. τὴν δὲ τοιαύτην ἀνωμαλίαν ἔνδεια λόγου φιλοσόφου περὶ τὰς εὐφυΐας ἀπεργάζεται, τὴν ἀρετὴν ὥσπερ καρπὸν αὐτοφυῆ καὶ ἀγεώργητον ἐκφέρουσα δίχα τῆς ἐπιστήμης. ταῦτα μὲν οὖν ἐξεταζέσθω τοῖς παραδείγμασιν.

Ὁ δὲ Ἄρατος ἐπεὶ κατέμιξε τοῖς Ἀχαιοῖς ἑαυτὸν καὶ τὴν πόλιν, ἐν τοῖς ἱππεῦσι στρατευόμενος, ἠγαπᾶτο δι' εὐπείθειαν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, ὅτι, καίπερ συμβολὰς τῷ κοινῷ μεγάλας δεδωκώς, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καὶ τὴν τῆς πατρίδος δύναμιν, ὡς ἑνὶ τῶν ἐπιτυχόντων χρῆσθαι παρεῖχεν αὐτὸν τῷ ἀεὶ στρατηγοῦντι τῶν Ἀχαιῶν· εἴτε Δυμαῖος, εἴτε Τριτεύς, εἴτε μικροτέρας τινὸς ὢν τύχοι πόλεως. ἧκε δὲ αὐτῷ καὶ χρημάτων δωρεὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, πέντε καὶ εἴκοσι τάλαντα. ταῦτα ἔλαβε μὲν ὁ Ἄρατος, λαβὼν δὲ, τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ἐπέδωκεν ἀπορουμένοις, εἴς τε τἆλλα καὶ λύτρωσιν αἰχμαλώτων.

Ἐπεὶ δὲ οἱ φυγάδες ἦσαν ἀπαρηγόρητοι, τοῖς ἔχουσι τὰς κτήσεις ἐνοχλοῦντες, ἥ τε πόλις ἐκινδύνευεν ἀνάστατος γενέσθαι, μίαν ὁρῶν ἐλπίδα,

τὴν

eum, qui præter exſpectationem præclare multa quæ tentare fuit auſus confecit, non pauciora apparet quæ effici poterant, minus audendo depoſuiſſe. Non tantum enim animantium quorundam, meo judicio, perſpicax noctu eſt oculorum acies, interdiu vero cæcutit, ariditate & ſubtilitate ejus qui in oculis eſt humoris, qui conſortii luminis eſt impatiens: verum etiam ſolertia eſt quædam hominis & prudentia in apertis rebus indictiſque certaminibus natura facile trepida, ad facta tecta clanculariaque animoſa. Hanc inconſtantiam efficit in bonis ingeniis doctrinæ inopia philoſophicæ: quæ virtutem ſicut fructum ſpontaneum & incultum citra doctrinam effert. Cæterum elucebunt hæc per exempla.

At Aratus poſtquam ſe civitatemque ſuam conjunxit Achæis, equo merens a magiſtratibus obedientiæ cauſa dilectus eſt, quod quamvis tantas acceſſiones reipublicæ contuliſſet, nomen ſuum & patriæ vires: obſequentem tamen ſe ut gregarius aliquis exhiberet prætori annuo Achæorum, quicunque is, ſive Dymæus, ſive Tritenſis, ſive ex minore forte oppido foret. Allata etiam fuit ei pecunia dono a rege Ptolemæo viginti quinque talenta. Hanc cepit quidem Aratus, ſed acceptam egenis civibus ſuis cum in alia, tum ad redimendos captivos dilargitus eſt.

Quia vero placari non poterant exules, qui prædiorum ſuorum poſſeſſores fatigabant, venit civitas in periculum extremum exitii.

Quare

τὴν Πτολεμαίου φιλανθρωπίαν, ὥρμησεν ἐκπλεῦσαι καὶ δεηθῆναι τοῦ βασιλέως, ὅπως αὐτῷ χρήματα συμβάληται πρὸς τὰς διαλύσεις. ἀνήχθη μὲν οὖν ἀπὸ Μεθώνης ὑπὲρ Μαλέας, ὡς τῷ διὰ πόρου δρόμῳ χρησόμενος. πρὸς δὲ μέγα πνεῦμα καὶ πολλὴν θάλασσαν ἐκ πελάγους κατιοῦσαν ἐνδόντος τοῦ κυβερνήτου, παραφερόμενος μόλις ἥψατο τῆς Ἀδρίας πολεμίας οὔσης. ἐκρατεῖτο γὰρ ὑπὸ Ἀντιγόνου, καὶ φυλακὴν εἶχεν· ἣν φθάσας ἀπέβη, καὶ τὴν ναῦν καταλιπὼν, ἀπεχώρησε μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης, ἔχων ἕνα τῶν φίλων συνόντα αὐτῷ Τιμάνθην. καὶ καταβαλόντες ἑαυτοὺς εἴς τινα τόπον ὕλης γέμοντα, χαλεπῶς ἐνυκτέρευον. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ὁ φρούραρχος ἐπελθὼν, καὶ ζητῶν τὸν Ἄρατον, ἀπὸ τῶν θεραπόντων ἐξηπατήθη τῶν ἐκείνου, δεδιδαγμένων λέγειν ὡς εὐθὺς ἀποδρὰς εἰς Εὔβοιαν ἐξέπλευσε. τὰ μέντοι κομιζόμενα, καὶ τὴν ναῦν, καὶ τοὺς θεράποντας ἀπέφηνε πολέμια, καὶ κατεῖχε. μετὰ δὲ ἡμέρας οὐ πολλὰς ἐν ἀπόροις ὄντι τῷ Ἀράτῳ γίνεταί τις εὐτυχία Ῥωμαϊκῆς νεὼς παραβαλούσης κατὰ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὰ μὲν ἐπὶ σκοπὴν ἀνιὼν, τὰ δὲ κρυπτόμενος διῆγεν. ἔπλει μὲν οὖν ἡ ναῦς εἰς Συρίαν. ἐπέβη δὲ πείσας τὸν ναύκληρον ἄχρι Καρίας διακομισθῆναι· καὶ διεκομίσθη, κινδύνοις αὖθις οὐκ ἐλάττοσι χρησάμενος κατὰ θάλατταν. ἐκ δὲ Καρίας χρόνῳ πολλῷ περαιωθεὶς εἰς Αἴγυπτον, αὐτόθεν τε τῷ βασιλεῖ διακειμένῳ πρὸς ἑαυτὸν οἰκείως ἐνέτυχε, καὶ θεραπευομένῳ γραφαῖς καὶ πίναξιν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος. ἐν οἷς κρίσιν ἔχων οὐκ ἄμουσον ὁ Ἄρατος, ἀεί τι τῶν τεχνικῶν καὶ περιττῶν, μά-

Quare unicam spem videns Ptolemaei liberalitatem, perrexit navigare, & rogare regem ut argento sibi ad conciliandam civitatem suam subveniret. Solvit ex Methone supra Maleam, ut brevissimo cursu fretum trajiceret. Gubernatore autem acri vento ingentes volventi ex pelago fluctus permittente navem ablatus, aegre Adriam decurrit, oppidum hostile. Siquidem tenebatur ab Antigono & praesidium habebat: quam maturans devitare, egressusque navi relicta, recessit procul a mari, atque eum unus comitatus amicus est Timanthes. Hi conjecerunt se in locum nemorosum, ubi duriter noctem transegere. Mox superveniens praesidii praefectus Aratum investigavit: verum deceptus est ab illius servis, qui docti erant dicere modo eum profugisse, atque in Euboeam vela fecisse. Navem tamen cum onere & famulitio ejus hostilem declaravit & tenuit. Paucis post diebus consilio destituto Arato offertur forte fortuna navis Romana quae ad eum locum appulit, quo nunc speculatum ascendebat, nunc causa sui recondendi degebat. Ea navis cursum habebat in Syriam. Hanc conscendit, inducto nauclero ut usque ad Cariam deportaret se. Jactatus est autem periculis iterum in salo haud minoribus. Ex Caria vero transvectus longo spatio in Ægyptum, regem convenit, jampridem sibi benevolum, quod picturis & tabulis Graecis eum honoraret. In quibus quia judicium habebat Aratus non inscitum, assidue aliquid ei quod artificio & elegantia praestaret,

μάλιστα δὲ Παμφίλου καὶ Μελάνθου, συνάγων καὶ κτώμενος ἀπέστελλεν.

Ἤνθει γὰρ ἔτι δόξα τῆς Σικυωνίας μούσης καὶ χρηστογραφίας, ὡς μόνης ἀδιάφθορον ἐχούσης τὸ καλόν· ὥστε καὶ Ἀπελλῆν ἐκεῖνον ἤδη θαυμαζόμενον, ἀφικέσθαι καὶ συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ταλάντῳ, τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τῆς τέχνης δεόμενον μεταλαβεῖν. διὸ τὰς μὲν ἄλλας εἰκόνας τῶν τυράννων ἀνεῖλεν εὐθὺς ὁ Ἄρατος, ὅτε τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε· περὶ δὲ τῆς Ἀριστράτου κατὰ Φίλιππον ἀκμάσαντος ἐβουλεύσατο πολὺν χρόνον. ἐγράφη μὲν γὰρ ὑπὸ πάντων τῶν περὶ τὸν Μέλανθον ἅρματι νικηφόρῳ παρεστὼς ὁ Ἀρίστρατος, Ἀπελλοῦ συνεφαψαμένου τῆς γραφῆς, ὡς Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἱστόρηκεν. ἦν δὲ τὸ ἔργον ἀξιοθέατον, ὥστε κάμπτεσθαι τὸν Ἄρατον ὑπὸ τῆς τέχνης, αὖθίς τε μίσει τῷ πρὸς τοὺς τυράννους ἐξαγόμενον, κελεύειν καθαιρεῖν. τὸν οὖν ζωγράφον Νεάλκη, φίλον ὄντα τοῦ Ἀράτου, παραιτεῖσθαί φασι, καὶ δακρύειν· ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, εἰπεῖν ὅτι τοῖς τυράννοις πολεμητέον, οὐ τοῖς τῶν τυράννων. ἐάσωμεν οὖν τὸ ἅρμα καὶ τὴν νίκην, αὐτὸν δέ σοι παρέξω τὸν Ἀρίστρατον ἐγὼ παραχωροῦντα τοῦ πίνακος. ἐπιτρέψαντος οὖν τοῦ Ἀράτου, διήλειφεν ὁ Νεάλκης τὸν Ἀρίστρατον· εἰς δὲ τὴν χώραν φοίνικα μόνον ἐνέγραψεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐτόλμησε παραβαλεῖν. τοὺς δὲ πόδας ἐξαλειφομένους τοῦ Ἀριστράτου διαλαθεῖν ὑπὸ τὸ ἅρμα λέγουσιν. ἔκ τε δὴ τούτων ὁ Ἄρατος ἠγαπᾶτο, καὶ διδοὺς πεῖραν, ἔτι μᾶλλον ἥψατο τοῦ βασιλέως, καὶ δωρεὰν ἔλαβε τῇ πόλει πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα. καὶ τούτων τεσσαράκοντα μὲν εὐθὺς

Pamphili imprimis & Melanthi, colligens & comparans mittebat.

Florebat enim gloria etiam tum Sicyoniæ artis & elegantis picturæ, velut quæ nitorem retineret sola illibatum, ut vel Apelles ille jam celebris eo se contulerit, ac quo consuetudinem aliquandiu cum illis viris haberet, talentum iis mercedis dederit, ut in existimationis magis quam artis eorum veniret societatem. Quapropter imagines Aratus cæteras tyrannorum, quum liberasset civitatem, sustulit: de Aristrato autem, qui viguit Philippi ævo, diu deliberavit. Pictus nempe fuit ab omnibus Melanthi asseclis, currui triumphali, quo vehebatur victoria, assistens Aristratus: cui tabulæ, ut Polemon geographus memoriæ prodidit, manum apposuit Apelles. Erat opus spectabile adeo ut flecteretur ab arte Aratus: rursus tyrannorum odio stimulatus detrahi præcepit tabulam. Ibi pictorem Nealcem perhibent, Arati amicum, lacrymabundum pro tabula deprecatum. Ut eum non movit, ibi cum tyrannis dixisse bellum gerendum, non cum imaginibus tyrannorum. Omittamus igitur, inquit, currum & victoriam, ipsum tibi præstabo Aristratum ego, ut tabula cedat. Quod quum permisisset Aratus, expungit Nealces Aristratum: ejus loco palmam subjecit, nihil aliud ausus fuit adjicere. Pedes deleti Aristrati delituisse ferunt sub curru. Ob hæc ergo fuit regi Aratus charus, cognitusque ab eo longe magis animum ejus devinxit sibi, accepitque dono civitati suæ centum quinquaginta talenta. Ex quibus quadraginta statim

εὐθὺς μεθ' ἑαυτοῦ κομίζων εἰς Πελοπόννησον κατῆρε, τὰ δὲ λοιπὰ διελὼν εἰς δόσεις ὁ βασιλεὺς ὕστερον κατὰ μέρος ἀπέστειλεν.

Ἦν μὲν οὖν μέγα καὶ τὸ χρήματα τοσαῦτα πορίσαι τοῖς πολίταις, ὅσων σμικρὸν μέρος ἄλλοι στρατηγοὶ καὶ δημαγωγοὶ λαμβάνοντες παρὰ βασιλέων, ἠδίκουν καὶ κατεδουλοῦντο καὶ προέπινον αὐτοῖς τὰς πατρίδας· μείζων δὲ ἡ διὰ τῶν χρημάτων τούτων κατασκευασθεῖσα τοῖς μὲν ἀπόροις πρὸς τοὺς πλουσίους διάλυσις καὶ ὁμόνοια, τῷ δὲ δήμῳ παντὶ σωτηρία καὶ ἀσφάλεια. θαυμαστὴ δὲ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἐν δυνάμει τοσαύτῃ μετριότης. ἀποδειχθεὶς δὲ αὐτοκράτωρ διαλλακτὴς καὶ κύριος ὅλως ἐπὶ τὰς φυγαδικὰς οἰκονομίας μόνος, οὐχ ὑπέμεινεν· ἀλλὰ πεντεκαίδεκα τῶν πολιτῶν προσκατέλεξεν ἑαυτῷ, μεθ' ὧν πόνῳ πολλῷ καὶ μεγάλαις πραγματείαις κατειργάσατο καὶ συνήρμοσε φιλίαν καὶ εἰρήνην τοῖς πολίταις. ἐφ' οἷς οὐ μόνον κοινῇ σύμπαντες οἱ πολῖται τιμὰς ἀπέδοσαν αὐτῷ πρεπούσας, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν οἱ φυγάδες, εἰκόνα χαλκῆν ἀναστήσαντες, ἐπέγραψαν τόδε τὸ ἐλεγεῖον,

Βουλαὶ μὲν καὶ ἄεθλα, καὶ ἁ περὶ Ἑλλάδος ἀλκά,
Τοῦδ' ἀνδρὸς στάλαις πλάθεται Ἡρακλέους·
Ἄμμες δ' εἰκόν' Ἄρατε τεάν, νόστοιο τυχόντες,
Στάσαμεν, ἀντ' ἀρετᾶς ἠδὲ δικαιοσύνας,
Σωτῆρος, σωτῆρσι θεοῖς, ὅτι πατρίδι τᾷ σᾷ
Δαίμον' ἴσον, θείαν τ' ὤπασας εὐνομίαν.

Ταῦτα διαπραξάμενος ὁ Ἄρατος, τοῦ μὲν πολιτικοῦ φθόνου μείζων ἐγεγόνει

tim ſecum auferens, in Peloponneſum navigavit. Reliqua per portiones diviſa miſit deinceps ei rex minutatim.

Erat igitur magnificum vel tantum civibus argenti paraſſe, cujus exigua portione alii duces & concionatores accepta redempti a regibus jus violabant, addicebant ſe obnoxios, patriaſque ſuas propinabant. Enimvero magnificentior hac pecunia fuit comparata pauperibus cum divitibus reconciliatio concordiaque, populo autem univerſo ſalus & ſecuritas. Jam ſuſpicienda erat illius tanta in potentia moderatio. Siquidem creatus ad exulum querelas componendas diſceptator cum libera prorſus poteſtate & arbitrio, non ſuſcepit id ſolus, ſed allegit ſibi quindecim cives: quibuſcum multo labore & ingenti negotio confecit civibus inter ſe concinnavitque amicitiam atque concordiam. Quorum gratia non publice modo tota civitas meritis honoribus remuneravit eum, verum etiam exules privatim ſtatuam ei ex ære poſuerunt, cui hoc elegium inſcripſere,

Conſilia & pugnæ tum virtus nota Pelaſgis,
Herculis ad cippos innotuere viri.
Fiximus in patriam ſed nos tua ſigna reducti,
Juſtitiæ memores dulcis Arate tuæ,
Propitiis ſuperis, ſervatoris. Tua enim illæ
Fortuna leges reſtituis patriæ.

His rebus geſtis invidiam quidem ob beneficia

γόνει διὰ τὰς χάριτας. Ἀντίγονος δ' ὁ βασιλεὺς, ἀνιώμενος ἐπ' αὐτῷ, καὶ βουλόμενος ἢ μετάγειν ὅλως τῇ φιλίᾳ πρὸς αὐτὸν, ἢ διαβάλλειν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ἄλλας τε φιλανθρωπίας ἐνεδείκνυτο μὴ πάνυ προσιεμένῳ, καὶ θύων Θεοῖς ἐν Κορίνθῳ, μερίδας εἰς Σικυῶνα τῷ Ἀράτῳ διέπεμπε· καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον, ἑστιωμένων πολλῶν, εἰς μέσον φθεγξάμενος, ᾤμην, ἔφη, τὸν Σικυώνιον τοῦτον νεανίσκον ἐλευθέριον εἶναι τῇ φύσει μόνον καὶ φιλοπολίτην· ὁ δὲ καὶ βίων ἔοικε καὶ πραγμάτων βασιλικῶν ἱκανὸς εἶναι κριτής. πρότερον γὰρ ἡμᾶς ὑπερεώρα, ταῖς ἐλπίσιν ἔξω βλέπων, καὶ τὸν Αἰγύπτιον ἐθαύμαζε πλοῦτον, ἐλέφαντας καὶ στόλους καὶ αὐλὰς ἀκούων· νυνὶ δὲ ὑπὸ σκηνὴν ἑωρακὼς πάντα τὰ ἐκεῖ πράγματα, τραγῳδίαν ὄντα καὶ σκηνογραφίαν, ὅλως ἡμῖν προσκεχώρηκε. αὐτός τε οὖν ἀποδέχομαι τὸ μειράκιον, ἐγνωκὼς εἰς ἅπαντα χρῆσθαι, καὶ ὑμᾶς ἀξιῶ φίλον νομίζειν. τούτους τοὺς λόγους ὑπόθεσιν λαβόντες οἱ φθονεροὶ καὶ κακοήθεις, διημιλλῶντο ταῖς ἐπιστολαῖς ἀλλήλοις, πολλὰ καὶ δυσχερῆ κατὰ τοῦ Ἀράτου τῷ Πτολεμαίῳ γράφοντες, ὥστε κἀκεῖνον ἐγκαλοῦντα πέμψαι. ταῖς μὲν οὖν περιμαχήτοις καὶ διαπύροις τοξευομέναις ἔρωτι φιλίαις βασιλέων καὶ τυράννων, τοσοῦτον πρόσεστι φθόνου καὶ κακοηθείας.

Ὁ δὲ Ἄρατος αἱρεθεὶς στρατηγὸς τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, τὴν ἀντιπέρας Λοκρίδα καὶ Καλυδονίαν ἐπόρθησε· Βοιωτοῖς δὲ μετὰ μυρίων στρατιωτῶν βοηθῶν, ὑστέρησε τῆς μάχης ἣν ὑπὸ Αἰτωλῶν περὶ Χαιρώνειαν ἡττήθησαν, Ἀβοιωκρίτου τε τοῦ Βοιωτάρχου καὶ χιλίων σὺν αὐτῷ πεσόντων. ἐνιαυτῷ δὲ ὕστερον,

cia Aratus civilem vicerat. Rex vero Antigonus anxius ejus causa, cupiensque vel traducere totum benevolentia ad se, vel ab eo alienare Ptolemæum, cum aliam munificentiam satis abhorrenti ostendit, tum Diis Corinthi sacrificans portiones misit Sicyonem ad Aratum: ac super cœnam multis accumbentibus in medium loquutus, Censebam, inquit, juvenem hunc Sicyonium ingenio esse unice liberali ac civium suorum cupidum: verum videtur morum etiam & negotiorum idoneus judex esse regiorum. Quippe ante despiciebat nos ex spe suspensus externa, opesque stupebat Ægyptias, elephantos, classes, aulas audiens: nunc postquam interius omnia ibi contemplatus est tragœdiam esse & umbram, totum se ad nos aggregavit. Quocirca juvenem ipse complector, statuique opera ejus ubique uti, & vobis jubeo ut pro amico eum habeatis. Ex hisce verbis capta ansa invidi & malevoli certaverunt inter se scribendis epistolis, multaque & gravia Ptolemæo de Arato significaverunt, unde misit ille expostulatum cum eo. Atque exoptatis his & flagrantibus, ad quas magno ardore contenditur, regum & tyrannorum amicitiis tantum conjunctum erat livoris & malignitatis.

At Aratus prætor primum ab Achæis creatus objectam Locridem & Calydoniam populatus est. Bœotiis vero decem millibus militum suppetias ferens venit post pugnam, qua ab Ætolis fuerunt ad Chæroneam fusi: ubi Abœocritus Bœotarcha cum mille militibus Bœotiis cecidit. Insequenti anno iterum

ὕστερον, αὖθις στρατηγῶν ἐνίστατο τὴν περὶ τὸν Ἀκροκόρινθον πρᾶξιν, οὐ Σικυωνίων οὐδ' Ἀχαιῶν κηδόμενος, ἀλλὰ κοινήν τινα τῆς Ἑλλάδος ὅλης τυραννίδα τὴν Μακεδόνων φρουρὰν ἐκεῖθεν ἐξελάσαι διανοούμενος. Χάρης μὲν γὰρ ὁ Ἀθηναῖος ἔν τινι μάχῃ πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς εὐτυχήσας, ἔγραψε τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ὡς νενικήκοι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἀδελφήν. ταύτην δὲ τὴν πρᾶξιν οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις ἀδελφὴν προσειπὼν τῆς Πελοπίδου τοῦ Θηβαίου καὶ Θρασυβούλου τοῦ Ἀθηναίου τυραννοκτονίας· πλὴν ὅτι τῷ μὴ πρὸς Ἕλληνας, ἀλλὰ ἐπακτὸν ἀρχὴν γεγονέναι καὶ ἀλλόφυλον, αὕτη διήνεγκεν. ὁ μὲν γὰρ Ἰσθμὸς ἐμφράσσων τὰς θαλάσσας, εἰς ταυτὸ συνάγει τῷ τόπῳ καὶ συνάπτει τὴν ἤπειρον ἡμῶν· ὁ δὲ Ἀκροκόρινθος, ὑψηλὸν ὄρος, ἐκ μέσης ἀναπεφυκὼς τῆς Ἑλλάδος, ὅταν λάβῃ φρουράν, ἐνίσταται καὶ ἀποκόπτει τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ πᾶσαν ἐπιμιξιῶν τε καὶ παρόδων καὶ στρατειῶν, ἐργασίας τε κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν· καὶ ἕνα κύριον ποιεῖ τὸν ἄρχοντα, καὶ κατέχοντα φρουρᾷ τὸ χωρίον. ὥστε μὴ παίζοντα δοκεῖν τὸν νεώτερον Φίλιππον, ἀλλ' ἀληθῶς ἑκάστοτε πέδας τῆς Ἑλλάδος τὴν Κορινθίων πόλιν προσαγορεύειν. πᾶσι μὲν οὖν περιμάχητος ἦν ὁ τόπος, ἀεὶ δὲ βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις.

Ἡ δὲ Ἀντιγόνου σπουδὴ περὶ αὐτὸν οὐδὲν ἀπέλειπε πάθει τῶν ἐμμανεστάτων ἐρώτων· ἀλλ' ὅλος ἀνήρτητο ταῖς φροντίσιν, ὅπως ἀφαιρήσεται δόλῳ τοὺς ἔχοντας, ἐπεὶ φανερῶς ἦν ἡ ἐπιχείρησις ἀνέλπιστος. Ἀλεξάνδρου γὰρ, ὑφ' ὃν

τὸ

iterum prætor factus Acrocorinthum instituit occupare: non quo Sicyoniis prospiceret vel Achæis tantum, sed quod communem totius Græciæ dominatum, Macedonum præsidium, exigere inde statueret. Siquidem Chares Atheniensis, quum victoriam acie quadam de regis Persarum ducibus reportasset, scripsit populo Atheniensi pugna se Marathoniæ germana victoriam reportasse. Hoc vero factum non erraveris si Pelopidæ Thebani & Thrasybuli Atheniensis excidio tyrannnorum nuncupes germanum: nisi quod hactenus hoc, quia non contra Græcos, sed contra adventitium & peregrinum dominatum est perpetratum, excellat. Nam Isthmus intercludens maria, hoc loco continentem nostram connectit & committit: Acrocorinthus autem, excelsus mons, ex media exsurgens Græcia, ubi præsidio insessa est, impedit & excludit universam regionem intra Isthmum quæ sita est, commerciis & transitu & expeditionibus & negotiationibus terra marique: quorum habet unus arbitrium præfectus, & qui eam arcem præsidio tenet. Ut non joco Philippus minor videatur, sed vere solitus Græciæ compedes Corinthiorum urbem appellare. Itaque locus ille cum omnibus in oculis erat, tum semper regibus & dynastis.

Antigoni vero cupiditas illius potiundi non concedebat insanissimorum amorum motui. Quippe totus iis cogitationibus erat intentus, quemadmodum dolo illum adimeret obtinentibus: nam tentare aperte, vanum erat. Igitur Alexandro, cujus in

manu

τὸ χωρίον ἦν, ἀποθανόντος, ὡς λέγεται, φαρμάκοις ὑπ' αὐτοῦ, Νικαίας δὲ τῆς ἐκείνου γυναικὸς ἐπὶ τῶν πραγμάτων γενομένης, καὶ φυλαττούσης τὸν Ἀκροκόρινθον, εὐθὺς ὑποπέμπων Δημήτριον τὸν υἱὸν αὐτῇ, καὶ γλυκείας ἐλπίδας ἐνδιδοὺς γάμων βασιλικῶν καὶ συμβιώσεως πρὸς οὐκ ἀηδὲς ἐντυχεῖν γυναικὶ πρεσβυτέρᾳ μειράκιον, αὐτὴν μὲν ἡρήκει, τῷ παιδὶ χρησάμενος, ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ τῶν δελεασμάτων ἐπ' αὐτῇ· τὸν δὲ τόπον οὐ προϊεμένης, ἀλλ' ἐγκρατῶς φυλαττούσης, ἀμελεῖν προσποιούμενος, ἔθυε γάμους αὐτῶν ἐν Κορίνθῳ, καὶ θέας ἐπετέλει, καὶ πότους συνῆγε καθ' ἡμέραν, ὡς ἄν τις μάλιστα παίζειν καὶ σχολάζειν τὴν διάνοιαν ὑφ' ἡδονῆς καὶ φιλοφροσύνης ἀφεικώς. ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἦν, ᾄδοντος Ἀμοιβέως ἐν τῷ θεάτρῳ, παρέπεμπε τὴν Νίκαιαν αὐτὸς ἐπὶ τὴν θέαν ἐν φορείῳ κεκοσμημένῳ βασιλικῶς, ἀγαλλομένην τε τῇ τιμῇ καὶ πορρωτάτω τοῦ μέλλοντος οὖσαν. γενόμενος δὲ τῆς ὁδοῦ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τὴν ἄνω φέρουσαν, ἐκείνην μὲν ἐκέλευσε προάγειν εἰς τὸ θέατρον, αὐτὸς δὲ χαίρειν μὲν Ἀμοιβέα, χαίρειν δὲ τοὺς γάμους ἐάσας, ἀνῄει πρὸς τὸν Ἀκροκόρινθον, ἁμιλλώμενος παρ' ἡλικίαν· καὶ κεκλεισμένην τὴν πύλην εὑρὼν, ἔκοπτε τῇ βακτηρίᾳ, κελεύων ἀνοίγειν. οἱ δ' ἔνδον ἀνέῳξαν καταπλαγέντες. οὕτω δὲ τοῦ τόπου κρατήσας, οὐ κατέσχεν αὐτὸν, ἀλλ' ἔπινε παίζων ὑπὸ χαρᾶς ἐν τοῖς στενωποῖς, καὶ δι' ἀγορᾶς αὐλητρίδας ἔχων, καὶ στεφάνους περικείμενος, ἀνὴρ γέρων καὶ τηλικαύταις πραγμάτων μεταβολαῖς κεχρημένος ἐκώμαζε, δεξιούμενος καὶ προσαγορεύων τοὺς ἀπαντῶντας. οὕτως ἄρα καὶ λύπης καὶ φόβου μᾶλλον ἐξίστησι καὶ σάλον παρέχει τῇ ψυχῇ τὸ χαίρειν, ἄνευ λογισμοῦ παραγινόμενον.

Ἀλλὰ

manu erat arx, ſublato ab eo, uti fama tenebat, venenis, Nicæam uxorem ejus, quæ res adminiſtrabat & ſtationem in Acrocorintho habebat, illico Demetrium filium ad eam ſubmittendo, ac lætam ſpem oſtentando regiarum nuptiarum & connubii cum adoleſcente, cujus non inſuavis erat congreſſus cum muliere provectioris ætatis, ita cepit, filio in eam quaſi eſca aliqua adhibito. Cæterum quia locum illa non dimittebat, ſed acri ſepiebat cuſtodia; ſimulans id ſibi non curæ eſſe, nuptias eorum Corinthi celebravit, ludoſque edidit, & convivia agitavit quotidie: ut qui maxime ad ludos & otium animum ex lætitia & hilaritate laxet. Ubi tempus fuit cantante in theatro carmen Amœbeo, ipſe Nicæam ad ſpectaculum in lectica regaliter adornata deduxit, exultantem eo honore & remotiſſimam ab eo quod impendebat. Ut ad diverticulum pervenit viæ quæ ad arcem fert, juſſit illam præire ad theatrum. Ipſe ſalutem cantori, ſalutem nuntiis dicens, Acrocorinthum præter ætatem connitens ſcandit. Ubi obſeratam offendit portam, baculo pulſans aperiri præcepit eam. Statio obſtupeſcens aperuit. Ita loco potitus, non potuit ſibi moderari quin inter tibicinas in viis & foro exultans præ gaudio potaret, coronaſque in capite geſtans ſenex & tantis rerum verſatus mutationibus comeſſaretur, complectereturque & ſalutaret obvios. Ita ſupra mœrorem & timorem aufert agitatque mentem oblatum ſine ratione gaudium.

At

Ἀλλὰ γὰρ Ἀντίγονος μὲν, ὥσπερ εἴρηται, κτησάμενος τὸν Ἀκροκόρινθον, ἐφύλαττε μετὰ τῶν ἄλλων οἷς ἐπίστευε μάλιστα, καὶ Περσαῖον ἐπιστήσας ἄρχοντα τὸν φιλόσοφον. ὁ δὲ Ἄρατος ἔτι μὲν καὶ Ἀλεξάνδρου ζῶντος ἐπεχείρησε τῇ πατρίδι· γενομένης δὲ συμμαχίας τοῖς Ἀχαιοῖς πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἐπαύσατο. τότε δὲ αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἑτέραν ἔλαβε τῆς πράξεως ὑπόθεσιν τοιαύτην. ἦσαν ἐν Κορίνθῳ τέσσαρες ἀδελφοί, Σύροι τὸ γένος, ὧν εἷς ὄνομα Διοκλῆς ἐν τῷ φρουρίῳ μισθοφορῶν διετέλει. οἱ δὲ τρεῖς κλέψαντες βασιλικὸν χρυσίον, ἦλθον πρὸς Αἰγίαν εἰς Σικυῶνα, τινὰ τραπεζίτην, ᾧ διὰ τὴν ἐργασίαν ὁ Ἄρατος ἐχρῆτο. καὶ μέρος μὲν εὐθὺς διέθεντο τοῦ χρυσίου, τὸ δὲ λοιπὸν εἷς αὐτῶν Ἐργῖνος ἐπιφοιτῶν ἡσυχῇ κατήλλαττεν. ἐκ δὲ τούτου γενόμενος τῷ Αἰγίᾳ συνήθης, καὶ προαχθεὶς εἰς λόγον ὑπ' αὐτοῦ περὶ τῆς φρουρᾶς, ἔφη πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀναβαίνων πρὸς τὸ κρημνῶδες, ἐντομὴν καθεωρακέναι πλαγίαν, ἄγουσαν ᾗ χθαμαλώτατον ἐπῳκοδόμηται τῷ φρουρίῳ τὸ τεῖχος. προσπαίξαντος δὲ αὐτῷ τοῦ Αἰγίου, Εἶτα ὦ βέλτιστε, διὰ σμικρὸν οὕτω χρυσίον ἀνασπᾶτε τὰς βασιλικὰς πράξεις, δυνάμενοι μίαν ὥραν πολλῶν ἀποδόσθαι χρημάτων; ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ τοιχωρύχοις καὶ προδόταις ἁλοῦσιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ὑπάρχει; γελάσας ὁ Ἐργῖνος, τότε μὲν ὡμολόγησεν ἀποπειράσασθαι τοῦ Διοκλέους· τοῖς γὰρ ἄλλοις ἀδελφοῖς μὴ πάνυ τι πιστεύειν· ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐπανελθὼν, συντίθεται τὸν Ἄρατον ἄξειν πρὸς τὸ τεῖχος ὅπου τὸ ὕψος οὐ μεῖζον ἦν πεντεκαίδεκα ποδῶν, καὶ τἄλλα συμπράξειν μετὰ τοῦ Διοκλέους.

Ο

At vero Antigonus occupatum, ut est supra dictum, Acrocorinthum sepsit præsidio cum aliorum quibus maximam fidem habebat, tum Persæum philosophum imposuit præfectum. Aratus vero Alexandro adhuc superstite eam arcem aggressus est capere: verum societate inter Achæos & Alexandrum inita destitit. Tunc vero aliam de integro consilii sui occasionem accepit hujuscemodi. Erant Corinthi fratres quatuor, origine Syri: quorum unus, nomine Diocles, in arce stipendia faciens degebat: tres alii intercepta regia pecunia Sicyonem se ad argentarium contulerunt Ægiam, cujus opera utebatur Aratus. Hi mox partem auri distraxerunt, reliquum unus eorum Erginus eo ventitans occulte permutavit. Hinc factus Ægiæ familiaris, atque ab eo in sermonem deductus de arce, narravit dum ad fratrem ascendit, animadvertisse se obliquum incisum rupi undique abscissæ callem, qui duceret ad certum locum qua humillimus arcis murus inædificatus esset. Quum deridens illum diceret Ægias: Et vos, homo præclare, ob modicum auri labefactatis regia negotia, quum unam horam valeatis ingenti pecunia vendere? Annon furibus item ut proditoribus deprehensis mors est semel proposita? Arridens Erginus in præsentia pactus est Dioclem fratrem tentaturum: nam aliis fratribus non admodum dicebat se credere. Modico temporis spatio reversus, promittit Aratum se ad murum ducturum, qua fastigium ejus pedes quindecim non excederet, atque ad reliqua operam cum Diocle præstiturum.

Ὁ δὲ Ἄρατος ἐκείνοις μὲν ἑξήκοντα τάλαντα δώσειν κατορθώσας ὡμολόγησεν· ἂν δὲ ἀποτύχῃ, σωθῇ δὲ μετ' ἐκείνων, οἰκίαν ἑκατέρῳ καὶ τάλαντον. ἐπεὶ δὲ ἔδει παρὰ τῷ Αἰγίᾳ τὰ ἑξήκοντα τάλαντα κεῖσθαι τοῖς περὶ τὸν Ἐργῖνον, ὁ δὲ Ἄρατος, οὔτε αὐτὸς εἶχεν, οὔτε ἐβούλετο δανειζόμενος αἴσθησιν ἑτέρῳ τῆς πράξεως παρασχεῖν, λαβὼν τῶν ἐκπωμάτων τὰ πολλὰ καὶ τὰ χρυσία τῆς γυναικὸς, ὑπέθηκε τῷ Αἰγίᾳ πρὸς τὸ ἀργύριον. ὁ δὲ (οὕτω γὰρ ἐπῆρτο τῇ ψυχῇ, καὶ τοσοῦτον ἔρωτα τῶν καλῶν πράξεων εἶχεν, ὥστε τὸν Φωκίωνα καὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν ἐπιστάμενος Ἑλλήνων δικαιοτάτους καὶ κρατίστους γεγονέναι δοκοῦντας, ἐπὶ τῷ διώσασθαι δωρεὰς μεγάλας, καὶ μὴ προέσθαι χρημάτων τὸ καλὸν) αὐτὸς εἰς ταῦτα δαπανᾶσθαι κρύφα, καὶ προεισφέρειν ἐν οἷς ἐκινδύνευε μόνος ὑπὲρ πάντων οὐδὲ εἰδότων τὰ πραττόμενα, ᾑρεῖτο. τίς γὰρ οὐκ ἂν θαυμάσειε καὶ συναγωνίσαιτο ἔτι νῦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, ὠνουμένου χρημάτων τοσούτων κίνδυνον τηλικοῦτον, καὶ τὰ τιμιώτατα δοκοῦντα τῶν κτημάτων ὑποτιθέντος, ὅπως παρεισαχθεὶς νυκτὸς εἰς τοὺς πολεμίους, διαγωνίσηται περὶ τῆς ψυχῆς, ἐνέχυρον λαβὼν τὴν ἐλπίδα τοῦ καλοῦ παρ' αὐτῶν, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Οὖσαν δὲ καθ' αὑτὴν ἐπισφαλῆ τὴν πρᾶξιν, ἐπισφαλεστέραν ἐποίησεν ἁμαρτία τις εὐθὺς ἐν ἀρχῇ συμβᾶσα δι' ἄγνοιαν. ὁ γὰρ οἰκέτης τοῦ Ἀράτου Τέχνων ἐπέμφθη μὲν ὡς μετὰ τοῦ Διοκλέους κατασκεψόμενος τὸ τεῖχος· οὔπω δ' ἦν τῷ Διοκλεῖ πρότερον ἐντετυχηκὼς κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν μορφὴν αὐτοῦ καὶ τὸ εἶδος δοκῶν κατέχειν ἐξ ὧν ὁ Ἐργῖνος ἐπεσήμηνεν, οὐλο-

Stipulatus est autem cum illis Aratus, si rem ex sententia gessisset, sexaginta talenta: sin ab incoepto decidisset, atque incolumis cum illis evasisset, ædes utrique & talentum se iis daturum. Quia vero deponenda apud Ægiam in usum Ergini erant ea sexaginta talenta, Aratus autem neque habebat ipse, neque volebat fœnori acceptis consilium odorandum alteri præbere: multa pocula ex suis sumpsit & mundum uxoris, eaque Ægiæ pignori pro hac pecunia opposuit. Quippe animo erat hic usque adeo celso, tantoque præclarorum factorum flagrabat amore, ut quum Phocionem sciret & Epaminondam Græcorum justissimos atque optimos habitos eo fuisse quod ampla munera respuissent, neque a virtute pecuniæ gratia discessissent: ipse impendere & erogare etiam in hæc in quibus periculum unus pro omnibus adibat, vel consiliorum insciis, non dubitavit. Quis igitur non miretur & faveat etiam nunc illius animi magnitudini, qui summa tam grandi tantum comparavit discrimen: ac res suas quas habebat charissimas pignoravit, ut ad hostes nocte introductus dimicaret de capite, neque quicquam ab iis pro quibus illa agebat, nisi spem pignori acciperet gloriæ.

Rem sua sponte ancipitem error quidam qui initio intervenit per imprudentiam, efficit ancipitiorem. Siquidem servus Arati Technon missus cum Diocle est ut murum consideraret. Non aspexerat hic ante Dioclem, sed faciem ejus & speciem existimabat ex notis quas significaret ei Erginus, tenere se, cris-

οὐλόκομον καὶ μελάγχρουν καὶ ἀγένειον. ἐλθὼν οὖν ὅπου συνετέτακτο, τὸν Ἐργῖνον ὡς ἀφιξόμενον μετὰ τοῦ Διοκλέους ἀνέμενε πρὸ τῆς πόλεως, πρὸ τοῦ καλουμένου Ὄρνιθος. ἐν δὲ τούτῳ πρῶτος ἀδελφὸς Ἐργίνου καὶ Διοκλέους, ὄνομα Διονύσιος, οὐ συνειδὼς τὴν πρᾶξιν, οὐδὲ κοινωνῶν, ὅμοιος δὲ τῷ Διοκλεῖ, προσῄει κατὰ τύχην. ὁ δὲ Τέχνων πρὸς τὰ σημεῖα τῆς μορφῆς τῇ ὁμοιότητι κινηθείς, ἠρώτησε τὸν ἄνθρωπον εἴ τι συμβόλαιον αὐτῷ πρὸς Ἐργῖνον εἴη. φήσαντος δὲ ἀδελφὸν εἶναι, παντάπασιν ὁ Τέχνων ἐπείσθη τῷ Διοκλεῖ διαλέγεσθαι· καὶ μήτε τοὔνομα πυθόμενος, μήτ' ἄλλο μηδὲν προσμείνας τεκμήριον, ἐμβάλλει τε τὴν δεξιὰν αὐτῷ, καὶ περὶ τῶν συγκειμένων πρὸς τὸν Ἐργῖνον ἐλάλει, κἀκεῖνον ἀνέκρινεν. ὁ δὲ δεξάμενος αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν πανούργως, ὡμολόγει τε πάντα, καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἀναστρέψας, ὑπῆγεν ἀνυπόπτως διαλεγόμενος. ἤδη δὲ πλησίον ὄντος αὐτοῦ, καὶ μέλλοντος ὅσον οὔπω τὸν Τέχνωνα διαλαμβάνειν, ἀπὸ τύχης αὖ πάλιν ὁ Ἐργῖνος αὐτοῖς ἀπήντησεν. αἰσθόμενος δὲ τὴν ἀπάτην καὶ τὸν κίνδυνον, διὰ νεύματος ἐδήλωσε τῷ Τέχνωνι φεύγειν· καὶ ἀποπηδήσαντες ἀμφότεροι, δρόμῳ πρὸς τὸν Ἄρατον ἀπεσώθησαν. οὐ μὴν ἀπέκαμε ταῖς ἐλπίσιν ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔπεμψεν εὐθὺς τὸν Ἐργῖνον χρυσίον τε τῷ Διονυσίῳ κομίζοντα καὶ δεησόμενον αὐτοῦ σιωπᾶν. ὁ δὲ καὶ τοῦτο ἐποίησε, καὶ τὸν Διονύσιον ἄγων μεθ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Ἄρατον ἦλθεν. ἐλθόντα δὲ αὐτὸν οὐκέτι διῆκαν, ἀλλὰ δήσαντες ἐφύλαττον ἐν οἰκίσκῳ κατακεκλεισμένον· αὐτοὶ δὲ παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν ἐπίθεσιν.

Ἐπεὶ

crispis capillis, nigro colore, & imberbem. Igitur profectus ad præfinitum locum, Erginum, qui cum Diocle venturus extra portam erat, operiebatur pro loco qui Ornis appellatur. Inter hæc maximus natu frater Ergini & Dioclis, nomine Dionysius, non particeps neque conscius cœptorum, sed Diocli assimilis, transibat forte illac. Technon vero similitudine cum signis figuræ motus, quæsivit ex homine ecquid ei commercii cum Ergino intercederet. Qui quum fratrem ferret se ejus esse, omnino arbitratus est colloqui se Technon cum Diocle: neque nomen sciscitatus, neque aliud signum ullum exspectans præbuit ei dextram, & de conventis cum Ergino sermonem instituit, atque de illis cum percunctatus est. Ille errorem astute excipiens, in omnibus assentiebatur, convertensque se retro ad urbem inter colloquendum sine ulla suspicione progrediebatur. Ubi jam prope portam venit, ac Technonem esset illico correpturus, ecce occurrit eis bona quadam fortuna etiam Erginus. Qui captionem sentiens & periculum, Technoni ut fugam caperet, nutu significavit, conjicientesque ambo se in pedes, cursu ad Aratum evasere. Non abjecit ille spem tamen, sed confestim misit Erginum qui pecuniam Dionysio offerret, oraretque ut tegeret rem. Exequutus rem Erginus, Dionysium adduxit secum ad Aratum. Quem ubi semel tenuere, non jam dimiserunt: sed inclusum conclavi custodierunt, seque accinxerunt ad rem aggrediendam.

Omnibus

Ἐπεὶ δὲ ἦν ἕτοιμα πάντα, τὴν μὲν ἄλλην δύναμιν ἐκέλευσεν ἐπὶ τῶν ὅπλων νυκτερεύειν· ἀναλαβὼν δὲ λογάδας τετρακοσίους, οὐδ' αὐτοὺς εἰδότας τὰ πραττόμενα, πλὴν ὀλίγων, ἦγε πρὸς τὰς πύλας παρὰ τὸ Ἡραῖον. ἦν δὲ τοῦ ἔτους ἡ περὶ θέρος ἀκμάζον ὥρα, τοῦ δὲ μηνὸς, πανσέληνος· ἡ δὲ νὺξ ἀνέφελος καὶ καταφανὴς, ὥστε καὶ φόβον τὰ ὅπλα κατέχειν, ἀντιλάμποντα πρὸς τὴν σελήνην, μὴ τοὺς φύλακας οὐ λάθωσιν. ἤδη δὲ τῶν πρώτων ἐγγὺς ὄντων, ἀπὸ θαλάσσης ἀνέδραμε νέφη, καὶ κατέσχε τήν τε πόλιν αὐτὴν, καὶ τὸν ἔξω τόπον, ἐπίσκιον γενόμενον. ἐνταῦθα δὲ οἱ μὲν ἄλλοι συγκαθίσαντες, ὑπελύοντο τὰς κρηπῖδας· οὔτε γὰρ ψόφον ποιοῦσι πολὺν, οὔτε ὀλισθήματα λαμβάνουσι, γυμνοῖς τοῖς ποσὶν ἀντιλαμβανόμενοι τῶν κλιμάκων. ὁ δὲ Ἐργῖνος ἑπτὰ λαβὼν νεανίσκους ἐσταλμένους ὁδοιπορικῶς, ἔλαθε τῇ πύλῃ προσμίξας· καὶ τὸν πυλωρὸν ἀποκτιννύουσι καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ φύλακας. ἅμα δὲ αἵ τε κλίμακες προσετίθεντο, καὶ κατὰ σπουδὴν ὁ Ἄρατος ὑπερβιβάσας ἑκατὸν ἄνδρας, τοὺς δ' ἄλλους κελεύσας ἕπεσθαι ὡς ἂν δύνωνται, τάχιστα δὲ τὰς κλίμακας ἀναρπάσας, ἐχώρει διὰ τῆς πόλεως μετὰ τῶν ἑκατὸν ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἤδη περιχαρὴς διὰ τὸ λανθάνειν, ὡς κατορθῶν. καί πως ἔτι πρόσωθεν αὐτοῖς ἀπήντα σὺν φωτὶ φυλακὴ τεσσάρων ἀνδρῶν οὐ καθορωμένοις. ἔτι γὰρ ἦσαν ἐν τῷ σκιαζομένῳ τῆς σελήνης· ἐκείνους δὲ προσιόντας ἐξ ἐναντίας καθορῶσι. μικρὸν οὖν ὑποστείλας τειχίοις τισὶ καὶ οἰκοπέδοις, ἐνέδραν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας καθίζει· καὶ τρεῖς μὲν αὐτῶν ἐμπεσόντες ἀποθνήσκουσιν, ὁ δὲ τέταρτος, πληγεὶς ξίφει τὴν κεφαλὴν, ἔφυγε βοῶν ἔνδον εἶναι

τοὺς

Omnibus paratis, reliquas copias jussit in armis excubare. Delectos quadringentos assumens, neque hos, paucis demptis, quid pararetur conscios, duxit ad portam præter ædem Junonis. Tempus erat anni sub adultam æstatem in plenilunio, nox serena & lucida: unde metum etiam micantia reflexu lunæ præbebant arma, ne excubitores non fallerent. Jam primis urbi appropinquantibus nubes surrexerunt a mari, urbemque ipsam & loca circumjecta inumbravere. Ibi cæteri considentes dissolverunt calceos. Neque enim strepitum magnum edunt, neque instabilibus falluntur gradibus, qui pedibus prehendunt nudis scalas. Erginus septem juvenes ducens secum veste amictos viatoria, applicuit occulte ad portam. Custodem portæ unaque stationem interfecere. Simul scalæ admotæ sunt, ac centum militibus Aratus raptim transcendere mœnia, atque aliis sequi ut possent jussis, attractisque ocyssime scalis, per urbem cum centum illis perrexit ad arcem ovans jam, quod tectus esset, velut certa victoria. Progredientibus statio occurrit quatuor virorum, neque illa eos percepit oculis: quippe in umbra adhuc erant lunæ: sed conspiciebant ipsi obvios. Igitur parietibus quibusdam & ruinis ædificiorum tegit se paululum ad circumveniendos illos: quorum tres in hos incurrentes cadunt, quartus in capite vulneratus fugit, vociferans intra mœnia hostes

esse

τοὺς πολεμίους. καὶ μετὰ μικρὸν αἵ τε σάλπιγγες ἐπεσήμαινον, ἥ τε πόλις ἐξανίστατο πρὸς τὰ γινόμενα. πλήρεις τε ἦσαν οἵ τε στενωποὶ διαθεόντων, καὶ φῶτα πολλά, τὰ μὲν κάτωθεν ἤδη, τὰ δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἄκρας περιέλαμπε· καὶ κραυγὴ συνερρήγνυτο πανταχόθεν ἄσημος.

Ib. l. 16. ἄλλοκ...] Adeo insolens ut sua ætate Lucianus, eam solam inviolatam remansisse Romanis libertatem tradat; in *Nigr.* c. 17. ὅτι μίαν φωνlu οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸ βίον προϊενται, τὸ ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τὸ σφετέρας ἀληθείας. *M. D.*

Ib. l. pen. Καλεῖος] Scribe Καλυίσιος, & vide Var. L. sic & p. seq. l. 11.

P. 125. l. 2. βιβλίων ἁπλῶν] *Distincta volumina* reddit Interp. Angl. quod & ego voluisse Plutarchum arbitror. Nisi forsan sub hac voce aliquid aliud latet. Forsan 'ΑΠΛΩΣ, quomodo III. 220, 3. ὡς δ' 'ΑΠΛΩΣ εἰπεῖν, scripsit. *M. D.*

Ib. l. 2.. ἀναςάντα τρίβειν αὐτῆς τὺς πόδας...] Pessime hæc ab Interpp. omnibus vertuntur, *calcasse* illius pedes; ab iis præsertim qui addunt, contra verborum sequentium fidem, *idque ab eo factum ut eo signo dato se copiam sui factura sequeretur.* Quid ὁρισμὸς sit alibi diximus, (ad

(ad IV. 11, 13.) quod hic addita voce συνθήκης, luculenter confirmatur. Pactione facta surgit, coram omnibus convivis, & mulieris pedes *contrectat & fricat*, non *calcat*. *Sponsiones* alias ejusmodi inter eosdem *factas*, legere est apud Plin. IX. 35. *M. D.*

P. 126. l. pen. Διονύσω...] Vide p. 87, 18. ubi tamen non diserte, ut decuit, Διόνυσος νέος dicitur. *M. D.*

P. 127. l. 1. ἐπιγεγραμμένους Ἀντωνίους] Mallem ἈΝΤΩΝΙΩ, si per Codd. liceat. *M. D.*

Ib. l. 13. Μάλχος] *Malchum* vocat Hirt. de B. Alex. *Ab rege Nabatæorum Malcho.* Nempe Arabibus *Malich* Regem significat, ut a Bocharto observatum est. Hactenus Dacerius. Josephus etiam *Malchum* vocat. Ant. XV. 6, 2. ut nullum sit dubium, quin & hic ΜΑΛΙΧΟΣ, vel potius ΜΑΛΧΟΣ, reponendum sit. *M. D.*

Ib. l. 14. καὶ Γαλ. βασ.] Excidit hic nomen Regis Galatarum. neque enim Lycaoniæ & Galatiæ idem rex erat: Scribendumque, καὶ Ὁ Γαλ. Βασ. vel potius καὶ ΔΗΙΟΤΑΡΟΣ Ὁ Γ. β. Ita enim infra appellatur (p. 129, 12.) is cujus hic nomen excidisse vides, cum ibi defecisse dicatur & ad Cæsarem transisse, qui nusquam antea, ut nunc textus habet, nominatus fuerat.

Ib. l. 20. τὴν Ἰταλίαν...] Immò vero, τῇ Ἰταλίᾳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ. ut recte in V. legitur. *M. D.*

P. 128. l. 10. ἀκωλύτως... Ἰταλίας] Melius in V. & A. ἀκωλύτους. Melius etiam in A. pro Ἰταλίας, παραλίας legitur, quorum posterius ab Angl. & Gall. Interpp. recte observatum est. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 16. διαλαβὼν τὸ Ἰ.] Immo διαβαλὼν τὸ Ἰόνιον. uti recte in V. legitur. *M. D.*

P. 128. l. 16. Τορύνη] Hujus nominis, præter Plutarchum, meminit nemo. Et sane intercidisset prorsus, nisi propter Cleopatræ dictum a nostro esset servatum. Cellarii diligentiam fugit hic Plutarchi locus; quod miror. *M. D.*

P. 128. l. 19. ἐπὶ τῇ τορύνῃ κάθηται] Jocus inde petitus est, quod τορύνη bacillus erat quo pultem, dum coquebatur, agitabant: (non, ut Angl. & Gall. Intt. Xylandrum secuti, in nota scribunt, *cochlear.*) Vide Aristoph. Schol. (p. Ed. Gen. 347.) ΤΟΡΥΝΗ, τὸ κινητήριον τῆς χύτρας. Aristoph. ipse (p. 545.) Ἔτνους δ' ἐπιθυμεῖ; δεῖ ΤΟΡΥΝΗΣ καὶ χύτρας. Adde Luci. in ἐπισκ. c. 7. ubi Homerum ridens ait; ab eo cantatum fuisse, quomodo Neptunus ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ ΤΟΡΥΝΗΝ τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν. *Truam* dici latine, arbitratur Christianus (ad Aristoph. p. 713.) Ego *bacillum* fuisse ex his omnibus liquere puto; pultique coquendæ præsertim adhibitum. *M. D.*

P. 130. l. 3. πρὸς τὴν ν. τῆς στρ.] Excidit præposito ἀπὸ, ante τῆς στρ. reponenda. *Dacer.*

P. 131. l. 5. Ἰνστήϊος] *Justeium* merito faciunt Interpp. omnes. *Insteium* servavit Supplem. Liv. Scriptor. *Ed. & M. D.*

P. 132. l. 11. σκάφεσι....] Stante hujus loci scriptura, pessime ab Interpp. & intellectum & versum esse hunc locum, aio. πρὸς ἄλληλα enim δεδεμένοις, ad σκάφεσι referas necesse est. unde liquet verti debere, *in naves trabibus ingentibus ope ferri compactis*, (pontis in morem) *junctas inter se.* Quod an Plutarchus voluerit, aliis dijudicandum relinquo. Ego certe non credo; locumque adeo corruptum censeo. Nec juvat Stephanus, μεγάλῳ σιδήρῳ συνηρμοσμένῳ reponens. Forsan alia exciderint; volueritque hisce, *manibus ferreis Cæsaris naves apprehensas, Antonianisque ita conjunctas.* Aut certe,

certe, *in appropinquantium rostra machinas, ex trabibus ferro compactas, demissas ex alto, quæ frangerent.* Mihi N. L. *M. D.*

P. 132. l. 14. γέῤῥοις] Vocem hanc corruptam esse pro certo habeo. rectius forsan ΓΑΙΣΟΙΣ. Cæterum, legendum videtur, ΧΡΩΜΕΝΟΙ: nisi velis de Antonianis solis hæc intelligi, quod absurdum est. *M. D.*

Ib. l. 18. Ἀῤῥάντιον] Hunc ab Octavio mediam aciem tenuisse, apparet ex hoc loco. Paterculus, lævum cornu ei commissum dicit. *Xyl.*

P. 133. l. 4. ὅπερ...] Cato Major. vide II. 339, 5. Laudat & alibi noster. Op. Mor. 1351, 29. Stephanus ὥσπερ malebat. *M. D.*

Ib. l. 8. Ἀλεξάνδρου... Σκελλίου] Aliter hæc nomina in V. Cod. scribuntur: Ἀλέξα sc. & Σικελίου. Sed utra lectio potior sit, non abunde constat. De Alexa vide ad p. 139, 14. Suspicor etiam sub posteriore latere nomen *Lucilii*, de quo infra leges, p. 136, 4. *M. D.*

P. 135. l. 4. οἱ πολλοὶ] Sic vertunt omnes, quasi οὐ πολλοὶ scriptum esset. qua in re illud tantum displicet, quod de scriptura Libb. & sua emendatione non monent. Paulo post enim (l. 10.) addit τῆς φυγῆς αὐτοῦ φανερᾶς γινομένης.

Ib. l. 18. τὴν πρὸς Ἀντίκυραν θάλασσαν] Duas urbes hujus nominis fuisse, cum multis aliis, Dacerius putat. Alteram ad sinum Corinthiacum, alteram ad Maliacum. Ego, apud Strabonem, priorem illam in MSS. Codd. Ἀντικίῤῥαν recte scribi observo; de qua hic sermonem esse omnia suadent; scribendumque adeo, non Ἀντικύραν, sed ἈΝΤΙΚΙΡΡΑΝ. Vide tamen tum ipsum Strab. (p. Ed. Par. 418.) tum Cellarium promiscue usurpari censentem. *M. D.*

P. 136. l. 4. περὶ οὗ...] Pag. 267, 14.

P. 136. l. 12. βραχύτερος εὖρος.] Ferri potest sic. Mallem tamen βραχύτερον εὖρος. *M. D.*

P. 137. l. 10. χοῶν...] Non intellexit Interp. Lat. Dies erat secundus festi Ἀνθεστήρια dicti: de quo consule Meursium. *Dacer.*

P. 138. l. 5. ἐσοικέω] Cl. Davisius ad Tusc. Q. IV. ἐνοικέω legere jubet. Vide Var. L. ubi longe aliter hi versus scribuntur; uti & in uno Steph.

Ib. l. 8. τὸν Ἰουδ. Ἡρ....] Jos. Antt. (Ed. Ox. p. 680, 20.) magnos Herodi ab Augusto honores habitos ait, ὅτι Κ. Δίδιος γράψειεν ἁπάσῃ προθυμίᾳ τὰ πρὸς τοὺς μονομάχους αὐτῷ συλλαβέσθαι τὸν Ἡρώδην. Hinc ille rumor. Rem tibi fusius enarrabit Nota, in ea Editione ad p. 1005, 31. suffixa. quam integram legere operæ pretium erit. *M. D.*

P. 139. l. 14. Ἀλέξας ὁ Λ.] Hic est qui supra (133, 8.) Ἀλέξανδρος ὁ Σύρος in vulgata dicitur; in Cod. V. Ἀλέξας, ut hic. *Alexandrum* etiam vocat Jos. Antt. XV. c. VI. §. 7. & de B. Jud. I. c. XX. §. 3. Unde patet, vere a Grotio dictum, initio ipso Not. ad Evang. Lucæ; hæc duo nomina idem valere. Quod enim apud nostrum, supra Σύρος, nunc Λαοδικεὺς dicitur, neminem morabitur. *M. D.*

P. 140. l. 5. Θύρεον] Apud Diod. Θύρσος dicitur. *Dacer.*

Ib. l. 7. ἐπὶ κάλλους φρ.] Tolle mendum typogr. fœdiss. & lege, ἐπὶ κάλλει. *M. D.*

Ib. l. 16. ὥστε....] Hinc patet, quam vere ex Orientis, & ætatis fere illius, more, Servator noster, in tot Parabolis *Regum Nuptias* & *Convivia* adhibuerit, ad quæ invitarentur non *magnates* tantum, sed & *egeni*; *ditandi*, non *hilarandi* tantum. *M. D.*

P. 142. l. 4. νυκτὶ...μεσούσης] Aptior vide-

tur fore dativus μεσύσῃ. *H. Steph.*

P. 142. l. 7. ἀθορύβυ] Melius in V. & Steph. ἀθορύβως. *M. D.*

Ib. l. 16. τοῖς κώπαις] Hæc verba prave ab Interpp. ad præcedentia referuntur. Ad sequens ἠσπάσαντο pertinent. Ut naves nostræ *velis*, quia velis in Oceano solis utimur, salutant; sic veteres *remis*, ut hinc liquido patet, salutabant. *M. D.*

P. 143. l. 18. ἐκελ. ἀρ. τοῖς ὑ.] Scribendum videtur, τὰς ὑπηρέτας. *M. D.*

P. 144. l. 1. ἐδέξατο μετ' αὐτῆς] Immo, ut in A. legitur. μεθ' αὐτῆς. *M. D.*

Ib. l. 4. παρεωρ.] Scribe ΠΑΡΑΙΩΡΟΥΜΕΝΟΣ. Nihil in Codd. MSS. frequentius quam ε pro αι positum. Vide, si lubet, quid de ea voce ad III. 352, 16. sit annotatum. *M. D.*

Ib. l. 18. Ὅσον ἢ ἀπολ.] Melius in V. Ὅσον ἢ ὅπω ἀπολ. Optime in A. Ὅσον δ' ὅπω ἀ. *M. D.*

P. 145. l. 2. ὑποςάς] Malo, ἀποςάς, quod in aliis quibusdam esse Stephanus testatur. *M. D.*

P. 146. l. 1. τῶν λ. ξιφ.] Vel desideratur, vel subaudienda relicta est, vocula τι. Pro λῃςρικῶν autem, legitur & σιτεικῶν. *H. Steph.*

Nihili est illa lectio, quam habet & V. Cod. Vide IV. 369, 12. Forsan de *sica* aliquid sub varia illa lectione latet. In Schedis Cl. Editoris *Photii excerpta* ad hanc vocem laudata video. *M. D.*

Ib. l. 7. τἄλλα πρὸς] Videtur excidisse vocula δέ. τἄλλα ἢ π. *M. D.*

Ib. l. 11. θεοπρεπῶς] Non placet vox & insolens & humanum modum excedens. Scribe, cum V. Cod. διαπρεπῶς. qua utitur noster III. 67, 12. vel ἐκπρεπῶς, qua passim. *M. D.*

Ib. l. 17. Φιλόςρατος] De hoc legimus & IV. 275, 17. Sed nondum tunc ejus nequitia percrebuerat. *Dacer.*

P. 147. l. 1. Σοφ.] Unde hoc hauserit incertum est. Ab ipso nebulone confictum aut interpolatum credo. *M. D.*

Ib. l. 9. εἶναι] Melior videtur lectio Cod. V. γεγονέναι. *M. D.*

Ib. l. 11. ἀνέπεισεν] Recte V. & A. ἀνέπεισεν, uti nondum inspectis Var. L. statim videram scribendum. Vide tamen, I. 167, 3. *M. D.*

Ib. l. 14. Οὐκ...] Notum est nobilissimum illud Homeri dictum, Il. B. 204. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔςω. &c. ad quod, mutata feliciter una voce, alludit; uti a Xyl. & Dacerio, & quo non? observatum est. *M. D.*

Ib. l. 18. ὡς ἐβύλετο χ.] Forsan, οἷς. inquit Cl. Editor. Ego nihil muto. *M. D.*

P. 148. l. 14. συνεπεκφ.] Melius Cod. V. συνεπεφαίνετο. Forsan συνυπεκφαίνετο.

Ib. l. 16. τρεπέσης] Recte idem Cod. τρέπεσα. At, quod monere excidit, l. 13. melius, credo, legetur διακειμένης, quam, ut nunc, διακειμένη. *M. D.*

P. 150. l. 17. αὐτῆς] Melius scribetur αὐτὴν.

P. 151. l. 1. Εἴρας... Χάρμιον] Pro Εἴρας, Νάηρας reponit J. Hartung; (Var. Lect. 639.) & pro Χάρμιον, Χαρμόνη.

P. 152. l. 5. συνάρξασα....] Recte Interpp. omnes, *cum Antonio*, habent. Sed non recte Græca in Imprr. Melius Cod. A. συνάρξασα ἢ Ἀντωνίῳ πλείω τῶν δεκατεσσάρων. quod in textum haud cunctanter recipiendum est. *M. D.*

Ib. l. 10. ἐκ τριῶν γ. ἑπτὰ π.] 1. Ex Fulvia, Antyllum, & Antonium. 2. Ex Cleopatra, Cleopatram (de qua mox), Ptolemæum, & Alexandrum, (de quibus hic tacet noster; sed Dio LI. eos Jubæ & Cleopatræ concessos ait, apud quos consenuisse probabile est.) 3. Ex Octavia denique, Antoniam majorem & minorem, de quibus mox noster. *M. D.*

Ib. l. 12. Κλεοπ....] Hæc femina

na a Suet. in C. Cæsare, non Cleopatra, sed *Selene* vocatur: sed potuit esse binominis. *Palm.*

Omnibus Regum Ægypti filiabus *Cleopatræ* nomen commune fuisse, Humphr. Prideaux, vir eruditissimus, in Historia sua ostendit. Locus Suetonii extat in Cal. c. 26. cui adde, si lubet, Dion. LI. & LIII. Meminit etiam Strabo, p. 828 D. Sed mulierem non nominat. *M. D.*

P. 152. l. 15. δεύτερον τῶν Λιβίας παίδων] Locus hic dignus erat qui longa dissertatione illustraretur: quod Rualdus sane fecisset, si eodem enarrandi quo carpendi studio flagrasset. Haud enim proclive est, quid in assignandis tribus hisce gradibus præcipue spectarit Plutarchus. Si ordinem successionis in Imperio, non recte Antonio *tertius* datur locus; cum Antoniæ potius utrique conveniat, a quibus orti Claudius & Nero imperium adepti sunt. Si favorem spectaverit, quo tandem pacto Tiberius & Drusus *secundum* obtinuisse censebimus, quos nunquam ab Augusto esse amatos certum est? Statuendum ergo, non qui animo Augusti erat gratissimus, sed qui politicis rationibus conveniebat, *gradum potentiæ* hic a Plutarcho respici. *M. D.*

Ib. l. 16. δυοῖν α. θυγατ.] Hinc apud Sueton. in Aug. c. 63. *Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat. M. D.*

Ib. l. 20. ἡ Ὀκταβία] Longe aliter sentiebat Suetonius, cum (ib.) ait, *exorata sorore, ut sibi genero cederet.* A *Livia* potius ortum esse illud consilium, multa sunt quæ suadeant. Ab aliis Mæcenati hæ partes dantur. Sed nulla ratione fieri posse video, ut Plutarchus alii id quam *Octaviæ* tribuerit in his verbis. *M. D.*

Ib. l. ult. Ἀγρίππα] Scribe omnino, cum V. Cod. Ἀγρίππου. *M. D.*

P. 153. l. 6. ἐπιφανῶς] Si Antiochus, pro Ἐπιφανὴς, quo titulo superbiebat, ἐπιμανὴς vulgo dictus est; ut ab Athen. discimus, (p. 193, C D.) quis credat a Plutarcho hic ἐπιφανῶς, de Caii Imperio, & non potius ἐπιμανῶς usurpatum? *M. D.*

P. 153. l. 6. Ἀγριππῖνα] Julia Agrippina, Germanici & Agrippinæ M. Agrippæ ex Julia F. quæ L. Domitio Ænobarbo, illius filio quem supra (l. 2.) legisti Antoniam majorem duxisse, nupserat. *M. D.*

Ib. l. 7. σιωφκισε] Immo συνῴκησε: quod reponendum esse monuit jam dudum Stephanus. *M. D.*

Ib. l. 9. ὅτος....] [Hinc patet Plutarchum vixisse *Domitii* temporibus, cui Claudius Cæsar Neronis Germanici nomen imposuit.] inquit Vir doctus in Cod. A. Quæ verba in Var. L. Ed. Par. leguntur. Melius dixisset, sub Neronis jam imperio Plutarchum vixisse hinc liquido patere: *Domitii* enim nomen, a Claudio adoptatus, in *Neronem* mutavit.

Ed. & M. D.

Ib. l. 10. πέμπτος...] 1. Antonius, Triumvir. 2. Antonia minor. 3. Germanicus. 4. Agrippina. 5. Nero. *M. D.*

P. 155. l. 5. ἐπὶ τοῦ] Pro ἐπὶ, scribendum est ἘΣΤΙ.

Ib. l. 7. ζητοῦντων] Prave. Non melius A. Cod. ζητοῦντες. Scribendum enim est ΖΗΤΟΥΝΤΟΣ, quia pendet a Δημητρίου. Mox etiam in Steph. Cod. καταδελεασθέντος melius legitur. *M. D.*

Ib. l. 8. ἄρτι διαφεύγοντα] Non sic decet. Scribe, cum A. Cod. διαφυγόντα. *M. D.*

P. 156. l. 2. Λάμειαν] V. Λάμιαν, uti supra constanter scribitur ab omnibus. Neque aliter hic scribi decet. Vide supra p. 33, 3.. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 3. τὸ δόρυ κιττόν....] Si Euripidem integrum haberemus, pateret hæc jam inde desumpta, non ea tantum quæ paulo

paulo post sequuntur. *M. D.*

P. 156. l. 17. κεκωλυμένον....] Locum hunc, præeunte A. Cod. sic restituas. κεκωλυμένον, ἀλλ' ὑπὸ Φ. καὶ 'A. γεγονὸς ἐν ἔθει. Ed. etiam Fl. κεκωλυμένον recte habet.

P. 157. l. 8. ἔτι τῇ] Scribe, cum A. Cod. ἔνεστι τῇ. *M. D.*

P. 158. l. 7. ὑπέμεινεν] V. A & G. ἠγάπησεν. Recte; quia statim præcessit altera illa vox. quod a Dacerio etiam est observatum. *M. D.*

D I O.

P. 159. l. 1. Σιμωνίδης...] Ejus versus refertur ab Aristotele I. Rhet. c. 6. Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον. *Xyl.*

Ib. l. 3. οἱ περὶ Γλαῦκον....] Vide Il. Z. 152. *M. D.*

P. 160. l. 7. καταθέσθαι] Corruptam esse hanc vocem, certissimum mihi videtur, pro qua ΚΑΤΑΤΥΧΕΙΝ reponendum censeo; qua utitur III. 54, ult. & 392, 18. *M. D.*

Ib. l. 13. ἐν αὐτοῖς εἶναι...] Corrupta hæc esse sensit Cl. Editor; arbitratusque est sanari posse, si, pro εἶναι, ἕνα vel ἀεὶ reponeretur. Ego, ΚΑΙ δαίμονα πονηρὸν ΕΑΥΤΟΙΣ εἶναι, a Plutarcho scriptum fuisse credo. *M. D.*

P. 161. l. 2. βίῳ] V. Cod. βιβλίῳ. quod utique melius est quam vulgata. Sic enim initio Alex. Τὸν τοῦ 'A. τοῦ β. βίον... ἐν τούτῳ τῷ ΒΙΒΛΙΩ, γράφοντες. Unde patet, *Librum* ei, seu volumen, constare duabus inter se compositis Vitis. Quorum parium, hoc XII. esse ait. Forsan tamen βίων scripserat; certe non βίῳ.

P. 162. l. 11. γέγραφε Πλ.] Epist. VII. Ed. Lugd. p. 712 G. *M. D.*

P. 163. l. 8. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Δ...] Prave hæc a Gall. Interp. reddita sunt. De Dione solo sermo est, quod sexcentis apud nostrum exemplis probari posset, in quibus οἱ περὶ personam unam significant. Prave etiam negantem inserit particulam. Simplex adhuc erat Dio, & ex sese alios metiebatur, ut ex p. præc. l. 16. satis patet. *M. D.*

P. 163. l. 9. Πόλλιν] Diog. Laert. unico λ scribit hoc nomen. Tzetzes, Πῶλις. Vide Menag. Not.

P. 165. 10. ἐμνῶντο] Immo ἐμηχανῶντο, ut recte in V. legitur.

Ib. l. 13. μᾶλλον ἢ] Pro ἤ, mallem δέ. *M. D.*

P. 166. l. 9. Πλάτων...] Epist. IV. extrema. Ea verba passim a nostro laudantur. *Xyl.*

P. 167. l. 5. τῶν πλαστῶν τις...] Ridiculum. Quasi vero artifice tali res egeret! Rescribe ocius, ΠΕΛΑΣΤΩΝ, vel ΠΕΛΑΤΩΝ. Filiarum ministerio ad id usum, tradit Cic. Tusc. Q. V. ad quam traditionem propius saltem accedet emendatio nostra. De voce πελάτης, vide III. 276, 12. & Op. Mor. 1154, 4. *M. D.*

P. 168. l. 1. ἀρετὴν λόγων] Varie reddunt Interpp. sed aqua hæret. Pro λόγων, si ΛΟΓΩ, scribas, *Rationem* habebis *exornantem &c.* quæ Plutarchi, credo, mens erat. Scribe autem mox θειότατον, cum Cod. A. *Ed. & M. D.*

Ib. l. ult. περιφερ.] Scribe potius cum A. Cod. περιφερομένης. *M. D.*

P. 169. l. 1. ὥς φησιν, αὐτός...] Vide Epist. VII. (p. Ed. Lugd. 713 D E.) ἀλλ' αἰσχυνόμενος μὲν ἐμαυτὸν &c. Unde liquet, tollendum hinc comma, scribendumque; ὥς φησιν αὐτός, εἰ: & mox, εἶναι ΤΙΣ μόνον. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 13. μηδὲ φερ.] Vel μηδὲν φε. *H. Steph.*

Ib. l. pen. διεπεφύκει τῆς τυρ.] Corrupta, haud dubie, vox διεπεφύκει. Sed quam pro ea reponam, nunc quidem non succurrit. *M. D.*

P. 170.

P. 170. l. 14. ἀνέδωκεν] Forsan melius legatur ἔδωκεν, inquit Cl. Ed. Sed nihil mutandum. Vide III. 216, 14. *M. D.*

Ib. l. 15. ὥς φασι,] *Ut fama est*, inquit Lat. Int. Optime. res enim in ore omnium erat. Gallicus tamen omisit. De pulvere, iterum in Op. Mor. 90, 21.

P. 171. l. 1. τὸ μειρ.] Forsan τοῦ μειρ.

Ib. l. 11. τετρακ. τριήρεις] Eundem numerum habet Diod. Alii alium. Vide Corn. Nep. & Dionem.

Ib. l. 12. τὸ σιωπώμενον ἀγαθὸν ζητεῖν,] Hæc a Plutarcho ita profecta non arbitror. Forsan τὸ ΘΡΥΛΛΟΥΜΕΝΟΝ. Ita enim Luci. περὶ χρ. c. 22. τὸ γὰρ ΘΡΥΛΛΟΥΜΕΝΟΝ τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα. Vel, ut ad Scripturam Codicis propius accedatur, τὸ ΣΙΛΛΑΙΝΟΜΕΝΟΝ. *M. D.*

P. 172. l. 1. κατηγόρησιν] Ed. Fl. & A. Cod. κατηγόρησεν. melius. Et ita Interpp.

Ib. l. 3. εἰς ἀκάτιον] *Navem ei triremem dedit*; inquit Corn. Nep. Vide & Dion. At Plato, σμικρὸν πλοῖον, (p. 713 G.) *Ed. & M. D.*

P. 173. l. 5. αὐτοῦ τοῦτο] A. Cod. αὐτὸ τοῦτο. quod malo, sic enim, ni fallor, usurpant αὐτο τοῦτο, pro revera, quamvis loca nunc non succurrant. Forsan etiam, ΟΥΤΩ μαινομένου, sine αὐτοῦ & τοῦτο. *M. D.*

Ib. l. 13. μεταπέμψασθαι] Recte Cod. A. μεταπέμψεσθαι. & mox καὶ ἀξιῶν. *M. D.*

P. 174. l. 18. πάντα] Melius Ed. Fl. V. & A. πάντως. *Ed. & M. D.*

P. 175. l. 1. ἀναμάχεσθαι] Sic p. 340, 14. τὴν διαμαρτίαν ἈΝΑΜΑΧΟΜΕΝΟΣ. *M. D.*

Ib. l. 16. Ὀφρ'...] Citat hunc versum Homericum ipse Plato, (p. 720 F.) ex quo omnia quæ hic narrat noster desumpta sunt. At apud Homerum (Od. M. 428.) & Platonem, ne quæras insulsum illud ἐξολοθρεύσειε, quod a Monacho aliquo huc intrusum est. Apud Poetam & Philosophum, quia loquuntur aut Ulisses aut Plato ipse, ἀναμετρήσαιμι est. In Codd. MSS. V. & A. & Ed. Fl. ἀναμετρήσειε recte legitur; quam mutationem carminis ratio non respuit. *Ed. & M. D.*

P. 175. l. ult. ἐξαιρέτως] Melius legetur ἐξαίρετος.

P. 177. l. 9. τὰ Πλατ...] Vide Epist. VII. p. 722 E F. *M. D.*

Ib. l. 12. περὶ οὗ καὶ Πλ.] Vide Epist. XIII. p. 728 B C. *M. D.*

Ib. l. pen. μόνον] Immo, ut recte A. Cod. habet, μόνῳ. *M. D.*

P. 178. l. antep. αὐτοῦ ὁ Πλ] Scribendum videtur αὐτοῦ ΜΕΝ ΤΟΥ Πλ. *H. St.*

Ead. ib. ἐμποδὼν ἱστ.] Prave. quamvis Interpretum nullus id deprehenderit. Optime autem V. Cod. ἐκποδὼν ἱσταμένου. (Vide 184, 17.) quo significatur, Platonem rei gerendæ se non immiscuisse; quæ vera hujus loci sententia est; ut ex tota orationis serie patet; ex ratione duplici præsertim, quam mox subdit, cujus posteriorem partem misere iidem Intt. ad Dionem trahunt, contra fidem historiæ *Senem* facientes, quem Plato ipse alicubi in Epistolis ait *mediæ ætatis* fuisse, (V. p. 713 D.) quo tempore ipse Dionysium juniorem iterum invisit. Vide infra p. 180, 15. ubi *ad Senium vergere* dicitur. Plato autem vere *Senex* erat; utpote qui jam ante, *Senium* caussatus erat, cum eo proficisci recusasset; (p. 717 E F.) Sed quid multa? vide finem Epist. VII. p. 722 G. ubi diserte ait Plato, se ideo recusasse, quod *Hospes* Dionysii fuerat, & quod *Senex*. *M. D.*

P. 179. l. 14. πέντε καὶ εἴκοσι] XXX. habet Diod. p. 415.

Ib. l. antep. ἐμπειρία δὲ] Pro δὲ, scribas τε auctor sim.

P. 180. l. 7. κομίζοι] H. Steph. νομίζοι scribendum censet. Ego nihil muto. *M. D.*

P. 181.

P. 181. l. 12. γλυκὺ πότιμον] Aut cum Ed. Fl. καὶ interponendum, aut tollenda prorsus posterior vox. *Ed. & M. D.*

P. 182. l. 3. πεποιημένοις τὸ πλεῖν] Melius refertur in V. Cod. ad αὐτοὺς. Scribendumque cum eo, aut πεποιημένους, aut, ut H. Stephano videbatur, πεποιησομένους. Vide Var. L. *M. D.*

Ib. l. 16. προφ.] V. & A. recte προσφερομένοις. quod & in Par. Ed. legitur. *M. D.*

P. 183. l. 6. Σύναλος] Πάραλος hic Diodoro est, Lib. XVI. p. 414.

P. 184. l. ult. Καμπανοὶ] Recte monet Dacerius, corruptam esse hanc vocem; reperiendosque *Siculos*, qui pro his reponantur. Ego ΚΑΤΑΝΑΙΟΙ scribendum censeo. Diod. tamen, τοὺς ἐν Αἴτνῃ Καμπανοὺς habet. Lib. XVI. p. 472.

P. 185. l. 3 Μάκρας] *Macræ* fuerunt ibi nullæ. Lege, περὶ τὰς ἌΚΡΑΣ. Thucyd. VI. ἌΚΡΑΙ δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν. *Palm.*

Ib. l. 9. πεντακισχ.] Ultra XX. millia Diod. habet, p. 414. Idem, 415. *non minus* V. *millibus*.

Ib. l. 11. κινήσαντος] Ita V. A. Codd. Fl. Ed. & Par. recte. In reliquis Imprr. prave νικήσαντος.

Ib. l. 15. προσαγωγίδας] Conferendus omnino cum hoc locus est, quem habes, Op. Mor. p. 928, 5. ubi προσαγωγέας vocat.

P. 186. l. 17. ἐπὶ τούτῳ προβὰς ἐδ.] Scribe, ut III. 466, 12. ἐπὶ ΤΟΥΤΟ ΠΡΟΒΑΣ. *M. D.*

P. 187. l. 12. ῥαςώνης] Apagesis. Scribe, præeunte A. Cod. ut μετριότητα φέρων, ita ῥᾳστώνην στρατειῶν. *M. D.*

P. 188. l. 6. πλὴν καὶ ξένων τῶν Δ.] Recte Cod. A. πλὴν τῶν ξένων τοῦ Δ. *M. D.*

P. 189. l. 11. τοῦ Δ. υἱῷ] Ed. Fl. τῷ Δ. υἱῷ. melius. Sed optime A. Cod. τῷ τοῦ Δ. υἱῷ. *Ed. & M. D.*

P. 190. l. 4. εἰσῄει τοῖς Σ.] Melius, credo, legetur, εἰσῄει τοὺς Σ.

P. 192. l. 13. πρὸς αὐτοὺς.] Scribendum videtur, πρὸς αὐτοὺς.

P. 193. l. 2. προσερχ.] Immo, προσερχόμενος. *M. D.*

Ib. l. 8. ἐπεὶ δὲ Φ.] Tolle punctum, quod præcessit; & scribe, cum A. Cod. ἐπειδὴ Φ. *M. D.*

Ib. l. 9. Ἰαπυγίας] Prave *Apuliam* vertunt Gall. & Angl. *M. D.*

Ib. l. 11. ναυάταις] Melius Ed. Fl. ναυβάταις. Vide tamen I. 250, 14. & Not. unde liquet, hic etiam ΝΑΥΤΑΙΣ reponi posse.

Ib. l. 14. Ἔφορος....] Ita etiam Diod.

P. 194. l. 2. ὑπὸ τῶν Σ...] Melius V. Cod. ὑπὸ τῶν Σ. πάντων, ὀρ. *M. D*

Ib. l. 5. ὑπ᾽ αὐτοῦ] Recte A. Cod. ὑφ᾽ αὑτοῦ: nisi forsan mavis, ἀφ᾽ αὑτοῦ, quod mihi etiam magis placeret.

Ib. l. 8. ἀναίσθητον ὀργῆς] Recte hæc & intellexerunt & verterunt Lat. & Angl. Interpp. pessime Dacerius. At vice versa mox, idem recte ad Ephorum ipsum verba Plutarchi refert, quæ illi prave ad Philistum trahunt. Vide l. 15. & versiones. Xylander etiam cum iis errat.

P. 196. l. pen. ὑποφαινομένων τὰ τείχη] Corrupta hæc esse arbitror. Sed in Libris nostris nihil subsidii reperio. Forsan τῷ τείχει.

P. 197. l. 5. ἐπέτρεψεν] Aut ἐπέστρεψεν legendum est, aut ἀπέτρεψεν: quorum prius in V. Cod. legitur, posterius in A. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 13. ἀπελαμβ....] H. Steph. ἀνελάμβανον reponendum censebat: quod amplector. Sic in Cæs. δῆμον ἈΝΕΛΑΜΒΑΝΕΝ ἑστιάσεσι καὶ θέαις. in Anton. πολλαῖς ἈΝΕΛΑΜΒΑΝΕ φιλοτιμίαις τὸν δῆμον. & in Pericl. διανομαῖς χρημάτων τοὺς πολλοὺς

λῶς 'ΑΝΕΛΑΜΒΑΝΕ. Hesychius per δειπνίζειν & φιλοφρονεῖσθαι enarrat. *Dacer.*

P. 197. l. 18. ἐνέμενον] Melius V. & A. ἐνέμειναν. *M. D.*

P. 198. l. 9. ἀφῆκε] Melius legetur, ἐφῆκε: ut infra 201, 6.

P. 199. l. 7. πέντε τοὺς περὶ 'Ε.] Absurde. Scribe cum A. Cod. πέντε ἐν οἷς τοὺς π. 'Ε. *M. D.*

P. 201. l. 9. ἀπεγνωκότος... Διον...] Atqui non aderat ipse Dionysius; & subita hæc consilia parum probabiliter ei assignantur. Potuit tamen excedens jussa tyrannica & inhumana ducibus suis relinquere; quæ nunc a Plutarcho retegantur & expromantur. Vide utique, an non satius sit scribere, τοῦ ΥΙΟΥ ΤΟΥ Δ. ut p. 207, l. 9. *M. D.*

P. 202. l. 3. αὐτοῦ δὲ] Cl. Editor, pro δὲ mallet δή. Ego, & hic, & mox, τε scribendum censeo. αὐτοῦ ΤΕ τετρ. τῆς ΤΕ πόλεως. *M. D.*

P. 203. l. 5. διὰ πυρὸς] Ed. Fl. V. & A. διαπύροις. Recte. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 13. ἤρων] Non male: sed melius tamen V. Cod. ἀνῄρουν. *M. D.*

Ib. l. 16. κατασκευασάντων.] De igne cum sermo sit, ΚΑΤΑΣΒΕΣΑΝΤΩΝ scribere ne dubites; quod ad Scripturam Codicum vitiosam proxime accedit, & sensus postulat. Ita etiam Diod. 423. ΚΑΤΑΣΒΕΣΑΙ τὴν φλόγα. Adhibet iterum noster p. 247, 15. Scribi tamen etiam potest ΚΑΤΑΠΑΥΣΑΝΤΩΝ: ut p. 320, l. 9.

P. 205. l. 1. ἕνα κόψαντας τάφρον] Recte vidit Stephanus, corrupta hæc esse. Xylander optime restituit, pro τάφρον, ΣΤΑΥΡΟΝ scribendo. Cui adstipulatur & A. Cod. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 10. εἰ κατ' ἄλλα] Immo εἰ καὶ τ' ἄλλα, ut recte A. Cod. habet. *M. D.*

P. 206. l. 14. ἑπτακοσίους] Viderint milites & equites, an una nocte & quarta diei parte milliaria admodum LXXX. equitatus possit conficere. *Dacer.*

P. 207. l. 1. κατὰ ποίησιν...] Mallem κατ' 'ΕΙΣΠΟΙΗΣΙΝ. hac enim voce in eam rem uti solent, cum alii tum ipse noster: illa an aliquis alius usus sit, nescio. Vide Var. L. unde constat ita etiam voluisse Cod. A. *M. D.*

P. 208. l. 4. πρώτην] Elegantius Cod. V. πρῶτον, quia sequitur εἶτα. *M. D.*

Ib. l. 14. πραγμάτων ἀ. προσκεχ.] *Urbs* quidem, quæ victori cedit, προσχωρεῖν dicitur; ut in Camillo ΠΡΟΣΧΩΡΗΣΑΣΑΝ ἀμαχεὶ πόλιν αὐτῷ. & apud Thucyd. sed id verbum non sic solet cum πράγματα conjungi: scribendum itaque ΠΡΟΚΕΧΩΡΗΚΟΤΩΝ: ut III. 172, 18. οὕτω δὲ τούτων ΠΡΟΧΩΡΟΥΝΤΩΝ. & alibi passim. *M. D.*

Ib. l. pen. μηδὲν οὕτω μέγα] Mallem μηδένα οὕτω μέγαν.

P. 209. l. 4. Πλατ.] Epist. IV. p. 710 C. ὥστε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης (εἰ καὶ νεανικώτερόν ἐστιν εἰπεῖν) εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν· καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα πρὸς σέ. Unde patet quam venuste mox Plutarchus addat, Dionem πρὸς ἓν χωρίον μιᾶς πόλεως unice respexisse. *M. D.*

Ib. l. 12. ὡς εἰρήκαμεν,] P. 166, 9. Locum autem Platonis (p. 710 E.) integrum describere hic me non pigebit. 'Ενθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δοκεῖς τισιν ἐνδεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ πράττειν ἐστίν. ἡ δ' αὐθάδεια, ἐρημίᾳ ξύνοικος. *M. D.*

P. 210. l. 2. παντοπώλιον....] Plat. de Rep. VIII. (p. Ed. Lugd. 497 B.) *M. D.*

Ib. l. 3. κωλύειν] Melius, credo, scribetur, κολούειν.

Ib. l. 4. ἔχων] Immo ἔχον, uti recte Codd. V. & A. habent; ad σχῆμα enim re-

referri decet, ut a Stephano jamdudum observatum est.

P. 210. l. 8. συμετάθετος.] Melius, mea quidem sententia, V. Cod. in quo συμετάβολος legitur. *M. D.*

Ib. l. 9. αὐτὸν ἐκώλυεν ἀνελεῖν] Credat qui volet, hæc ita a Plutarcho fuisse scripta: ego librariis accepta fero. Vel αὐτὸς, pro αὐτὸν, legendum est; vel ordo verborum sic immutandus, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐκώλυεν. *M. D.*

Ib. l. 15. Κάλλιππος.] *Callicratem* vocant Nepos & Dion. Callippum noster iterum in Timol. II. 115, 9. & in Op. Mor. 941, 21. & Diod. Sic. p. 436. Plato nomen reticuit; quem vide Epist. VII. p. 715 E F. ubi περιτρεχούσης uti & hic legitur. Non spernenda tamen varia lectio Cod. A. παρατυχούσης legentis. *Ed. & M. D.*

P. 211. l. pen. καλωύτρᾳ] Rectius duplici λ scribitur in A. Cod. Vide Poll. Onom. *M. D.*

P. 212. l. 3. μεθ' ἡμέρας ὀλ.] Scribendum est, μεθ' ἡμέρας δ' ὀλ.

Ib. l. 4. παιδίαν ἀπαρχὴν] Melius A. Cod. παιδικὴν ἀρχὴν. *Hunc puerum sic educari jusserat Dionysius*, inquit Corn. Nepos, *ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur: vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur.* Reliqua non addo, quia satis intelligi potest vitæ statum commutatum ferre non potuisse corruptum adolescentulum. Vide Op. Mor. p. 206. ubi quomodo se gesserit Dio, hac morte nuntiata, habes. *Ed. & M. D.*

P. 213. l. 2. δρᾷ... Κορείοις] Forsan melius legetur, δρᾶν & Κορείοις.

Ead. ib. οὐδὲν ἴσως...] Quis ferat hæc? Ex Græcis his nihil sani extundi posse, satis, credo, ostendent interpretationes omnes, absurdiora aliis alia nobis apponentes. Ego οὐδὲ ΜΥΣΟΣ scribendum esse aio; nec a Plutarcho aliud quicquam hic dici potuisse. Usque adeo Deam flocci facit, ut læsurus quocunque die symmystam occideret, ipso Deæ festo scelus patrare non recusarit. Vide infra p. seq. l. 2. ubi, de hoc ipso nefario homine, τηλικούτου ΜΥΣΟΥΣ ἀψάμενος, legendum esse cum Ed. Flor. videbis. *M. D.*

P. 213. l. 10. κατέχειν....] Putarat Cl. Editor ἄρχειν pro hac voce legendum. Sed postea sententiam mutasse videtur, cum addat; *Sed vide Hemsterh. ad Luc. Opusc. p.* 59. Ego ex Xenophonte duo loca proferam huc apprime facientia. Cyr. I. (Ed. Steph. 9, 25.) βάλλει εἰς τὸ μέτωπον, καὶ ΚΑΤΕΣΧΕ τὸν κάπρον. In συμπ. autem. (p. 511, 22.) νομίζουσι γὰρ, ἣν τοὺς τοιούτους (θυμοειδεῖς ἵππους) δυνῶνται ΚΑΤΕΧΕΙΝ, ῥαδίως τοῖς γε ἄλλοις χρήσεσθαι. *M. D.*

Ib. l. 15. δεδιττόμενον] Exempla requiro in quibus hæc vox de victima usurpetur, ictu poparum prostrata & attonita; nec succurrit alia quam pro ea reponam. *M. D.*

P. 214. l. 2. μίσους] Immo, uti recte in Fl. Ed. legitur, μύσους. quod merito secuti sunt Interpp. omnes. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 9. τυρόκνηστιν] Πατάνη Græce dicebatur radula qua caseum radebant; pro qua voce plebs κατάνη dicebat. Inde factum est, ut Callippus &c. *Dacer.*

Ib. l. 14. ξιφ.] Idem habes Op. Mor. p. 981.

P. 215. l. 4. περὶ ὧν...] Vol. II. p. 139. & seq. ubi Ἱκέτης, tenui spiritu, scribitur hominis illius nomen. quod & hic (p. præc. l. 18.) fieri decuit. *M. D.*

BRUTUS.

P. 216. l. 1. πρόγονος....] Pernegant Dionys. Halic. V. & Dio, XLIV. *Xyl.*

P. 217. l. 1. Μαλλίυ Σπ.] Scribe Μαλίυ, inquit Xyl. Hinc in Cod. A. Μελίυ. Idem Servilium *Alam* melius scribi putat, quam *Ahalam*: quod hic, casu an consulto factum sit, nescio. In aliis Imprr. certe aspiratur; in Par. autem spiritum nullum habet, more illius Editionis solemni, sed pravo, cum majuscula litera vocem incipit. *M. D.*

Ib. l. 8. εἰς ἄρχοντα πρ.] Rectius fortasse legetur, ἄρχοντας, inquit Stephanus, qui depravatum hunc locum censet. Ego etiam depravatum censeo. Sed absque Codd. ope, quo modo sanandus sit, non satis video. *M. D.*

Ib. l. 9. ἐνηλικίυς] Scribe ἐνηλίκυς, cum V. Cod. *M. D.*

P. 218. l. pen. Κανίνιον] Scribi Κανίδιον ut IV. 251. & passim in illa Vita. Dubitat tamen Xyl.

P. 220. l. 1. τῆς ἄλλης μεγάλης μάχης.] Corrupta palam vox ἄλλης, & delenda videtur. *Pharsalica* enim pugna satis indicatur voce μεγάλης. Nisi forte, ex ΚΑΤΑ ΦΑΡΣΑΛΟΝ, ἄλλης μεγάλης fecerint Librarii. Vide 221, 3. *Ed.* & *M. D.*

P. 221. l. 4. ἔλασεν ὁ Β. καὶ τὰς πύλας ἐρχεσθ...] Corrupta hæc censeo: nec mederi posse fateor. Forsan, pro ἔλασεν, ἔφθασεν legendum est. *M. D.*

Ib. l. 14. καὶ δὴ καὶ τῷ τῶν Λιβύων βασιλεῖ...] Locus est misere corruptus; recteque Xylander, si recte scripta hæc essent, de solo Juba posse intelligi cum monuisset, qui apud Cæsarem non est accusatus; de rege Deiotaro potius locutum esse hic Plutarchum suspicatur, quem certum est a Bruto defensum esse. Ciceronis etiam Commentatores in eadem sunt sententia, quos vide, si lubet, ad Epist. primam Lib. XIV. ad Atticum. At horum omnium ne unus quidem hunc locum restituere aggressus est. Ego medicinam ei facere tentabo. Ac primo quidem, pro Λιβύων, quæ vox vel sola omnia perturbare valet, in Cod. V. Νικαιέων est, quod jam aliquid lucis affert. *Nicææ* enim, teste in ea Epistola Cicerone, *pro Deiotaro dixit* Brutus. Non *in Liguribus*, ut Corrado visum est, sed *in Bithynia*. Deinde, pro δὴ καὶ τῷ, ΔΗΙΟΤΑΡΩ, reponendum; & totus locus sic refingendus. καὶ ΔΗΙΟΤΑΡΩ, ἘΝ ΝΙΚΑΙΑ, ὨΝ, βασιλεῖ προηγορεῶν ἡττᾶτο μὲν. Mox autem, περὶ τούτου delendum censeo. Vide argumenta Or. pro Rege Deiotaro. *M. D.*

P. 223. l. 1. δι' ἣν ἔλαβεν] Melius legetur δι' Α. *M. D.*

Ib. l. 8. ἐκλείποντα τὴν ἀλκὴν] Optime Cod. A. ἐκλέμνοντα. *M. D.*

Ib. l. 16. Τί δ'...] Vide Not. ad IV. 165, 10.

P. 225. l. 2. καὶ καταλ.] Mallem, τοῦ καταλύσαντος. *M. D.*

Ib. l. 3. Εἴθε νῦν ἧ Β.] Melius Ed. Fl. & A. Cod. Εἴθε νῦν ἧς Β. *Ed.* & *M. D.*

Ib. l. 4. Ὤφελε ζῆν] Melius V. Ὠ. νῦν ζῆν. *M. D.*

Ib. l. 13. ὥσπερ καταρχομένου] Solus Interpp. Dacerius vim hujus vocis expressit. quem vide. *M. D.*

P. 226. l. 4. θέατρα] Scribendum censeo, ΘΕΑΜΑΤΑ. App. θέας habet.

Ib. l. 9. Γάϊος Λ.] Frater opinor Q. Ligarii, ejus quem a Tuberone accusatum Cicero defendit. nisi forte *Quintus* legendum sit. *Xyl.*

Cruf. & Dacer. *Quintum* faciunt. merito. cum statim addatur accusatum apud Cæsarem fuisse, veniamque consecutum. Fratres enim ejus partes Cæsaris erant secuti, uti ex Scholiastis Ciceronis *argumento* ad eam orationem patet. Vide IV. 483. & scribe, ut illic scribitur, ΚΟΙΝΤΟΣ. *M. D.*

P. 227. l. 2. Στάλλιον] Recte Cod. A. Στατίλιον. ut Xyl. volebat, & omnes Interpp. id nomen scribunt. Eundem puto.

to fuisse qui infra, Στάτυλλιος dicitur, p. 269.

P. 227. l. 10. Ἀλβῖνον] In superioribus Edd. legitur Λαβινόν. Sed alteram lectionem, nimirum Ἀλβῖνον, confirmant, cum aliorum Autorum loci, tum vero iste qui ejusdem est, in Cæsare; (IV. 167, 17.) Δέκιος Βροῦτος, ἐπίκλησιν ἈΛΒΙΝΟΣ, πιστευόμενος μὲν ὑπὸ Καίσαρος, &c. *H. Steph.*

P. 228. l. 1. πάντα τὸν κίνδυνον] Cl. Editor, Forsan πάντη, adscripsit suo Codici. Sed nihil mutandum. Xen. in Symp. (p. Ed. St. 522, 4.) ΠΑΣΑ μὲν ἡ πόλις οἶδε. Plato, alii, ὁ ΠΑΣ ἀριθμός, usurpant. *M. D.*

Ib. l. 10. ἀπομνημονεύματα τοῦ Βρούτου] Nimis patienter tulerunt hæc hactenus viri docti. Scribendum, unica voce ἈΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ Βρούτου; quemadmodum Xenophon suum de dictis Socratis Opus primus inscripsit, quod hodieque, eodem titulo, extat. Vide Diog. Laert. *M. D.*

P. 229. l. 4. ἐμοὶ δ' ἢ καὶ τὸ … καὶ τὸ … πρόσεστιν.] Pro utroque hoc καὶ τὸ, orationis nitor postulat, ut καὶ ΤΩ, scribatur. Ut enim verba nunc habent in libris nostris, *Filiam esse Catonis, Bruti Uxorem*, πρόσεστι, hoc est *accedit*, ad aliquid quod reticetur. Sic autem scribendo, & fors & accessio patebunt. Accessio enim tunc est, *invictam esse ad dolorem*. Tota hæc eximiæ fœminæ oratio a Dacerio negligenter admodum tractata est, nec verbis Plutarchi aut dignitati rerum par ejus versio hic est. Anglica sola recte vocem χάρις (l. 1.) intellexit & expressit, in qua non minima pars est & venustatis & roboris. *M. D.*

P. 231. l. 11. ἐν μέσῳ] Optime hic Dacerius a Lat. Interpr. discessit, quem Angl. secutus est. Aliquid enim designatum a Plutarcho hic necesse est, quod opponatur τῷ σωματίῳ. An vero ἐν μέσῳ sic simpliciter, & sine additamento, usurparit Plut. inquiri meretur. Alibi certe non memini me sic legisse. *M. D.*

P. 232. l. 9. αὐτοῦ] Forsan melius legatur, αὐτόθεν.

Ib. l. 17. Τρεβ.] In Cæs. (p. 169, 14.) prave Bruto Albino hoc tribuitur. Recte hic cum omnibus Historicis Trebonio hæ partes assignantur. Cicero etiam (Philip. II.) diserte, his verbis Antonium compellans. *Quum interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio vidimus sevocari.* iterum, (Phil. XIII.) *Sceleratum Trebonium? Quo scelere, nisi quod te idibus Martiis a debita tibi peste seduxit? Dacer.*

P. 234. l. 10. εὐθ' ἁρπαγή….] Si hæc genuina sint, respicit *mensas argentariorum & tabernas a dominis derelictas*, de quibus vide in Cæs. (IV. 17 , 4.) *M. D.*

P. 236. l. 1. ἐπιτειχίσας] A. Cod. ἐπιτειχίσαι. melius: & sic Steph. volebat. Sed ipsa vox, cum πολέμιον conjuncta, mihi suspecta est: quam autem aliam reponam, non succurrit. *M. D.*

Ib. l. 11. ἐπὶ Κλωδίου τοῦ δημαγωγοῦ] Clodii a Milone occisi cadaver quomodo a plebe crematum sit, norunt qui Ciceronis pro Milone orationem legerunt. Interpres Angl. depravate admodum hæc vertit. *M. D.*

Ib. l. 18. K. ποιητικὸς ἀνὴρ] Πολιτικὸς legendum esse putabam. Fuit enim is C. Helvius Cinna trib. pl. ut patet ex Dione XLIV. extremo. ex App. II. B. Civ. ex Val. Max. IX. 9. Non sum nescius, Cinnam hunc a quibusdam summis viris pro eo poeta accipi qui Smyrnam poema condiderit, sitque a Catullo laudatus: qui fortassis hoc ipso loco ducti ita censuerunt. Sed quia tam multi fuerunt Cinnæ, non temere, nisi alia accedant argumenta, id affirmarim. *Xyl.*

P. 237. l. 8. παρθένου] Verior videtur Scriptura Codd. V. & A. μαρανθῇ legentium.

tium. Sic usurpat supra, p. 181, 8. & in hac ipsa vita, p. 223, pen. Παραινέω autem, post παρακμάση, absurde diceretur.

P. 237. l. 10. φερομένοις] Rescribendum cum A. Cod. φερομένης, ut ad φορᾶς referatur. *Dacer.*

Ego malim vulgatam servare, & 'ΑΣΤΑΘΜΗΤΟΥΣ scribere. Sic enim elegantius videtur. Neque enim placet viri docti φορᾶς φερομένης. Nec aliter commode, quam ad πλήθεσι, referri potest φερομένοις.

Ib. l. 16. κατ' ὀλίγους] Exempla hujus locutionis desidero: magisque interea probo quod exhibet V. Cod. κατ' ὀλίγον. *M. D.*

P. 238. l. 2. προσῆκεν] Mentem Plutarchi solus Interpp. assecutus est Dacerius, quæ postulat ut, pro hac voce, ΠΡΟΣΗΚΕΙΝ scribatur. *M. D.*

Ib. l. 13. γεάφων...] Extant etiamnum epistolæ Bruti ad Ciceronem, in hanc sententiam, inquit Xylander: at ubi inveniri possint ea verba, indicare, viro docto non erat otium. In Ed. Lambini invenies in Lib. Epist. singulari qui post decimum sextum ad Familiares excusus est, Ep. 16. *Nam si Octavius tibi placet.... non dominum fugisse, sed amiciorem dominum quæsisse videberis.* Et Ep. 17. ad Atticum. *Ut jam ista quæ facit, non dominationem, sed dominum Antonium timentis sint.* Ibidem; *Sed dominum, ne parentem quidem majores nostri voluerunt esse.* *M. D.*

P. 239. l. 3. 'Ελέαν] *Veliam* Romani vocant. Cic. Phil. I. 4. Ego celeriter Veliam devectus, Brutum vidi. Consule, de hac urbe, Cellar. *M. D.*

Ib. l. 6. διαθέσεις] Eodem modo usurpat hanc vocem, p. 27, 16. γεάφων τὴν περὶ τὸν 'Ιάλυσον ΔΙΑΘΕΣΙΝ. Servandamque hic censeo, quamvis A. Cod. ὑποθέσεις exhibeat, quæ forsan quibusdam commodior videbitur. Quærant harum rerum curiosi, num sub ἐκ τῶν 'Ελληνικῶν lateat pictoris nomen. *M. D.*

Ib. l. 10. ἔπη] Il. Z. 429. & mox versu 491. Adi etiam Op. Mor. p. 252. *M. D.*

P. 240. l. 14. στίχον] Il. Π. 849. verba sunt Patrocli morientis

P. 241. l. 18. ἐν ἑτέροις..] In Op. Mor. p. 1234. & seqq. & 1127. & seq. supra autem (l. 14.) pro τὸ, ante χιόνος, mallem τις.

P. 244. l. 5. αὐτῆς αἰτία] Scribendum αὑτῆς: vertendumque; *Quod enim serviant, magis ipsis imputandum esse quam tyrannis.* *M. D.*

P. 245. l. 19. μόνον οὐχὶ] Melius A. Cod. unico verbo, μονονουχὶ. *M. D.*

Ib. l. pen. προσβάλλειν] Non ita memini usurpari hoc verbum: ideoque ΠΡΟΒΑΛΛΕΙΝ scribendum censeo. *M. D.*

P. 246. l. 7. ἔτ' ἄδηλον] Melius forsan legatur; 'ΕΝ ἀδήλον.

Ib. l. 10. προσθήκην...] Quid hæc vox valeat, non assecuti sunt Interpp. Proprie *appendicem* significat; metaphorice, hominem qui alteri se ita addixit, ut per se nihil agat. Angli *a property*, dicunt; Galli interdum *Dupe* ejusmodi hominem vocant, aliquando *Creature.* Romani *obnoxios*, Taciti præsertim ætate, appellabant. *M. D.*

P. 248. l. 8. ἐξετραχηλίαζεν] Scribe ἐξετραχήλιζεν, ut noster alibi & reliqui Scriptores Græci solent. *M. D.*

Ib. l. 17. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι...] Vide Herod. Lib. I. p. Ed. Steph. 45. *M. D.*

P. 250. l. 14. ἀπείρητο] Melius V. Cod. ἀπείρητο. Cl. Editor etiam, ante ἐκ τούτου, ΔΕΙΝΟΝ inserendum putabat. *M. D.*

P. 251. l. 3. 'Ομ.] Il. A. 259. & seqq. quos, si non meministi, legas. *M. D.*

P. 251.

P. 251. l. ult. δύναμιν ὄντα] Cui hæc displicebunt, videant, num per Codd. liceat 'ΑΜΕΛΟΥΝΤΑ, vel ΔΙΑΜΕΛΟΥΝΤΑ, legere. *M. D.*

P. 252. l. 2.. ἐκείνοις...] Aliter hæc in Cod. A. leguntur. ἐκείνως. νῦν δὲ ἀδικίας μὲν. Unde Dacerius, credo, ait *in MS. legi*; ἐκείνως μὲν ἀνανδρείας, νῦν δὲ ἀδικίας δόξα, &c. Ego neque ἐκείνοις, neque ἐκείνως probo: suspicorque scriptum fuisse a Plutarcho; 'ΕΚΕΙ γὰρ ΜΟΝΟΝ ἀνανδρείας, νῦν δὲ ΚΑΙ ἀδικίας δόξα, &c. *M. D.*

Ib. l. 8. ὑπὲ τοῦ διαλ.] Scribendum est τῳ sine accentu, ut IV. 340, 13.

Ib. l. ult. ὑποφθ.] Rescribe ocius, cum V. & A. ὑποφθέγγεται. *M. D.*

P. 253. l. 13. γινομένων] Sic legendo, ad ὀνείρων refertur; parum commode A. Cod. γινόμενον habet, quo ad φανταστικὸν refertur. quam recte, nescio. Melius certe, & sequentibus magis apte. Forsan tamen melius legetur ΓΕΝΝΩΜΕΝΟΝ. *M. D.*

P. 254. l. 11. κατεστρατοπέδευσεν....] Locus hic fœdissime corruptus est. Vide Var. L. in quibus subsidii parum admodum est. In Anton. p. 85, 11. diserte, & longe aliter. ὡς...ΠΑΡΕΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥΣΑΝ τοῖς πολεμίοις, 'Αντωνίου μὲν ἐπιτεταγμένου Κασσίῳ, Βρούτῳ δὲ Καίσαρος. Unde Dacerius sic refingit; καὶ κατεστρατοπέδευσεν 'ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΚΑΣΣΙΟΣ, ΒΡΟΥΤΟΣ δὲ ΚΑΙΣΑΡΑ. Ego, ut in Anton. ita & hic, ΠΑΡΕΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥΣΕΝ legendum esse aio. Neque enim placet illud κατεστρατοπέδευσεν cum accusativo, pro *ex adverso hostis castra metari*. Certe non sic adhibet Xen. Cyrop. VII. (p. Ed. St. 107, 22.) Deinde, cum de Cæsare sermo sit, nominarique denuo opus non sit, 'ΑΥΤΟΣ ΜΕΝ ΒΡΟΥΤΩ, a Plutarcho scriptum fuisse, non dubito: & ΚΑΣΣΙΩ, δὲ 'Αντώνιος. Aliquid hic vidit & Xylander; sed non omnia hæc. *M. D.*

P. 254. l. pen. κτήματα] Immo vero κτημάτων, ut recte in A. legitur; postulat enim id τῶν ὅπλων, ad quod refertur. nec latuit hoc Dacerium. *M. D.*

P. 255. l. 18. πράγμασιν] Melius V. & A. πεπραγμασιν. *M. D.*

P. 256. l. 4. πλεῖον] Rescribe ocius πλείω, præeuntibus V. & A. Codd. propter χρόνον quod sequitur. *M. D.*

Ib. l. 12. πάσχειν] Edd. fere omnes παρασχεῖν prave habebant. Unde factum est ut in Var. L. observatum sit, in V. & A. πάσχειν legi. Recte mutavit Cl. Editor. Ex nota ejus marginali conjicio, in Ald. etiam Ed. πάσχειν legi, quam littera *A* designat. *M. D.*

Ib. l. 15. εἰπών] Immo, εἰπόντα, ut recte in A. Cod. legitur. *Dacer.*

P. 257. l. 3. λόγον ἀφῆκα μέγαν] Librum ab eo editum intelligit Dacerius; a qua sententia non admodum abhorreo. Sed obstat illud epithetum, μέγαν. *M. D.*

Ib. l. 8. ἄλλον] Edd. fere omnes, ἀλλ' ὃν habebant. quod mutandum duxi. præeuntibus Ald. Ed. & A. Cod.

P. 259. l. 1. ὁ Καῖσαρ] Melius A. Cod. ὁ καιρός. In acie enim Cæsar non erat. Et ita emendandum esse, Xyl. monuerat.

Ib. l. 18. ὁρῶν λάμποντα] Excidit, inter has voces, vox κεράτη, quam exhibet Cod. V. & Ald. Ed.

P. 260. l. 15. ἑωρῶντα πολλοί] Repone quod exhibent V. & A. Cod. ἑώρων πολλοῖς: quod jampridem conjectura assecutus erat H. Stephanus.

P. 261. l. 5.. ὑφ' αὐτοῦ] A Crassone Apagesis. Scribe 'ΥΦ' 'ΑΥΤΟΥ. *M. D.*

P. 262. l. 4. ἐτρέψαντο] Optime V. Cod. ἐτρέψατο, ut mox οἱ ἐχρήσατο. *M. D.*

P. 263.

P. 263. l. 10. ὅπως ἔχῃς] Quid causæ est, cur non ἔχεις reponamus? *M.D.*

P. 264. l. 7. μαχόμενοι πρὸς τὴν χρείαν.] Melius, ni fallor, legeretur ΜΗΧΑΝΩΜΕΝΟΙ. *M.D.*

P. 265. l. 11. μοναρχιῶν] Scribe, μοναρχίας, uti recte in A. Cod. legitur. Quod autem ei οὐκ in Var. L. præmittitur, id inde factum existimo quia erat initium versus seu lineæ illius. Vide infra, p. 273, 10. *Ed. & M.D.*

P. 266. l. 11. Περσαγ.] Scribendum Περσαγαγών.

P. 269. l. 3. Ζεῦ]...] Eur. Med. 332. *M.D.*

Ib. l. 15. ἐκπεσάμενος] Recte V. Cod. ἐκπαισάμενος. Sic III. 328, 16. ΔΙΕΚΠΑΙΣΑΜΕΝΟΣ τοὺς πολεμίους.

P. 271. l. 9. ἐσπουδόμην.] Cur Interpretum alii per futurum hoc verbum redderent, alii *studuisse* addant, ratio nulla erat. *M.D.*

Ib. l. 13. Οὐαλ. Μαξ.] Lib. IV. cap. 6. *Xyl.*

P. 272. l. 2. τὸ μεγίστους...] Recte A. Cod. τοῦ, ut Πολλῶν. *M.D.*

Ib. l. 8. ἀτρεμοῦντα] Immo, ἀτρεμοῦντι, ut recte in V. & A. scribitur. *M.D.*

Ib. l. 10. ἑαυτοῦ] Pravum & hoc. Repone ἑαυτῷ ex A. Cod. *M.D.*

P. 273. l. 2. τῇ φυγῇ] Melius, credo, scribetur ἘΝ τῇ φ.

Ib. l. 10. δεομένης ἔδειξε....] Pro ἔδειξε, A. Cod. ἔδοξε legit. quod & Cl. Editori placebat, & mihi. Quid vero sibi vult illud δεομένης? Tolle fœdum hujus & Par. Editionis mendum. In Fl. certe, in Steph. & Baf. quas ego possideo, recte δεομένοις legitur. *M.D.*

Ib. l. 17. ὧν μὲν ἀ. ἐβούλετο...] Tolerabilius videtur fore ὡς, quam ὧν. inquit H. Stephanus. Aliter, & melius, A. Cod. in quo, pro ἐβούλετο, ἐβουλεύετο legitur. Servandum est enim ὧν μὲν, ut sit quod ad ἃ δὲ, quod sequitur, respondeat. *M.D.*

P. 273. l. pen. εὑρεῖν] Mallem ἘΥΡΕΝ, ut ἀπεῖπε καὶ προεῖτο. Minus enim commode a δοκεῖ pendere qui faciunt, statuere, mihi certe, videntur. *M.D.*

P. 274. l. 4. αὐτόχειρα τοῦ σώματος.] Forsan σώσαντος, inquit Cl. Editor. Acute sane. Retinenda tamen mihi videtur vulgata; quia passim ita σῶμα adhibet noster. *M.D.*

Ib. l. 5. οἰκεῖος μὲν Δ.] V. Cod. ἦν inserit post μέν. Mallem ὮΝ: quod & reponendum censeo. *M.D.*

Ib. l. 8. ἢ τοῦτ' ἀντιστρέφει πρῶτον.] H. Steph. per interrogationem hæc aptius lectum iri putat. Ego etiam. *M.D.*

Ib. l. 12. Πλ. ἐπις.] Ep. VII. p. 713 G. & 722 G. *M.D.*

Ib. l. 15. πολέμιον Καίσαρι] Inserenda putat inter hæc Dacerius, φίλον ὄντα: ut opponatur scilicet τῷ, ἐχθρὸν ὄντα, quod in altero membro sententiæ fuit. Ego Sophistis ista lenocinia relinquenda puto; nec a Plutarcho quæsita; quin potius spreta & declinata. *M.D.*

Ib. l. 16. ὤρθου πολλὰ Διονύσιον] Forsan ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Vide p. seq. l. 11. & 307, 13. *M.D.*

P. 275. l. 13. περιαψαμένων] Hanc scripturam secutus Dacerius ad Romanos retulit. Reliqui Interpp. ΠΕΡΙΑΨΑΜΕΝΟΝ reponentes, ad Octavium; quod probo, propter ἔχθραν præsertim, & in textum recipiendum censeo. Vide supra, p. 206, 18. *Ed. & M.D.*

Ib. l. antep. τῷ προκεῖναι] Comma post πιστεύσαντας tollendum. *M.D.*

P. 276. l. 1. Πλατ.] In qua id vitio ei vertebat Plato epistola, intercidit, ni fallor. *M.D.*

Ib. l. 3. τιμωρὸς οὐδείς...] Aut *Defensorem* hic, non *ultorem*, significare voluit Plu-

Plutarchus, quum τιμωρὸν dicit ei defuisse; aut sibimet ipsi fœdissime contradicit. Vide finem vitæ Dionis, p. 214. Ego hic respexisse credo ad ignavos ejus amicos, qui, cum peteretur, sibi fuga consulere (p. 213.) narrantur, ne uno quidem ei suppetias ferre auso.

ARTAXERXES.

P. 277. l. 9. Ἀρσίκας] Mutare ausus non sum: quanquam in Ctesiana epitoma Lib. XIX. Ἀρσάκης legatur. *Xyl.*

Ib. l. 10. Ὀάρτης] Ed. Fl. Ὀάξάρτης. in V. autem ὁ Ἄρσης.

Ib. l. 11. πυλαίαν] In Var. L. Ed. Par. Scholium additum est ad hanc vocem, his verbis. Πυλαιαστὰς, τοὺς ψεύστας, Ῥόδιοι, τοὺς μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγοντας, μήτε πράττοντας. A. Vide Hesychium. Apud Suidam etiam, quod diligentiam Kusteri fugit, pro Πυλαιστάτους, ΠΥΛΑΙΑΣΤΑΣ legendum est. Vide II. 474, 18. πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας. *Ed. & M. D.*

P. 278. l. 12. ὡς... τεκεῖν.] Melius habitura hæc arbitror, si deleatur illud ὡς.

P. 279. l. 2. Τισαφ.] Xenophon Τισσαφέρνης semper scribit, duplici σ.

Ib. l. 13. οὐδὲ μεμν. τῆς δεήσεως, ἀλλὰ τῆς συλλήψεως] Plutarcho indigna hæc sunt. Non δεήσεως scripserat, sed ΔΙΗΣΕΩΣ. Nomen enim si non occurrit, quod quidem non memini me legere, verbum in ea re passim ab eo & ab aliis adhibetur. Sic infra, p. 331, antep. ἐλθόντα δὲ αὐτὸν οὐκέτι ΔΙΗΚΑΝ: & supra 147, 3. & p. 48, 6. ΔΙΕΙΜΕΝΟΣ ἀπηγγέλλετο. *Ed. & M. D.*

Ib. l. pen. Ξεν.] Initio fere Libri primi *De Cyri Exped.* *Dacer.*

P. 280. l. 11. ῥόαν] A. Cod. ῥοίαν. Sed nihil mutandum. Vide Pollucem, VI. Num. 80. In Op. Mor. p. 302. ubi res eadem narratur, nomen dantis reticetur; quod apud Æl. V. H. I. 33. prave ὁ Μίσης legitur; sed Schefferum non fugit hic Plutarchi locus, cujus Scripturam merito ut meliorem probat. *M. D.*

P. 280. l. 14. καθ' ὁδὸν] Prave hæc a præcedentibus divelluntur, odioso interposito commate. Vide Op. Mor. 299, initio. ἐλαύνοντος αὐτοῦ καθ' ὁδὸν, αὐτουργὸς ἄνθρωπος &c. res enim eadem narratur. *M. D.*

Ib. l. antep. εἰπεῖν ἃ βασιλεῖ βούλει.] Melius in V. Cod. βασιλεῖ ἃ βούλει. *M. D.*

P. 282. l. 5. πρὸς Κ...] Vide Diod. Sic. p. 249. & seq.

Ib. l. 9. Τισαφ.] *Syennesin* Diod. Sic. hæc regi nuntiasse ait, p. 250. *Tissaphernem*, cum nostro, Xen. Lib. I.

Ib. l. pen. ἐπιτρεπόμενος] Tolle mendum quod irrepsit in Ed. Par. & inde in hanc manavit. Recte enim Fl. & Bas. & St. ἐκτρεπόμενος habent. *M. D.*

P. 283. l. 4. τάφρον εὖρος ὀργυιῶν δέκα, καὶ βάθος ἴσον,] Quis hæc a Plutarcho ita tradita putet? Xenophon (p. 155, 27.) εὖρος ὀργυιαὶ πέντε, τὸ δὲ βάθος ὀργυιαὶ τρεῖς. *Dacer.*

Ib. l. 11. ἐνενήκοντα μυρ.] Atqui infra, p. 290, 17. cum acies concurrunt, XL. tantum myriades habuisse tradit Ctesias; & ita Diod. Sic. p. 252. & seq. qui & Ephorum testem adducit. Apud. Xen. quidem (p. 155, 15.) τῶν δὲ πολεμίων ἐλέγοντο εἶναι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μυριάδες, est. Sed rumor hic erat incertus, ad hostes a transfugis delatus. *Ed. & M. D.*

Ib. l. ult. Ξεν.] Vide Lib. I. a pag. 155. ad finem usque Libri. p. 161. *M. D.*

P. 284. l. 4. ἐκεῖνον.] Recte vertunt omnes Interpp. Sed integritati Græci textus nemo hic consulit. Legendum est ἘΚΕΙΝΟΣ. *M. D.*

Ib. l. 6. Μακεδόνων] Corrupta haud dubie vox. *Macedonum* in hac expeditione meminit nemo. Cl. Editor, ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ scribendum esse censet.

ſet. Ego, quamvis a Scriptura Codd. magis recedat, ἙΛΛΗΝΩΝ malim, ut mox l. 11. *M. D.*

P. 284. l. 8. μετὰ τὸ δυῶαι...] Melius, credo, legetur, ΜΕΓΑ ΤΩ, δῦναι.

Ib. l. 18. στρατηγίας] Melius Cod. V. in quo στρατείας legitur. *M. D.*

Ib. l. pen. ὠφθέντων δι' ἐκείνων] Immo ὠφθέντων ὑπ' ἐκείνων: vel, ut recte in V. ſcriptum eſſe nunc demum video, ὠφθέντων δ' ἐκείνων.

P. 285. l. 7. αὐτῷ μέλειν] Scribendum eſt αὐτῷ, non αὐτῷ. *M. D.*

Ib. l. 13. καλῶς .... κακὴν ὁδὸν] ΚΑΚΟΥΣ, non καλῶς, a Plutarcho ſcriptum hic fuiſſe, ſexcenta apud hunc & alios Græcos Scriptores ſuadent. Vide modo ſupra, p. 250, 3. ἀπώλλυντο ΚΑΚΟΙ κακῶς.

P. 287. l. 1. Τισαφέρνης] In MS. G. Σατιφέρνην legitur; quod malo: inquit Dacerius. Forſan Σατιβαρζάνην. Vide not. ad p. 288, pen.

Ib. l. 14. ἐφίππιον] Melius V. ἐφίππειον. quod & p. 290. reponendum eſt. *M. D.*

P. 288. l. pen. Σατιβαρζάνης] Videtur hoc nomen, uti & *Bagoas*, Eunuchorum proprium fuiſſe. Vide Op. Mor. p. 302, 5. & ſeqq. Forſan Perſarum lingua id ſignificabat quod Græce illic voce κατακοιμιστής exprimitur. *Ed. & M. D.*

P. 289. l. 6. ζητήσας] Quamvis non abſurde ita ſcribatur, non cunctabor emendationem proferre quam acceptum iri confido. ΖΗΣΑΣ enim ſcribendo, longe melius & venuſtius hæc habebunt.

Ib. l. 13. κεφαλὴν αὐτοῦ] Abſurde additur illud αὐτοῦ, cum cujus caput ſit dubitare non ſinant verba immediate præcedentia. Legendum ergo eſt ΑΥΤΩ. *M. D.*

Ib. l. antep. ἐνακισχιλίους] Diod. Sic. p. 255. xv. millia habet.

P. 290. l. 1. Φαΰλλου.] Non V. tantum Cod. Φαλλήνου, ſed Diod. etiam Sic. ibidem, niſi quod hic unico λ ſcribit, (uti & Xen. Lib. II. p. 162, 7.) habent. Ut dubium nullum ſit quin ΦΑΛΗΝΟΥ reponendum ſit, & hic & l. 4. quamvis ibi ſileant Collectanea noſtra. *Ed. & M. D.*

P. 290. l. 5. Φιλοκλ.] Repone ante hanc vocem, φιλολάκων καὶ, quæ neſcio quo modo exciderunt, cum in omnibus reliquis Edd. reperiantur. *M. D.*

Ib. l. 14. φθέγγοντα] Immo, ut recte in A. ſcribitur, φυγόντα. *M. D.*

P. 291. l. 12. ὀλέθριον] Ed. Fl. ὄλεθρον, quod mavult H. Steph. ut elegantius. Cujus ſententiæ & ego lubens accedo.

Ib. l. 19. ἐσθῆτι χρυσῇ] Scribe, cum Ed. Fl. V. A. & G. ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ.

Ib. l. pen. δειπνεῖν] MS. (St. &) G. rectius πίνειν. *Dacer.*

P. 293. l. antep. Μεσαβάτης] In Ed. Fl. Μασαβάτης. quod ſecutus eſt Xyl. qui etiam obſervat, in Cteſiæ reliquiis Βαγαπάτης legi.

P. 294. l. 1. μετὰ δὲ τὸν πόλεμον δή ποτε...] Lacuna verſuum aliquot, in textu Græco hujus & plerarumque aliarum Editionum, ſupplenda eſt ex Ed. Fl. Ald. & Baſ. quibus etiam A. & G. Codd. teſtimonium perhibent; totuſque locus ſic edendus. μετὰ δὲ τὸν πόλεμον, διαλυθεῖσα πρὸς αὐτὸν, οὐκ ἔφυγε τὰς φιλοφροσύνας· ἀλλὰ καὶ συνέπαιζε, καὶ τῶν ἐρωτικῶν ἐκοινώνει, συμπράττουσα καὶ παροῦσα· καὶ ὅλως μικρότατον αὐτοῦ (forſan delere, ſatius eſt αὐτοῦ, ut in A. fit) τῇ Στατείρᾳ μετεδίδου χρῆσθαι καὶ συνεῖναι· μισοῦσά τε μάλιστα πάντων ἐκείνην, καὶ μέγιστον αὐτῇ βουλομένη (Lege αὐτὴ βουλομένη ut recte in A. eſt) δύνασθαι. λαβοῦσα δή ποτε &c. Quod mireris autem, hæc omnia in Latina verſione habes, quorum in Græcis, quæ latus ejus claudunt, ne veſtigium quidem ullum eſt. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 6. νικῶν] Fl. Ed. ὁ νικῶν. melius.

Ib. l. 18. ἄνδρας εὐνούχους] Sic in Act. Apoſt. VIII. 27. ἀνὴρ Αἰθίοψ, de Eunucho

cho Reginæ Candaces prædicatur. Non videram hunc Plutarchi locum, cum Dissertationem Academicam edidi, quam Cl. Rhenferdius *Syntagmati* suo *Dissertationum de Stylo N. Test.* inserere, dignatus est. Vide pag. illius Syntagmatis 308. & seq. &, tanto post intervallo, quis ille *Solanus* sit, disce. Ita enim Latine nomen meum adscripseram, avum secutus, qui in Academia Salmuriensi Virorum clarissimorum Collega, nullis tamen ipse Scriptis publice editis claruit. *M. D.*

P. 295. l. 5. Καρυάτιδας ὀρχουμένας] Qui sint *Caryatides saltantes*, docet Jac. Nic. Loensis, Epiphil. IV. 13. inquit Seberus ad Poll. IV. Num. 104. Ego ad Lucianum *de Salt*. c. 10. aliquid etiam annotavi, quod quando in lucem proditurum sit nescio. Sed a Cl. Hemsterhusio rem totam probe enarratum iri non dubito. Vide Pauf. p. 91, pen. Ed. Sylb. *M. D.*

Ib. l. 6. τοὺς συνδεδ. στρατιώτας] Vide Lipf. Excurf. B. ad III. Ann. Taciti. ubi diligentiam viri eruditissimi fugit hic Plutarchi locus. *M. D.*

Ib. l. 7. ἰᾶσθαι] Melius V. & A. ἰάσασθαι. *M. D.*

Ib. l. 13. ἐν τῇ β. ὠμότητι...] Mallem ἘΠΙ τῇ β. ὠμ. *M. D.*

P. 296. l. 11. Γίγιν] In Ctesianis Eclogis est Γίγγη: & avis nomen, Ῥωνδάκη. *Xyl.*

Ead. ib. ὑπουργεῖσθαι] V. & A. ὑπουργῆσαι. Optime. *M. D.*

Ib. l. 13. Βελιτάραν ... Μελάνταν] Sic Græce nomen *Beltassar* a Ctesia expressum fuisse arbitratur Huetius, Dem. Evang. p. Ed. Par. 224. (Lipf. autem 466.) pro quo Dinon Μελάντας perperam scripserit, deceptus similitudine priscæ figuræ τοῦ β, quæ ad figuram τοῦ μ accedebat. *Dacer.*

P. 300. l. 2. ὀρχησάμενος...] Laborant Interpp. sed frustra. Legendum enim est, ut recte in V. & A. scriptum est, ἐξορχησάμενος, quod *illudens* significat, & frequenter apud Græcos Scriptores eo sensu adhibetur. Vide modo nostrum ipsum in Op. Mor. p. 1592. extrema; (ubi eadem opera cur Leonidas hic potissimum ab Antalcida apud Persas derisus sit audies.) Δοκεῖ μοι, inquit, καθάπερ Ἱπποκλείδης, ὁ τοῖς σκέλεσι χειρονομῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης, εἰπεῖν ἄν, ἘΞΟΡΧΟΥΜΕΝΟΣ τὴν ἀλήθειαν, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. *M. D.*

Ib. l. 5. Οὐ.] Vide Op. Mor. p. 376, 29.. ubi illud οὐ non adhibetur. *M. D.*

Ib. l. 8. προσαπώλετο] Immo ΠΡΟΑΠΩΛΕΤΟ: ut recte vertitur ab Angl. & Gall. Interpp. quorum posterior observat etiam, XIV. annos intercessisse inter Pacem illam & Cladem Leuctricam; nec tamen, quod mireris, emendandam esse hanc vocem monuit. *M. D.*

P. 301. l. 7. ὑπόμνησιν] Rescribe ocius, ὑπόμνησις, ut recte in V. legitur. *M. D.*

P. 302. l. 12. ἵππων] *Equos* cum auro, argento, & purpura, hic recenseri, quis ferat? Ego ΛΙΘΩΝ legendum censeo. *Dacer.*

Ib. l. 19.. κατέκοπτεν] Recte A. Cod. κατέκοπτον. Nisi forsan κατέκαπτον scribi satius est. *M. D.*

Ib. l. ult. παρῆσαν] Immo προσῆσαν, ut recte in Ed. Fl. & Codd. A. & G. legitur.

P. 303. l. 10. φθονεῖν ἀλλήλοις ν.] Forsan ΦΘΑΝΕΙΝ ἈΛΛΗΛΟΥΣ.

Ib. l. 17. πᾶσαν] Melius, credo, legetur, ΠΑΣΙΝ.

Ib. l. 18.. μοχθηρᾶς φύσεως ἀγεννοῦς δ....] Quis ferat hæc? Fl. Ed. καὶ, post ἀγεννοῦς, habet; quo nihil sanatur. Baf. melius καὶ, ante ἀγεννοῦς, ponit. *M. D.*

P. 304. l. 17. συνεξῆμ.] Genuinam esse credo scripturam Cod. V. συνεξημέρωτα legentis. *M. D.*

P. 305. l. 10. πεντηκοςὸν...] V. & A. verius, πέμπτον καὶ εἰκοςόν. Ipsi enim Plutarcho νεανίσκος infra, p. 307, 11. audit, ut a Dacerio probe est observatum: qui tamen vulgatam in versione cum reliquis Interpp. retinuit. Humphr. Prideaux reginæ filium cum statuat, (ad an. Ante C. 360.), quam mortuam esse paucis post initium regni Artaxerxis annis censere videtur (Vide ad an. 401.) vulgatæ lectioni faverit necesse est. Rem in medio aliis disceptandam relinquo.

Ed. & M. D.

Ib. l. 14. Φωκία] Recte V. & A. Φωκαῖς: vide Steph. v. Φώκαια. *M. D.*

P. 306. l. 7. προσελθόντα] Manavit ex Par. Ed. in hanc mendum typographicum, ex utraque tollendum. In illa enim, προσξελθόντα palam mendose scribitur. Reliquæ omnes προσεξελθόντα habent. quod & ipsum quidem pravum est, sed genuinæ lectionis vestigia habet certissima. Scribendum est enim, ΠΡΟΕΞΕΛΘΟΝΤΑ. qua voce utitur & Luci. in *Philops.* c. 6. *M. D.*

Ead. ib. διελάσαντα] Melius videtur διεξελάσαντα, quod in Cod. V. legitur.

M. D.

Ib. l. 15. Ἀνεῖτιν] Apud Pauf. (p. 98, 31.) fuisse dicitur in Lydia Templum Ἀρτέμιδος Ἀναΐτιδος, quam eandem puto. *M. D.*

P. 307. l. 1. Ὀρείτη] ΟΡΟΝΤΗ, scribi debere patet ex Diod. Sic. Lib. XVI.

Xyl.

Ib. l. 13.. τοῦ μὲν ἀδ.] Scribe, cum A. Cod. εἰ τοῦ μὲν ἀδ. Exciderant autem in Imprr. ante Steph. verba quæ a priore πράγμασι incipiunt ad posterius usque, solemni librariorum & proclivi lapsu.

Ed. & M. D.

Ib. l. pen. ἀνάγκη] Ἀνάγκην postulat sententia: & ita in A. recte scribitur. *M. D.*

P. 308. l. 5. κυπρογένεια...] Merito suspicatur Dacerius, ex Poeta aliquo desumpta esse hac verba. Ejusdem Sophoclis esse puto, cujus priora, l. 1.

M. D.

P. 311. l. 2. δύο καὶ ἑξήκοντα] Diod. Sic. (p. 226. & 400.) XLIII. tantum annos regnasse, ait. XLVI. ei tribuit Humphr. Prideaux. *Ed. & M. D.*

ARATUS

P. 312. l. 3.. διατίθεσθαι] Immo ΔΙΑΤΙΘΕΤΑΙ, ut jampridem monuit H. Steph. Nihil enim est aliud est a quo παροιμίαν regi possit, nisi ita scribas. Sic IV. 234, 10.. λόγον ἐν τῇ συγκλήτῳ ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΥ. *M. D.*

Ib. l. 9.. ἀποδυομένους... ἀρεταῖς] Non ita construi solet hoc verbum in hac significatione. Luci. *Peregr.* c. 18. φιλοσοφίαν ὙΠΟΔΥΟΜΕΝΟΝ τινα. In Δεσπ. 3. τοὔνομα τοὐμὸν ὙΠΟΔΥΟΜΕΝΟΙ. Scribe itaque & hic ἈΡΕΤΑΣ. *M. D.*

Ib. l. pen. ἀκούοντας... λέγοντας] Aut mutanda hæc, aut (l. 11.), pro ᾧ γε, legendum ΟἿΣ γε. quorum posterius magis placet. Verba Pindari a verbis nostri discriminanda aliis relinquo. *M. D.*

P. 313. l. 2. τοὺς φυγάδας...] Apagesis. Scribe τοὺς φυγάδας, ut recte in Fl. & Bas. legitur. *M. D.*

Ib. l. 8. βέλτιςον ἡγ.] A. Cod. recte, βελτίω αὐτὸν ἡγεῖσθαι. *M. D.*

P. 314. l. 10. ἀδδ. καὶ τὸ σκαφίον.] Vide Theocr. Id. IV. 10. & Schol. Sed præsertim Casaub. Lect. Theocr. p. 55. & seqq. Op. Mor. p. 1420, 3. σκαφεῖον scribitur: rectius. *M. D.*

Ib. l. 17. Πασίαν] Pag. pr. l. 16. Πασέου habes. Etiam hic scribendum ΠΑΣΕΑΝ. uti & apud Pauf. monente Xyl. legitur.

P. 316. l. ult. πρῶτον Ξ. τῆς. ά.] Meliorem verborum ordinem exhibet A. Cod. Ξ. πρῶτον. *M. D.*

P. 317.

P. 317. l. 10. προσελθὼν] Immo ΠΡΟΕΛΘΩΝ. Vide IV. 260, 7. & Not. *M.D.*

P. 318. l. 2. συνθήματα] Recte Cod. V. σύνθημα.

Ib. l. 4. ἀνιεὶς εἰς τὴν πορείαν] Delendum censeo illud εἰς.

P. 319. l. 7. αὐτὸν ἀπ.] Scribe πρὸς αὐτόν: ut in A. Cod. legitur. *M.D.*

P. 320. l. 14.. ὑπὸ N.] A. Cod. melius ἐπὶ N. *M.D.*

Ib. l. ant. ὑπ' αὐτῆς] Idem Cod. ὑφ' αὐτῆς, melius. *M.D.*

P. 321. l. ant. ἀλλ' ἤ] A. Cod. rectius, ἄλλου ἤ. *M.D.*

Ib. l. ult. καὶ κρύφα] Delendum videtur illud καί.

P. 323. l. 5. Ἀδρίας] Lege ἈΝΔΡΙΑΣ, id est, in Andro insula, circa Andrum civitatem. quod patet ex eo, quod postea cum servis dicitur in Eubœam trajecisse, qui fuit e regione Andri insulæ & vicina. *Palm.*

Forsan ἈΚΤΙΑΣ. Vide 354, 8. & Diod. Sic. p. 348. apud quem urbs Eubœæ ita vocatur.

P. 324. l. 1. Μελάνθου] Ita scribitur iterum l. 9. Verum apud Diog. Laert. in Polem. Μελάνθιος dicitur: & ita Plin. XXXV. 7.

Ib. l. 17. διείληφεν] Immo διήλειφεν, ut recte in V. Cod. scriptum est. *Dacer.*

At vide 394, 11. & Op. Mor. 615, 13. & 641, 17. ubi διαγράφω id significat quod hic voluit; & an non ita etiam hic scripserit, perpendito.

P. 325. l. 8. ἀπόδ. δὲ] A. Cod. ἀπόδ. γάρ. Optime.

Ib. l. pen. Δαίμον' ἴσον] Ante Stephanum in Imprr. erat, Δαιμονισῷ. Forsan leg. ΔΑΙΜΟΝΙΗΝ. Adjectivum certe postulare videtur τε, quod proximæ voci θείαν additum est. *M.D.*

P. 326. l. 11. ὅλως] A. Cod. ὅλος. quod elegantius & verius puto. *M.D.*

P. 326. l. 15. διαπύροις] Salvinius ΔΙΑΠΥΡΩ, legere jubet. quod Dacerio plene satisfacit; non mihi. A. Cod. ἔχουσι habet. Sed de τοξοδομήμαις laboro. *M.D.*

Ib. l. ult. ἐνιαυτῷ δὲ ὕστερον] Polybius, qui ex Arati commentariis suam contexuit historiam, VIII. annos intercessisse ait inter primum Arati & secundum hoc Imperium. *Dacer.*

P. 329. l. 3.. ἐπεχείρησε τῇ πατρίδι.] Recte A. Cod. τῇ πράξει. Satis enim indicavit, totis duabus præcedentibus paginis, *invadendæ arcis hujus consilium* ea voce notari. quod a Dacerio hanc lectionem rejiciente animadversum non esse miror. *M.D.*

Ib. l. 15. ἀναπαῦτε τὰς β. πράξεις] Φράξεις habet A. Cod. quod malo, donec aliam pro ἀναπαῦτε vocem MSS. exhibeant. *M. D.*

P. 332. l. 5. φόβον.. κατέχειν] Immo παρέχειν, ut recte in A. Cod. legitur. Vide IV. 443, 7.

P. 333. l. 9. ὑπολαβοῦσα] Repone ὑπολάμπουσα, quod exhibet A. Cod. *Dacer.*

Servari potest vulgata; ut supra 308, 18. τὴν αὐλαίαν ΥΠΟΛΑΒΩΝ. *M.D.*

Ib. l. 14. τὸν αὐτὸν τρόπον] V. Cod. τὴν αὐτοῦ. Melius, credo, legetur, τὴν ἈΥΤΗΝ. *M.D.*

P. 336. l. pen. ἄλλου τ. μεγ. μέρη] Vide, num ΟΛΟΥ, pro ἄλλου, mecum hic malis. *M. D.*

P. 337. l. 1. Ὀρῶν τε] A. Cod. melius, ὁρῶν δέ. *M.D.*

Ib. l. 6. ζημίαι... ὑπῆσαν] Melius, ni fallor, V. Cod. ἐπῆσαν. *M.D.*

P. 338. l. 8. Ἀρ. διαίτης] Hinc emenda nomen hoc in Op. Mor. 1399, 5. prave in Ἀριστόδημος mutatum.

Ib. l. 14. μέταυλον] Sic scribit iterum in Op. Mor. 1242, antep. ubi eleganter

de Epiglottide usurpat hanc vocem. Aliter V. Cod. nempe, μέσαυλον. Quæ verior scriptura videtur. Apud Pollucem neutra harum comparet. Varie apud Auctores scribitur. *M. D.*

P. 338. l. 15. θύρα καταῤῥάκτῃ] De eadem re loquens, in Op. Mor. l. c. ἐπιῤῥάκτῳ θύραν vocat. Melius, ni fallor. De καταῤῥάκτης, vide hoc Vol. 142.. & 339. 3. *M. D.*

P. 339. l. ult. στρατοπέδῳ] Forsan στρατιᾶς.

P. 340. l. 1. Χάρητα ποτ.] Hic fluvius a Geographorum veterum nullo memoratur. Sed Strabonem audi, p. 370 C. de regione in qua Argos situm erat. Τῆς τε χώρας κοίλης ὄσης, καὶ ποταμοῖς διαῤῥεομένης, &c. *M. D.*

Ib. l. 14. ἀναμαχ.] Qui hanc vocem sollicitabit, sciat sibi etiam emendandum alium nostri locum, p. 175, 1. & Diod. Sic. qui eadem utitur, p. 254. *Ed. & M. D.*

P. 341. l. 17. Ἀγίαν] Forsan Ἆγιν, quem paulo post audies in hisce Achæorum rebus immisceri: p. 343, 17. &c.

Ib. l. pen. χαριζομένων] ΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΩΣ scribendum censeo; ut IV. 295, 11. ἐπολιτεύοντο ΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΩΣ. *M. D.*

P. 342. l. 10. Λυσιάδῃ] Recte scribitur hic: prave in Ed. Fl. & IV. 320, ult. ubi Vide Not. Prave etiam in Op. Mor. 979, 17.

Ib. l. ult. μετεκόσμησεν] Repone μετεκόμισεν, quod exhibent Var. L. increpante hic satis acriter Dacerio, qui non tam severe ista exigere solet.

P. 343. l. 7. ἦρχε μὲν] Abundat illud μὲν. A. Cod. recte tantum ἦρχεν habet. *M. D.*

Ib. l. 13. φύσιν] Immo πίστιν, ut in A. Cod. legitur. *M. D.*

P. 344. l. 8. Πελλ.] Melius scribetur Πελληναίων. Sic tamen iterum p. seq. l. 3.

P. 344. l. 17. αὕτη] Mallem αὐτή.

P. 345. l. 14. καὶ δυνατῶν] Malo δυναστῶν, quod præfert A. Cod. *M. D.*

P. 346. l. 10. τὴν ἐλπίδα] V. & A. melius, τῶν ἐλπίδων. nisi mavis cum sequentibus jungere. *M. D.*

Ib. l. 14. Ἀντιγ… Δημητρ.] Antigonus hic, ejus nominis secundus, cognomine Gonatas, filium habuit Demetrium, itidem secundum, qui X. annos regnavit. Quæ ideo monere operæ pretium esse duxi, ne quis de Demetrio Poliorcete, & patre ejus cogitet; qui etiam Antigonus a quibusdam vocatur. *M. D.*

P. 347. l. 17. ὑπόσχεσιν] Immo, ut recte in A. Cod. legitur, ὑπόθεσιν. *M. D.*

P. 348. l. 1. τὰ περὶ. ταλ.] De his cum antea nihil dictum fuerit, delendus est articulus.

P. 349. l. antep. πολίτας] Melius legetur ὉΠΛΙΤΑΣ. ut sequentia suadent. p. seq. l. 6.

Ib. l. ult. αὐτὸν] Scribendum videtur, αὑτόν.

P. 350. l. 7. ἀνεπλ.] Melius A. Cod. ἐνέπλησαν. *M. D.*

Ib. l. ant. ἀπίθανος.] Forsan, πίθανος.

P. 351. l. 5. κοινὸν, ἀπεγνώκει] Hiulca hæc restituit A. Cod. κοινόν. εἰ δὲ ἀπ.

Ib. l. 8. Γαλατ.] ἈΙΤΩΛΙΚΩΝ legendum suspicor. Dixi jam ad IV. 404, 1. *M. D.*

Ib. l. 13. ἠξίουν] Recte habet hæc vox. Sed male vertitur a Lat. Interp. qui, pro tertia plurali, primam singularem fecit. Id enim hic agitur, ut quid Arato vitio verterint cives sui, narretur. Certe, si quid mutandum sit, ἌΞΙΟΝ legendum esset, ut l. 7. pag. seq. *M. D.*

P. 353. l. 4. ἄνω] Forsan ἄφνω.

P. 354. l. 1. Ἀπολλ.] Melius A. Cod. Ἀπολλώνειον. *M. D.*

Ib. l. 11. οἱ πολλοὶ] V. οἱ π. quod genuinum ut putem facit quod sequitur mox,

mox, ἔρημος καὶ ἄπορος. *M. D.*

P. 354. l. 15. συνετρ.] A. Cod. recte συντετριμμένος. *M. D.*

P. 355. l. 8. δέξαιτο] In V. δέξεται est; quod mihi elegantius videtur. *M. D.*

P. 356. l. 14. μηδὲν ἀργὸν....] Corrupta hæc esse, palam est. Desideratur enim comparativus aliquis, a quo Ἀχαιῶν &c. pendebant. Forsan ΜΗΔΕΝΟΣ ἩΤΤΩ. *M. D.*

P. 358. l. 6. προϊδόντα] Immo προϊδών. Vide Var. L. *M. D.*

Ib. l. 16. φαν. τε] Lege φ. γε.

Ib. l. ult. διακειᾶς] Immo διῳκειᾶς, ut recte in V. & A. legitur. In margine G. etiam διοικειᾶς scriptum esse, testis est Dacerius.

P. 359. l. 13. ἐρατεινὴ M.] Il. B. 607. *M. D.*

P. 360. l. 7. Δυμαίων] Prave antea in omnibus legebatur Κυμαίων. quod, monente Xylandro, mutare non dubitavi.

P. 362. l. 6. πολιτικάς] Melius V. & A. Codd. Ἑλληνικάς. *M. D.*

Ib. l. 11. πόλεων] Corrupta haud dubie vox. Lege, ΠΟΛΛΩΝ.

P. 363. l. 4. τὴν Ἰθωμάταν] A. Cod. Ἰθώμαν, hic & infra, habet. Strabo, qui arcem hanc describit Lib. VIII. (p. 361 D.) Ἰθώμην, fœminino genere vocat. Polybius vero τὴν Ἰθωμάτην. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 8. Φαρίῳ] Prave apud Strab. l. c. in Imprr. Φαληρεὺς dicitur hic Demetrius. MSS. Strabonis Codd. recte Φάριος habent. Vide ad eum locum Casauboni Notam. Hic autem prave V. & A. Φαληρεῖ habent. Illyricorum dux erat Pharius ille Demetrius, de quo, monente Dacerio, multa Polybius. *M. D.*

Ib. l. 12. προσβάλοι] Immo, ut recte in V. & A. legitur, προσλάβοι. *M. D.*

P. 364. l. 14. αὐτόν,] Prave. A. Cod. optime αὐτὸς habet.

Ib. l. 16. μεγ. γάρ] Melius legeretur, μεγίστην ΓΕ. *M. D.*

P. 365. l. 3. ἐν ἀδήλῳ τρόπῳ] Forsan delendum est illud ἐν.

Ib. l. 9. διήνυε] Haud ita scripsisse Plutarchum arbitror; sed potius διετέλει, ut passim. Vide modo in vicinia, p. 367, 3.

Ib. l. 19. αἰέν] Pro hac voce, A. Cod. αἴρεν habet. Et sane verbum desideratur in hac sententia. Sed ἈΙΡΕΝ potius scribendum videtur, qui Doricus infinitivus est, pro vulgari αἱρεῖν. *M. D.*

P. 366. l. 9. θυηπόλος] Poeticam esse vocem censet Pollux, I. N. 14. sed hinc satis patet, apud Dores vulgarem fuisse. Poetæ tamen de aliis etiam usurpant. *M. D.*

Ib. l. 14. ταῖς ἡμ. ἐκ. ἐξοσιούμενοι] Forsan rectius legatur, τὰς ἡμέρας ἐκείνας.

P. 367. l. 12. κατεστρ.] Κατέστρεψεν V. & A. melius. Iidem Codd. prave, ante hanc vocem punctum tollunt. *M. D.*

G A L B A.

P. 368. l. 4. καθάπερ ἐῤῥωμένον σῶμα...] Corruptum hunc locum esse, palam est. Corpus enim *organicum*, quale vox σῶμα designat, quo validius est, eo minus ut quiescat, & motum extrinsecus sibi communicandum expectet, efficies. Cl. Editor ΠΕΠΗΡΩΜΕΝΟΝ, pro ἐῤῥωμένον, scribendum putat: ut significetur, non *mutilum* tantum, quæ vulgaris est significatio, sed *oculis captum*; quo sensu adhibet noster II. 144, 17. & forsan IV. 92, 17. Et animadvertere jubet, quid infra (p. seq. l. 4.) & Op. Mor. p. 317. de exercitu sine duce dictum sit. Ego aliquid amplius ulceris subesse reor; &, pro ἐῤῥωμένον σῶμα, *instrumenti Musici* speciem aliquam potius fuisse a scriptore hujus vitæ nominatam: nisi forsan mavis ἘΝΑΡΜΟΝΙΟΝ σῶμα generaliter dictum ab eo fuisse; vel simpliciter ἈΙΩΡΟΥΜΕΝΟΝ. *M. D.*

ab

P. 368. l. 11. φυσ. γ̃ῦν.] Recte B. Cod. φύσεως τε γ.

P. 369. l. 10. Φερ.] Alexandrum; de quo in Pelopida multa. Mirum ni hic Ἀλέξανδρον exciderit, librariis similitudine vocis ἄρξαντα, quæ sequebatur, deceptis. *M. D.*

Ib. l. pen. ὥσπερ εἴρηται] Hinc patet, Vitam hanc partem tantum esse Operis cujus caput interierit, XII. Imperatorum Rom. vitas forsan complectentis. *Ed. & M. D.*

P. 370. l. 6. τȣ̃το γ̃ὸ] Immo τȣ̃το ΓΕ. *M. D.*

Ib. l. 15. Κάτλȣ] De hoc Catulo, vide nostrum II. 229, 17. & Suet. Galb. 2. cum Not. *Q. Catulus Capitolinus.* *M. D.*

P. 371. l. 5. ἐπίτροπος ὢν] Stare hæc scriptura non potest. Non enim *Procurator* erat Galba. Forsan, pro his duabus vocibus, ἘΠΙΤΡΟΠΩΝ legendum est; delendumque ἐκείνων. *Ed. & M. D.*

P. 372. l. 3. Ὀβίνιος] Scribendum Οὐίνιος. Vide Suet. Galb. 14. *T. Vinius.*

Ead. ib. στρατιωτικȣ̃] Forsan ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΟΥ.

Ib. l. 4. μανέντων] Sola Par. Ed. ante hanc ita prave scribit. Reliquæ, & B. Cod. μελλόντων habent. Sed cum Lipsio, ἘΟΥ μελλόντων legendum est, aut potius, ΜΗ μελλόντων. *Nam qui deliberant, desciverunt:* inquit Tacitus. De emendatione monuerat jam Dacerius. *Ed. & M. D.*

P. 373. l. 1. πρόῤῥησιν] Suspecta mihi hæc vox. ΠΡΟΦΑΣΙΝ mallem; quod facile a librariis sic mutari potuit. Et ita legisse videtur Lat. Int. aut προγραφὴν. Sed hoc magis a scriptura Codd. recedit. *M. D.*

Ead. ib. δεομένων] Melius legetur, δεομένῳ.

Ib. l. 5. ὄντας] Scribendum videtur potius, ὨΝΗΤΑΣ. Vide IV. 476, 11.

Ib. l. 7. Μαῦρος] Interpp. pro *Mauro*, recte *Macrum* reposuerunt; Clodius enim Macer is vocatur apud Suet. in Galb. c. 11. & recte infra scribitur p. 380, 3.

Ib. l. pen. μεταβ.] Scrib. ΜΕΤΑΒΑΛΟΥΜΕΝΩΝ.

P. 374. l. 2. Κολȣνίαν] *Cluniam* Xyl. vertit.

Ib. l. 5. Σικελὸς...] *Icelum* legere jubet Lipsius, ad Tac. Hist. I. 13. quod nomen ei Liberto fuisse ex Suet. & Tac. constat. Σ accessit ex vocis præcedentis fine. *M. D.*

Ib. l. 15. Ὀβίννιος Τίτος] Fl. Ed. & Ald. I. Ὄυτιτος. Ald. II. ὁ Τίτος, quod secutus est Xyl. Prave B. ȣ̃ Τίτος. Occurrit iterum infra, p. 377, pen.

Ib. l. 18. Οὐίκελλος] *Icelum* Suetonius vocat: c. 14. & ita hic scribendum est.

P. 375. l. 3. συνόως] Forsan συνοικῶς.

Ib. l. 12. ἑαυτόν.] Melius legetur, αὐτόν.

P. 376. l. 9. ȣ̃ καλλίςῳ] *Callisto* recte vertunt omnes; nec quisquam tamen Græca mutat. Vide Tac. Ann. XI. 29. Et Lipf. Not.

Ib. l. 14. αὐτȣ̃] Melius scribetur αὐτȣ̃. *M. D.*

Ib. l. 17. Ποππαῖον] Scribendum esse Ποππαίαν, observavit jampridem (ad Suet. Ner. c. 28.) Casaubonus. *Sabinam* dixerat Nero, cum uxoris loco duxit. *M. D.*

Ib. l. pen.. καὶ παρέικει κ.] Recte vir doctus, apud Dacerium Grivæus dictus, pro παρέικει ΤΑ ἘΚΕΙ reponit. Vide p. 379, 9.. At quod Dacerius addit, nihil excidisse aliud, non probo. particula enim καὶ, præter lacunam ipsam, satis indicat aliquid aliud intercidisse. Verbis quæ exciderunt significatum puto, qui

Neronis supellectilem ad Galbam deferret. Vide 378, 8. & 379, 9.. *M. D.*

P. 377. l. ult. κωλύειν] Scribendum est ΚΟΛΟΥΕΙΝ. *M. D.*

P. 378. l. 7.. θεραπείας ἡλίκης...] Idem qui supra Grivæus, ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ ἦν ἐκ ΤΩΝ Ν. reponere jubet: quod non immerito Dacerius laudat. Vide tamen, num ʼΑΥΛΙΚΗΝ Codd. habeant; &, adi p. 18, 10. *M. D.*

Ib. l. 11. καὶ κομψότητα...] Quid Interpp. dicant audio. Sed neque eorum sententia placet, nec Græca quid sibi velint assequor. Forsan legendum est, καὶ ʼΑΚΟΜΨΟΤΗΤΑ ΜΕΓΑΛΩΝ ἀπαξιοῦσαν ʽΑΥΤΗΝ. *M. D.*

P. 379. l. 11. δορυφ. ἐπ.] Sic vocant Græci, quos Romani *Præfectos prætorii* dicebant. Vide Suet. Galb. c. 14.

Ib. l. 17. πεμπτέον εἶ δεῖν] Quis hæc ferat? Dele illud δεῖν. *M. D.*

P. 380. l. 8. ἀλλὰ πολλοὶ...] Hiulca hæc videntur & corrupta. Forsan, τοῦ Γάλβα inserendum post πολλοὶ, delendumque infra nomen illud. *M. D.*

P. 382. l. 2. δι᾽ αὐτὸν] Recte vertunt Lat. & Gall. Interpp. quasi scriptum esset δι᾽ ʽΑΥΤΩΝ. ita enim legendum est. *M. D.*

Ib. l. 8. Τερτ.] Fl. & Ald. I. Τερτυλιανός, hic & infra, l. 10. & p. 384, 10. Melius. *Turpilianus* enim dicebatur; uti recte Xyl. vertit: scribendumque ΤΟΥΡΠΙΛΙΑΝΟΣ. Vide Tac. Ann. XIV. 39. XV. 72. & Hist. I. 6. *Ed. & M. D.*

Ead. ib. Μάκερωνα] Scribe ΜΑΚΡΩΝ. & vide supra, ad 373, 7.

Ead. ib. Φερντ.] Scribe Φοντήϊον. & vide Suet. Galb. c. 11.

Ib. l. 15. ἔτοι....] Vide Suet. Galb. 12. & Casaub. Notam. Major solito illa legio erat, ex qua *milibus* aliquot trucidatis, teste Tac. (H. I. 6.) & Dione, (qui VII. M. habet) decimatisque reliquis, *remanebat* tamen satis ampla. Tac. H. I. 31. Forsan hic, pro παρεόντος, ΠΑΡΑΚΑΛΟΥΝΤΕΣ legendum est. *M. D.*

P. 383. l. 8. Κάνυ] Alio accentu scribitur, Op. Mor. 1407, 27.

Ib. l. 9. αὐλ. αὐλῷ] Mallem αὐτοῦ. nisi malis ΚΑΛΩΣ pro αὐλῷ. *M. D.*

Ib. l. 11. χρυσοῦς τινας] Suet. c. 12. *Denarios quinque* dedisse ait, quos argenteos esse volunt. Sed Neronis tempore Denarios aureos excusos fuisse tradit Arbuthnotus, in Libello Anglico curioso quem de Mensuris Ponderibus & Nummis edidit; horum XLV. Libram unam æquabant. *M. D.*

Ib. l. 15. ἐφήμεροι καὶ σατ...] Vide Tac. H. I. 20. & Casaub. ad Pers. III. 62. & Nostrum I. 354, 12. *M. D.*

Ib. l. pen. ʽΗσιοδ.] ʼΕργ. 366. *M. D.*

P. 384. l. 1. ἐνεπίμπλα] Melius B. Cod. ἐνεπίμπλατο. *M. D.*

Ib. l. 13. περιδιδοὺς] B. Cod. melius, προδοὺς. *M. D.*

Ead. ib. ἀπεραντον] Immo ʼΑΠΡΑΤΟΝ scribendum: quod a nemine observatum esse miror, *M. D.*

Ib. l. 16. ἐπλήχθη] Melius B. Cod. ἐπεπλήχθη. *M. D.*

Ib. l. 18. παραιτ.] Ald. II. & Xyl. recte παραιτουμένου. *M. D.*

P. 385. l. 3. παραδέρραιον] Melius scribetur, unico ρ, παραδέραιον: ut III. 320, 1. Qua de re vide Not. ad Poll. V. Num. 56. *M. D.*

Ib. l. ant. ἀξ. αὐτοὺς] Scrib. est αὐτοῖς. *M. D.*

P. 386. l. 4.. Οὐκ ἄξιος.] Prave. Optimeque factum ab Interpp. est, qui illud οὐκ in εἰ mutantes, *si dignus est* reddiderunt. B. Cod. Edd. Fl. & Ald. I. non agnoscunt οὐκ. Ald. II. & Bas. εἰ habent. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 15. οὕτως] Melius scribetur ʼΟΥΤΟΣ. *M. D.*

Ead.

Ead. ib. Πομπαίας] Baf. Ed. ubique Ποππαίας recte, fcribit: & ita Intt. omnes. Vide fupra, 376, 17. *M. D.*

P. 387. l. 15. αὐτός] Mallem αὐτοῦ. *M. D.*

P. 388. l. 1. τὸ ϛ] Legendum, τό ΓΕ. *M. D.*

Ib. l. 6. Σικ.] *Icelum* vertunt Xyl. & Dacer. Vide fupra ad p. 374, 18.

Ib. l. 7. ὁσάκις...] Mevio Pudenti hoc tribuit Tacitus (H. I. 24.) fed cum noftro ftat Suet. Oth. 4. *M. D.*

Ib. l. 19. αὐτὸν] Ita Edd. omnes, & Angl. & Gall. Interpp. At Cruf. & Xyl. *feipfum* vertentes, αὑτὸν legi voluerunt; & ita in Faftis Confularibus habetur. *Ed. & M. D.*

P. 390. l. 15. Δολ.] Corn. Dolabella, de quo infra, 402, ult. & Tac. I. 88. *M. D.*

Ib. l. 17. Κριτίωνος] Fl. Ald. utraque, & Baf. Κερτίωνος. Omnes Interpp. *Pifonem* faciunt. Prave. Legendum enim eft ΣΚΡΙΒΩΝΙΟΥ, ad quam fcripturam propius accedit B. Cod. Κερβίωνος legens. Audi Tacitum, Hift. I. 14. *Pifo M. Craffo & SCRIBONIA genitus, nobilis utrinque.* Ad quem locum recte etiam obfervat Lipfius, corrigendos effe Plutarchi in hac Vita Codd. Vide etiam Suet. Tib. 25. Sen. Epift. VII. 1. & Lipf. Excurf. E. ad Tac. Ann. II. De Craffo autem, H. I. 14. & IV. 41. *M. D.*

P. 391. l. 14. Πτολ.] *Seleucus* dici videtur a Suet. Oth. 4. & 6. *M. D.*

P. 392. l. 1. Ἰτέριος.... ὀπίων... τεσσεράριος...] Hunc locum fic reftitue, ut apud Conftantinum recte fcribitur. ΟΥΕΤΟΥΡΙΟΣ... ΟΠΤΙΩΝ... ΤΕΣΣΕΡΑΡΙΟΣ... ΔΙΑΓΓΕΛΩΝ (unica voce, &) ΔΙΟΠΤΗΡΩΝ. Et vide Lipfium ad Tac. Hift. I. 25. qui ita locum in eo Lexico legiffe videtur, cum in nullo impreffo, aliter quam in hoc, editum effe, mihi compertum fit. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 5. πᾶσιν] Corrupta haud dubie vox. Cl. Editor, ϛάσιν reponendum effe arbitrabatur; quo fenfu ea vox occurrere ei videbatur IV. 478, 15. & apud Vell. Pater. Lib. II. p. ei 66. *omnibus STATUM concupifcentibus*; vel ΤΩΝ ΠΑΣΩΝ. Ego ΠΑΣΩΝ fcribendum cenfeo; ut III. 316, 17. εἴκοσι τὰς ΠΑΣΑΣ. Sic enim folet numero addi. *M. D.*

Ib. l. 11. ἐκ κεφαλῆς] Hæc verba omnes vertunt *in cervicem* vel *caput* Imperatoris: cum de *parte extorum*, quam *caput* vocabant, intelligenda fint. Sic loquitur & II. 261, 8. Vide III. 132, 14. τ λοβὸν οὐκ ἔχοντα ΚΕΦΑΛΗΝ. Vide etiam III. 474, 4. Erat autem, fecundum Pollucem, II. Num. 220. τὸ παχύτατον τοῦ σπλάγχνου. *M. D.*

Ib. l. 17. πωλίταις] Vox haud dubie mendofa. In reliquis πολίταις eft. πωλήταις volebant legi, qui verterunt *venditoribus*; quod ab omnibus Interpp. eft factum, fi Dacerium excipias, qui *Architectis* reddidit. Forfan deceptus eft fcriptor hujus Vitæ voce Latina *Redemptoribus*; quam a Tacito etiam hic adhibitam video; Hift. I. 27. *Expectari eum ab Architecto & REDEMPTORIBUS... Otho caufam digreffus requirentibus, cum emi fibi prædia vetuftate fufpecta, eoque prius exploranda finxiffet, &c.* Nifi mavis ftatuere eum, ut Athenis, ita & Romæ, magiftratum fuiffe qui ei rei præeffet, exiftimaffe, qui Latine *Redemptores* dicerentur; ut apud illos Πωλῆται. *M. D.*

Ead. ib. τ Τιβ.] Inter has voces lacuna eft in Fl. & Ald. I. Nihil tamen illic excidiffe, Taciti verba oftendunt (l. c.) *innixus fervo, per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Miliarium aureum, fub ædem Saturni pergit.* Et Suet. Oth. 6. *Architectos.... vænalem domum infpecturus.* *M. D.*

P. 393.

P. 393. l. 4. φορεαφ.] Displicet hæc vox. Mallem φορειοφόρυς, quamvis neutram alibi observare me memini. *M. D.*

Ib. l. 10. ἀφῆκεν] Forsan, ἐφῆκεν. inquit Cl. Editor. Sed vide 11, 8.

Qui in Græco Μαρτιάλιος, cum a Tacito Julius *Martialis* dicatur, emendari decebat hanc Scripturam. Tac. Hist. I. 27. *M. D.*

Ib. l. 15. ἀγλυνῶς] Corruptam hanc vocem arbitror; sed quam reponam non invenio. *M. D.*

Ib. l. pen. Βαψ.] Βιψανίᾳ scribendum est; *Vipsanii* enim *Porticus* a Romanis vocabatur. Vide Tac. c. 31. *Vipsanii in porticu tendentes.* *M. D.*

P. 394. l. 4. Ἀττίκιος] *Atticum* Tacitus vocat; c. 35. quem merito secutus est Xylander.

Ib. l. 11. τέρπαια τῶν.] Alio accentu in aliis legitur, τερπαία. De τερπῇ περὶ τ ἀέρα, vide I. 130, 15. Sed alibi non occurrit τερπαία; quod quidem aut ipse observarim, aut ab aliis observatum viderim. Scribendum censeo, τερπαίυ.

Ib. l. 18. Αἰτιλλίυ ἢ Σεργέλλωνος] *Atilium Vergilionem fuisse tradunt*; inquit Tac. c. 41. unde hanc Scripturam emendare decet.

P. 395. l. 2. Ἴνδιςρος] Omnes ante Steph. Editiones, Ἴνδισρον habebant. Cruserius *Densum* vertit, secutus Tacitum, c. 43. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 6. ὑφεὶς τὰς ἰγνύας] Constantini Lex. (v. ἰγνύα & ἰγνὺς) τυφθεὶς legit: quod & in Bas. Editione extare video. Recte. *M. D.*

Ib. l. 8.. Κ.. λάκκον] Unico κ scribi decebat; quamvis probabile sit Latinam vocem ipsam, *Lacus*, a Græca derivatam. *M. D.*

Ib. l. 13. Ἀρκάδιον...] Qui de reliquis cum nostro consentit, Tacitus, aliter hunc appellat, nempe, *Lecanium*: (c. 41.) nec Fabium Fabulum novit. *M. D.*

Suetonius a gregario, quem non nominat, milite, *caput amputatum* tradit (c. 20.) unde hic subit legendum ἈΠΟΚΟΨΑΝΤΑ, pro ἀποκρύψαντα.

P. 396. l. 1. Μάρκυ] *Statius Murcus* hic a Tacito dicitur, c. 43. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 19. γεγον.] Melius B. Cod. γεγονότων. *M. D.*

P. 397. l. 2. Οὐεραννίυ] Recte Lipsius, ad c. 47. Lib. I. Hist. Tac. ΟΥΕΡΑΝΙΑ reponit, quod illius matronæ nomen erat, uti ex illo ipso Taciti loco, & ex Plin. Epist. ult. Lib. II. patet. Quo facto, miror non sensisse Virum doctum, deleri oportere δεηθεῖσα, propter falsam scripturam Codd. in quibus aut Οὐεραννίυ, ut hic, aut ὑ κεραννίυ, legebatur, invectum. *M. D.*

Ib. l. 3. Πατροβίυ καὶ Οὐιτελλίυ δ.] Patrobius iste libertus fuerat Neronis, a Galbaque punitus; (supra 384, 6. Suet. Galb. 20. & Tac. H. I. 49.) cujus servi, caput Galbæ ad heri tumulum, omni contumelia laceratum, atque suffixum, eodem auctore, reliquerant: ibique (non, ut noster *in Sestertio*) postera demum die repertum, cremato corpori admixtum est. Sed *Vitellii Servi* quare huc a nostro in contumeliarum societatem cum illis adducantur, mirari satis non possum. Latet, haud dubie, sub hac voce nomen aliquod, ægre absque bonorum Codd. ope eruendum. Forsan *Polycliti*, alterius Neronis liberti, cujus meminit supra l. c. De Sestertio consule Lips. ad Tac. Ann. XV. 60. *M. D.*

Ib. l. 5. θανατῦσιν] Tacitus, *ante Patrobii tumulum* habet, l. c. unde subit, hic forsan legendum ΘΑΠΤΟΥΣΙΝ. Meretur certe res curiosorum virorum animadversionem; eoque magis, quia verbum θανατόω apud Græcos Scriptores proprie de sententia Judicum usurpatur,

qua reus mortis damnatur, non de supplicio ipso: ut videre est ex hoc Xen. loco, p. Ed. St. 171, 1. ἘΘΑΝΑΤΩΘΗ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ τελῶν, ὡς ἀπειθῶν. ἤδη δὲ φυγὰς ὢν ἔρχεται πρὸς Κῦρον. Locus extat non longe a fine Lib. II. ἀναβ. ubi de Clearcho sermo est. Vide & I. 271, 13. τὰ σώματα τῶν ΘΑΝΑΤΟΥΜΕΝΩΝ. quod an sententiæ nostræ adversetur nescio. *M. D.*

P. 397. l. 6. Πρ. Ἐλβ.] Hujus nec Tacitus nec Suetonius meminerunt, sepultum ab Argio dispensatore dicere contenti; quos vide, illum, H. I. 49. hunc, in Galb. c. 20. *M. D.*

Ib. l. 8. πολλῶν] Extitere qui παλαιῶν legendum censerent, ut Rutgersius & Baudius. Sed nihil mutandum censeo. Sic enim frequenter adhibet Plut. etsi nunc loca non succurrant. *M. D.*

Ib. l. 12. οἱ δὲ ἑαυτοὺς ἠξίωσαν.] Ridicule. Scribe, me auctore, ʼΟΥΚ ἠξίωσαν. quo palam est respici Virginium, imperium a militibus sibi oblatum sæpius renuentem. Vide p. 373. *M. D.*

Ib. l. 18. Φαυρ.] Rescribe Φαβέρκιος. Nil frequentius quam υ pro β in MSS. Codd. *M. D.*

Ead. ib. ὑφειδ.] Immo, ut optime legitur in B. & Edd. Fl. Ald. utraque & Bas. ὑπερειπόμενος. Vide 148, 4. 223, 8. & III. 506. *M. D.*

O T H O.

P. 398. l. 6. αὐτοῦ] Optime, apud Dacerium, Grivæus ʼΑΥΤΟ reponit, ut ad ἔγκλημα referatur. Vide II. 210, 14. ubi frustra emendationem molitur Stephanus. *M. D.*

Ib. l. 7. ἐκλελ.] Immo, ἘΓΚΕΚΛΗΣΘΑΙ: quod eundem Virum doctissimum non fugit.

Ib. l. 10. τούτου μ...] Tac. H. I. 77. *M. D.*

P. 399. l. 9. αὐτοῦ τε...] Obscura hæc per se, obscuriora facit interpunctio prava. A præcedentibus enim cum non pendeant, puncto, non commate, dividi decebat. *M. D.*

Ib. l. ult. Κλαύδιος δὲ Ῥ.] Non *Claudius* hic Rufus, sed *Cluvius* dicebatur. Scripserat is Historiam suorum temporum. Vir consularis, suffectus an. ab U. C. DCXCVII. Hactenus Dacerius. Vide Lips. ad Tac. Ann. XIII. 20. unde hæc vir doctus, non nominato auctore, hausit. Tacit. H. I. 8. Hispaniæ præerat *Cluvius* Rufus. Vide & c. 76. & Lib. II. 58. & 65. *M. D.*

P. 400. l. 2. θεῖον] Viderint alii, ego a Scriptore nostro non arbitror epithetum illud profectum: nec a Cluvio Rufo. De re ipsa, vide Suet. Oth. c. 7. *Ed. & M. D.*

Ib. l. 6. κωλύειν] Rescribendum, ΚΟΛΟΥΕΙΝ.

Ib. l. 7. Κρισπῖνον.] Suet. Oth. 8. Tac. H. I. 80.

Ib. l. 8. ἀπῄρεν, ὥς τινας ἄξοντα] Ex Tacito emenda, ἀπῄρεν ʼΕΞ ʼΟΣΤΙΑΣ ἄξ. Ita enim ille, (Hist. I. 80.) *Septimam decimam cohortem, colonia Hostiensi, in urbem acciri Otho jusserat. Armandæ ejus cura, Vario Crispino tribuno e prætorianis, data.* Adde Suet. Claud. c. 25. ex quo constat perpetuam illic ex decreto Claudii stationem habuisse eam cohortem. *Dacer.*

Ib. l. 10. ἥκειν] Cave putes hæc *Ostiæ* geri. Romæ & in Castris urbanis, ex quorum armamentario, incipiente nocte, depromebantur arma, seditio illa orta est. Vide Tac. l. c. Vox ἥκειν, cum locum ubi res gereretur non notasset, fraudi fuit ipsi Dacerio, qui priorum emendationem recte viderat. *M. D.*

P. 401. l. 6. ὑπεπ.] Immo ἀπέπεμψεν, ut recte in B. Cod. legitur. *M. D.*

Ib. l. 16. Οὐϊτ.] In Lampriæ Indice, Βιτέλλιος scribitur.

P. 402.

P. 402. l. 1. στρατιωτικὰ φρονεῖν] Quis hæc sana putet? Forsan ΣΤΑΣΙΩΤΙΚΑ ΜΗ φρονεῖν. Adi Suet. Oth. 8. Si servetur recepta lectio, *quæ emeritum decent* vertantur auctor sim, juxta Scholium quod in Const. Lex. sic habet. Στρατιώτης· ὁ πάσας τὰς νομίμους στρατείας τετελεκὼς καὶ μισθοφορεῖν πεπαυμένος. Sed ἈΣΩΤΙΚΑ legendum esse suadent Taciti verba (Hist. I. 74.) *pecuniam & gratiam, & quemcumque quietis locum PRODIGÆ VITÆ legisset.* *M. D.*

Ib. l. 7. Καὶ τὸ] Illud καὶ delendum; sed nec sic locus satis sanus videtur. *M. D.*

Ib. l. 18. ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον] Forsan melius legetur, ΔΙΕΜΠΟΛΩΣΙ, qua voce utitur Aristophanes. Tac. I. 86. *Fames in vulgus, inopia quæstus, & penuria alimentorum.* *M. D.*

P. 404. l. 18. σημείοις] Tac. (II. 20.) *Togatos*, pro hac voce, habet. Unde forsan hic ΤΗΒΕΝΝΟΦΟΡΟΙΣ scriptum fuerit, quod postea in σημειοφόροις, & tandem in σημείοις abierit. *M. D.*

P. 405. l. 14. καὶ τοὺς μὲν,] Corrupta hæc. Clar. Editor, τοῖς, pro τοὺς, legendum censet. Ego ὄντος, pro καὶ τοὺς. *M. D.*

Ib. l. 18. ἐπισπωμ.] Scribendum est, ἐπισπώμενοι. *M. D.*

P. 406. l. 9. αὐτοὺς βαλλ.] Melius legetur, αὐτόν; inquit Cl. Editor. Recte. Sed verba Taciti de hac re, (Hist. II. 26.) *ipsum invadunt, SAXA JACIUNT, fugientem sequuntur*; aliud subministrant; nempe ΛΙΘΟΙΣ βαλλ. *M. D.*

Ib. l. 11. Βητριακὸν] Varie scribitur hoc nomen. Optimi Taciti Codd. *Bedriacum* habent: Suetonii, *Betriacum.* Quidam *Bebriacum* scribunt. Vide Cellarium, & Jos. Scalig. Not. ad Suet. Oth 9. *M. D.*

P. 407. l. 12. ὑπομένειν ... τοῖς ... ἐκλογισμοῖς] Aut, τοὺς ἐκλογισμοὺς scribendum est, aut alia vox, pro ὑπομένειν, quærenda. *M. D.*

P. 408. l. 5. Κέλσον] *Paullino* hæ partes apud Tacitum tribuuntur; quem vide II. 37.

Ib. l. 14. εἰς τὰ ὅπλα] Immo ΠΛΟΙΑ. Nihil autem de igne apud Tac. c. 34. *M. D.*

P. 409. l. 1. πεντηκ.] Tacitus *ad quartum* habet; c. 39.

Ib. l. 9. ἱππεῦσι τῶν κ. Νομ.] Hic locus Lipsium fugit, rem cæteroquin optime enarrantem, ad Tac. Hist. II. 40. *M. D.*

P. 410. l. 8. συμπεσοῦσαι] Non est sollicitanda hæc vox. Vide III. 346, 8. τῶν δ' ἵππων ἐξ ἐναντίας βίᾳ ΣΥΜΠΕΣΟΝΤΩΝ, ὥσπερ τριηρῶν. Usurpat iterum in hoc volumine p. 36, 1. Quod enim μάχην hanc vocem hoc in loco præcedit, cave cum hoc verbo conjungas, pertinet enim ad sequens ἐμάχοντο. quod miror non vidisse virum his in rebus sagacissimum Tanaq. Fabrum; qui propterea συνάψασαι legendum censebat, ad Anacr. p. 151. teste Dacerio in hunc locum. *M. D.*

Ib. l. 16. Βατάλους] Prava hæc scriptura nulli Interpretum fraudi fuit. Βατάβους scribendum est. Vide Tac. Hist. II. 43. ex quo patet *Batavos* hic intelligi, & scribi debere. At vicissim apud Tacitum, hinc emendanda est vox corrupta, quæ Lipsii diligentiam fugit. Absurde enim illic leges; *fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam, oppositæ cohortes ipso flumine TRUCIDAVERANT.* Scribe itaque *TRUCIDAVERUNT. M. D.*

P. 411. l. 9. κεχρ.] Melius legetur, κεχρηματικότας.

Ib. l. ant. ἔδοξε Κέλσῳ...] Prave. Non, *visum est Celso, &c.* vult scriptor; sed, *visum est Celsum &c. mitti*; ut recte intellexerunt Interpp. scribendumque adeo ΚΕΛΣΟΝ καὶ ΓΑΛΛΟΝ. *M. D.*

P. 412. l. ult. ὄντα παλαιὸν ἐπιδ.] Corruptus hic locus est. Aut deest ἕνα, ante ὄντα, aut νῦν δὲ παλαιὸν ἕνα ἐπιδ. legendum

dum videtur. Certe ex tam depravato loco, infirma esse argumenta necesse est, quibus ætas Scriptoris adstruatur. Dacerius tamen hinc liquido constare putat, a filio Plutarchi, non a Plutarcho ipso scriptas esse vitas Galbæ & Othonis; quas ipse Lamprias, in Indice, patri tribuit. *M. D.*

P. 413. l. 5. ἢ δ' ἐπὶ τοῦτο σωρεία..] Scrib. videtur, ἐπὶ Τ'ΑΥΤΟ. *M. D.*

Ib. l. 13. περιελθόντες....] Locus est salebrosus. Prima vox palam mendosa. Scribendumque ΠΡΟΣΕΛΘΟΝΤΕΣ. De proximis, ἐγίνοντο τέρπαια, non tam facile est judicium. Genuina putat Dacerius, & juveniliter dictum putat, pro *in genua procumbunt more statuarum, quæ ante tropæa humi affixæ jacent.* Ego adulterina censeo, legendumque ἐγίνοντο ΠΑΝΤΟΙΟΙ. Quam phrasin vide IV. 476, 16. Eadem frequenter utuntur Herodotus, Lucianus, alii: estque huic loco aptissima; cum sequentia ostendant, omnes formas induisse, quo Othonem ad tentandam iterum belli aleam impellerent. De iis tamen aliquid hic dictum fuisse suspicor, qui fuga se ex cæde proripuerant; e quorum numero erat qui mox coram eo se gladio transfixit; ut ex Suet. c. 10. constat. Forsan, ἐκ τῆς τροπῆς διαπεφευγμένοι. *M. D.*

P. 414. l. 6. ἤδη καταβ.] Melius ponetur illud colon ante ἤδη: inquit Cl. Editor. Recte. Sed, quid de καταβαίνουσιν ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν censendum putabimus? Ego, ΚΑΤΑΒΑΙΝΟΥΣΑΝ legendum arbitror; & interpunctionem ponendam post Ἀδρίαν. Vide Suet. Oth. 9. *M. D.*

Ib. l. 9. Ῥωμαίοις] Lege ῬΩΜΑΙΟΙ Ῥωμαίοις, & comma ponendum post πολεμοῦντες. *M. D.*

Ib. l. 11. πιστεύσατε πολλάκις...] Hæc qui restituet, magnam a me gratiam inibit. Forsan exciderunt ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΔΙΑΝΕΝΟΗΜΕΝΩ, vel legendum, ὅτι πολλάκις ἩΓΟΥΜΑΙ καλλ. In Taciti Oratione nihil est quod hic opem ferat. *M. D.*

Pag. 414. l. 18. τοῖς παροῦσι] Τοὺς παρόντας, ut τοὺς φίλους, scribi debere, monet Dacerius. Sed nondum, hoc facto, satis sanus erit hic locus. Confer enim cum hisce Taciti c. 48. *Talia locutus, ut cuique ætas aut dignitas, comiter appellatos, irent propere, neu remorando iram victoris asperarent, ... monebat.* Quorum in nostro nihil præter ἀπαλλάττεσθαι est, quod Intt. *facessere* vertunt aut *sibi fuga consulere.* Forsan ὉΣΟΙ ΠΑΡΗΣΑΝ scriptum fuerat: aut delendum τοῖς τε μὴ παροῦσιν, quod optimum factu censeo. *M. D.*

Ib. l. pen. Κοκκήιον] *Cocceianum* Tacitus & Suetonius vocant.

Ib l. ult. καὶ μ.] Lege vel καὶ ΓΑΡ μ. vel potius, ὉΥ ΓΕ μ. *M. D.*

P. 415. l. 17. Βαρέως ά. καθ.] Immo ΒΑΘΕΩΣ: ut IV. 242, 16. Tac. *non insomnem.* Suet. *arctissimo somno.* *M. D.*

P. 416. l. 11. λαμπ. ἀφέντες] Forsan, ἐφέντες, inquit Cl. Editor. Ego ὑφέντες mallem. *M. D.*

Ib. l. pen. Βριξιάλῳ] Ita scribitur & p. 403, 9. & p. 408, 8. in Fl. Ald. 1. & Bas. nisi quod in hac Φριξιάλῳ, pro Βριξίλῳ est, ut recte in omnibus scribitur p. 403, 9.

Ib. l. ult. δηλώσει] Cl. Editor ΔΗΛΩΣΙΣ mavult, & ut cum μεταφρασθείη conjungatur. Quo sensu, inquit δήλωμα adhibet noster in Op. Mor. p. 696, 17. 133, 28. & 1783, 20. Ego nihil mutandum arbitror, & partem esse Inscriptionis statuo; vertoque MEMORIÆ MARCI OTHONIS. Vide Suet. Vitell. 10. *M. D.*

P. 417. l. 4. Πολλίωνος] De hoc tacent Suet. & Tac. nisi forsan, ut Lipsius conjiciebat, *Plotio Firmo* cognomen Pollionis esset; cujus Notam vide ad H. II. 46. *M. D.*

Ib. l. 10. πρὸς Γερμ.] B. Cod. melius πρὸς τοὺς Γερμανούς. *M. D.*

In PLU-



In PLUTARCHI Vitas Comparatas

INDEX rerum & verborum memorabilium.

Prior numerus, tomum notat: posterior paginam.

Ægyptus

tyranni

Athe-

B.

Centau-

D.

securis

Ecdelus,

F.

H.

I.

Igno-

L.

Lace-

Mor-

N.

O.

Pes

O.

Pes-

&

Ce-

V.

Vi-



AUTO-



AUTORUM QUORUM Plutarchus testimonia citat in hoc Vitarum comparatarum opere, catalogus secundum seriem alphabeticam.

Numerus prior tomum, secundus paginam indicat.

Strabo

FINIS.





